UNIVERSITÄTS BIBLIOTHEK WUPPERTAL
BERGISCHE UNIVERSITÄT WUPPERTAL

Universitätsbibliothek Wuppertal

Thēsauros tēs Hellēnikēs glōssēs

Estienne, Henri

Parisiis, 1833

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-1394

Visual Library

413

43

THESAURUS
GRAECAE LINGUAE.

ΤΗΣ ΕΛ

GRA

HE

ΘΗΣΑΥΡΟΣ
ΤΗΣ ΕΛΛΗΝΙΚΗΣ ΓΛΩΣΣΗΣ.

THESAURUS
GRAECAE LINGUAE,

AB

HENRICO STEPHANO
CONSTRUCTUS.

POST EDITIONEM ANGLICAM NOVIS ADDITAMENTIS AUCTUM, ORDINEQUE ALPHABETICO DIGESTUM TERTIO EDIDERUNT

CAROLUS BENEDICTUS HASE,

INSTITUTI REGII FRANCIÆ SOCIUS, IN SCHOLA REGIA POLYTECHNICA REGIAQUE SPECIALI LINGUARUM ORIENTALIUM PROFESSOR, IN BIBLIOTHECÆ REGIÆ PARTE CODD. MSS. COMPLECTENTE CONSERVATOR, ETC., ETC.,

GUILIELMUS DINDORFIUS

ET

LUDOVICUS DINDORFIUS,

SECUNDUM CONSPECTUM AB ACADEMIA REGIA INSCRIPTIONUM ET HUMANIORUM LITTERARUM DIE 29 MAII 1829 APPROBATUM.

Volumen Secundum.

GYMNASIUM BARMEN.

REALSCHULE BARMEN

PARISIIS,

EXCUDEBAT AMBROSIUS FIRMIN DIDOT,

INSTITUTI REGII FRANCIÆ TYPOGRAPHUS.

VENIT APUD FIRMIN DIDOT FRATRES,

VIA JACOB, N° 24.

1833.

PRÆFATIO

GUILIELMI ET LUDOVICI DINDORFIORUM.

Operæ a nobis repetendo Henrici Stephani Thesauro impensæ ratio quadripertita fuit, primum ut abolerentur quæ libro in novam ex veteri formam redacto et relicto verborum ordine etymologico locum non amplius haberent; deinde ut admoneretur de iis quæ falsa inessent operi ante trecentos annos condito et magnam partem e lexicis quæ tum ferebantur linguæ Græcæ composito; tum ut syllabarum mensura, quatenus de ea constaret, indicaretur; denique ut adjicerentur non tantum voces significationesque omissæ, sed etiam receptarum testes vel omnino nulli vel non satis locupletes ab Stephano allati ut novis certisque augerentur. Cujus operæ partem primam quum finibus, ut decuit, angustissimis contineremus, sublata sunt fere ea tantum, quibus ad orationem continuandam usus erat Stephanus, quum singulorum verborum stirpes sub uno totas conspectu poneret, cetera quæ non possent levi ejusmodi mutatione novæ operis formæ accommodari, cum præfatione, ut scripta erant, sunt repetita. In vitiis autem notandis unum genus errorum, cui crebrius quam ulli alii obnoxius fuit Stephanus, quum in originibus verborum rimandis non caveret sibi ab ea ratione quam ipsi veteres Græci ad grammaticos falsissimam perversissimamque propagarunt, nos prope totum intactum reliquimus, quoniam de universa etymologia sperare licet fore ut seorsum detur locus agendi. In syllabarum porro mensura notanda ratio non est habita earum quarum de temporibus constaret e sede accentus, neque necesse visum est ut in singulis unius ejusdemque stirpis vocabulis, continua serie positis, repetenda notatione prosodiæ periculum aberrandi augeretur. Ad supplendum autem locupletandumque lexicon Stephanianum adhibita primum sunt ea omnia quæ plurimorum inde a Daniele Scotto usque ad editores Britannos virosque qui novam hanc editionem suis aliorumve copiis ornarunt clarissimos eruditio et diligentia contulissent, ita quidem ut suis quæque auctoribus restituerentur nominibusque eorum signarentur non tantum verba ipsorum, sed etiam loci scriptorum ab singulis allati : quam tamen rationem non sumus veriti relinquere sæpe in iis quæ a grammaticis aliisve scriptoribus qui in omnium manibus versantur et facillimos aditus habent, sumere cuivis liceret qui constanti eos cura ad usum vocaret. Deinde copiam hanc ab aliis congestam auximus ipsi adjiciendis primum nominibus deorum, hominum, locorum, quorum Stephanus ejusque successores exiguam partem nullo certo consilio asciverant, a nobis ita suppletam et amplificatam ut Græca quidem quæ reperissemus omnia, barbarorum autem fere ea tantum admitteremus quæ Græcam non barbaram speciem præ se ferrent, ceterum minime solliciti essemus de quibusvis oppidulis vicisve Libycis vel Hispanicis, quorum incerta et obscura apud unum alterumve scriptorem memoria superaret, conquirendis. Quanquam enim jure postulari posse putavimus ut in linguæ Græcæ Thesauro expositum esset quid de genere, flexione, prosodia, forma denique Græca nomi-

num etiam exterorum a scriptoribus Græcis disci aut posset aut non posset, præsertim quum barbara vocabula multa, a probatissimis scriptoribus memorata, excludi nullo modo licuerit, cavendum tamen ab altera parte fuit ne copia modum excederet. Et putamus nos in hac re ita versatos, ut si quando fines hic positos migravimus, cum ratione migratos appareat. Post hæc curæ fuit ut voces significationesque nondum notatæ ex omnis ævi scriptoribus inde ab initiis literarum Græcarum ad earum usque interitum collectæ adderentur : in quo genere etsi ne quarti quidem vel adeo quinti decimi seculi magistros licuit aspernari, Byzantina tamen et Græco-barbara, id est quæ formam vel originem referrent novi Græcismi propriam, omnino sunt exclusa, nec nisi parce modiceque ad veterem illustrandum adhibita. In exponendis autem significationibus testibusque earum enumerandis quum Stephanus non severiorem ceteris qui circum illa tempora erant lexicorum conditoribus legem sibi scripsisset vel originis vel ætatis observandæ, si, quod sane veremur ne factum sit identidem, lucidus amborum ordo in hac editione magis quam in principe, finibus longe arctioribus circumscripta, turbatus et confusus esse reperitur, hujus rei Stephanus quidem aliquam, nos vero culpam vix ullam sustinemus, qui hæc aliaque incommoda interpolandi operis ante tot annos conditi ita sensimus ipsi, ut sæpe mallemus novum de integro parare licuisse Thesaurum, cui condendo ita adhibendus esset antiquus, ut Stephanus ipse decessorum opera esse usus deprehenditur. Quod si ab hac parte ipsa ratio operis quod nobis instaurandum fuit culpam a nobis, ut speramus, defendet, non magis illud vitio nobis datum iri putamus quod in nominibus vocabulisque explicandis rationem grammaticam magis quam enarrationem rerum ex aliis disciplinis petitam et nihil ad linguæ cognitionem attinentem videndam esse censuimus.

Hanc talem operam si in prima hac ejus parte ita præstitisse videbimur, ut quædam commodius institui, alia politiora et perfectiora, pleraque omnia longe copiosiora dari potuisse judicentur, sunt hæc ea ipsa quæ tempore et spatio minus arcto conclusos efficere nos potuisse non dubitamus, nunc in illud tempus differimus, si quando ad opus tali fere qua inchoatum est forma perfectum redire licebit.

THESAURUS
LINGUAE GRAECAE

AB

HENRICO STEPHANO

CONSTRUCTUS.

NOVA EDITIO AUCTIOR ET EMENDATIOR.



Petrus Danesius illustrissimus Græcæ Linguæ apud Parisienses Professor, alios præter Henricum II, Francisci I, Galliarum Regis filium, et Henricum Stephanum, secundum ex stirpe Stephanorum, instituere repudiavit.

Β nota est secundæ ap. Gr. et Lat. A pariter literæ: quam illi βῆτα appellant [Callias ap. Athen. 10, p. 453, D; Aristoph. Eccl. 684; Plato Theæt. p. 203. L. Dindorf.], hi Be nominant: utrique procul dubio ex Hebr. Beth. [Latini quidem minime, qui mutas omnes in e terminant, ut semivocales ab e incipiunt. V. Priscian. 1, 3. L. Dindorf.] Ea [spiritus sive digammi loco utebantur Pamphyli: Eustath. Od. p. 1654, 20: Λέγει Ἡρακλείδης τοὺς Παμφυλίους ἄλλως χαίρειν τῷ β, προτιθέντας αὐτὸ παντὸς φωνήεντος· τὸ γοῦν φάος φάβος φασὶ καὶ τὸ ἀέλιος βαβέλιος· οὕτω δὲ, φησὶ, καὶ τὸ ὀρούω ὀρούβω λέγουσι, καὶ περισπωμένως δὲ ὀρουβῶ· pariterque alii Dorienses: Etym. M. s. Ἥλις· Κατά τι ἔθος τῆς Δωρίδος διαλέκτου τὸ β προσγράφεσθαι ταῖς ἀπὸ φωνήεντος ἀρχομέναις λέξεσι. Conf. quæ dicemus s. βαδὺ, Hesych. s. βαλικιώτης, βέλα cum annot. interpretum, βιώρ, et in exemplum mediis vocabulis inserti idem s. ἀβέλιος, ἀβηδόνα, ἄβω, δάβελος, cum annot., Etym. M. s. ἔβασον, Kœn. ad B Gregor. p. 254, Valcken. ad Theocr. p. 272, B. Ante ρ ponebant Æoles, dicentes βράδινος, βράκος, βρόδον· v. Gregor. p. 572, ibique Kœn. et Bast. Cum γ permutabant, ut videtur, Bœoti: v. interpretes Hesychii v. βάννα: aliique fortasse Doriensium: v. Hesych. v. βέλας. Cum δ Æoles et Bœoti: Etym. M.: Βλὴρ αἰολικῶς τὸ δέλεαρ· οἱ Αἰολεῖς τὸ δ εἰς β τρέπουσι· τοὺς γὰρ δελφῖνας βελφῖνάς φασι καὶ τοὺς Δελφοὺς Βελφούς· οὕτως οὖν δέλεαρ βέλεαρ καὶ κατὰ συγκοπὴν καὶ συναλοιφὴν βλὴρ πεποίηται. Οὕτω καὶ οἱ Βοιωτοὶ ποιοῦσι. Quo referendum fortasse σάμβαλον pro σάνδαλον, quod v. M in β mutabant Lacones: v. Valcken. Anim. ad Ammon. p. 2, interpretes Hesychii v. βύρμακας: aliique Dorienses: v. Salmas. ad Tertullian. De pallio p. 122, 123. Pro ου sive Latino v usurpabant Græci recentiores scribentes Βάρρων, Βατικανὸς, Βέσβιον, Σεβῆρος· in quibus libri sæpe variant inter β, ου et υ. L. Dindorf.] Delphos pro π uti, dicentes βατεῖν et βικρὸν pro πατεῖν et πικρὸν [adde Siculos et Tarentinos, dicentes Hesychio auctore βατάνιον pro πατάνιον, et βυτίνη pro πυτίνη, quibus conferenda βυγὴ pro πυγὴ apud eundem, Βῖσα pro Πῖσα dici solitum apud Strabonem 8, p. 356 = 546, A, Ennianum *Burrus* pro Πύρρος ap. Cic. Orator. c. 48, Quinct. Inst. 1, 4, 15, et *buxus* atque *Buxentum* pro πύξος et Πυξοῦς. L. Dindorf.]: Macedones autem pro φ dicentes Βίλιππον, Βερονίκην, et βαλακρὸν pro Φίλιππον, Φερονίκην et φαλακρὸν, testatur Plut. Quæst. Gr. init. [p. 292, E, ubi scribendum esse Βάλακρον et Φάλακρον monebitur sub Βάλακρος. De consuetudine Macedonum β dicentium pro φ Eustath. Od. p. 1654, 19: Οὐδέποτε, φησὶ (Heraclides), κατ' ἀρχὰς λέξεων Μακεδόνες τῷ φ χρῶνται, ἀλλ' ἀντ' αὐτοῦ δηλαδὴ τῷ β, ὡς καὶ ὁ Βίλιππος δηλοῖ καὶ ἄλλα εἰρημένα ἑτέρωθι (p. 1618, 40). Conf. Steph. Byz. s. Βέροια, Etym. M. s. Ἀφροδίτη, Βέροια, Valcken. ad Herod. 6, 45, ad Callim. Eleg. p. 39. In numis tamen Macedonicis,

quod sciam, semper scribitur Φλιππος et Φλιπποι. De earundem literarum in aliis dialectis permutatione v. s. βακόν. L. Dindorf.]

Est B s. β [et B′ s. β′] numeralis etiam nota, signif. Duo : idque vel sola, vel juncta alii, significanti nimirum Decadem, Hecatontadem, Chiliadem, aut Myriadem : at si acutum accentum præfixum habeat ima sinistri lateris parte, δισχίλια notat, i. e. Duo millia s. Bis mille, hoc modo ,β. [Quod ,B scribi videtur in lapide Thessalonicensi apud Bœckh. Corp. Inscr. vol. 2, p. 56. Significat præterea β s. β′ 1. διπλοῦς apud Olympiod. Comm. in Plat. Alcib. p. 213, ἡ κάθαρσις τῆς β′ ἀγνοίας. 2. δίς : v. Bœckh. Corp. Inscr. vol. 1, p. 413, 564, et qui de frequenti in numis et lapidibus urbium populorumque titulo β νεωκόρων agit, Eckhel. Doctr. Num. vol. 2, p. 110; 4, p. 288-306; Chron. Pasch. p. 140, 13 meæ ed., ἔξελε β′ λ′, γίνονται ξ′. 395, 18, ἔκβα β′ λ′, γίνονται ξ′. Hac signif. positum lineola medium trajicitur in lapide apud Bœckh. vol. 2, p. 197. 3. sæpissime δεύτερος, quod scriptum compendio βος, ut βῳ in schol. Aug. Eur. Phœn. v. 1047 Valck., quem locum indicavit Schæf., cum βίος permutatur ab librariis : v. Gaisford. ad schol. Hesiod. p. 396. ,B sive ,β est etiam δισχιλιοστός. B lineola transversa trajectum significat $\frac{2}{3}$: v. Bast. ad Gregor. p. 854. L. Dindorf.]

[In libris scriptis β cum his potissimum literis confundi solet : Cum α : v. Bast. ad Greg. p. 349, Askew. ad Orph. hymn. 8 inscr. Cum δ : v. Hesychius s. βαρυδρόμου. Cum ζ : v. Bast. p. 811, Hesychius s. χαμαίβηλα, Orph. Arg. 1291, ubi βαθέην libri duo pro ζαθέην, et quæ dicemus sub Βαβδικηνός. Cum θ : Bast. ibid. 709, Athen. 9, p. 400, F, ubi θρῶσιν ed. Ald. pro βρῶσιν. Conf. dicenda sub Βάβης. Sæpissime cum κ, et plerumque quidem, quod recte observat Schweigh. ad Athen. vol. 4, p. 134, sic ut β transeat in κ. Ita Λυκίη pro Λιβύη, Φάκιος pro Φάβιος scriptum in antiquo codice Vaticano Eclog. Constant. : v. Mai. ad Diodori Exc. Vat. p. 12 : et secundum conjecturas nostras καλανωστε pro βραχύνωτε in eodem p. 8, Διωκελίας vel Διωκελείας et hinc Δεκελείας pro διωβελίας in libris omnibus Xenoph. Hist. Gr. 1, 7, 2. Conf. Bast. p. 708; Ernest. ad Callim. Del. v. 52, 202, et quæ dicemus sub Βακύλιον. Persæpe etiam cum μ : v. Bast. p. 708; Casaub. ad Athen. p. 445, B; Pierson. Mœr. p. 96; Ernest. Callim. Apoll. v. 99; Æschyli Suppl. v. 4; Diodor. vol. 1, p. 54, 16 ed. Wess. Ματεύω in βατεύω corruptum vide sub βατεύω : μυζῶντες in βυζῶντες apud Michaelem Glycam p. 646. Apud schol. Oppian. H. 2, 216 pro ἀβύθητου λαιμαργίας, unde petitum ἀβύθητος Thesauro huic intulit Wakef., scribendum ἀμυθήτου. Cum ν : ut βωμοῖς pro νόμοις scriptum nonnullis in libris Dinarchi p. 107, 11 Steph., νυσσίνῃ pro βυσσίνῃ Diodori vol. 1, p. 96, 77, βασμὸς pro νασμὸς Lycophr. v. 1414. V. etiam sub βαβακατρεῦ. Cum ου : v. supra, ubi de β usurpato pro ου dixi. Cum ρ : v. Nicol. ad Geop. 5, 21, 3, ubi δευτέβῳ cod. pro δευτέρῳ, Albert. ad Hesych. v. βαρύες, schol. Arist. Ran. v. 1507, ubi σισύρα βαπτὴ scribitur vitiose pro ῥαπτή. Cum σ : v. Sylb. ad Dionys. Ant. R. 4, 14, ad Paus. 1, 38, 2, ab Schæf. indicatus, Chron. P. p. 338, 4. Cum τρ : Arcad. De accent. p. 33, 5. Cum υ : quomodo sæpissime scripta reperiuntur καλάβροψ pro καλαῦροψ, λαῦρος, αὖρα, pro λάβρος, ἄβρα, et alia multa similiter, vel in lapidibus, ut κατεσκέβασεν Bœckh. Corp. inscr. vol. 2, p. 65. Cum φ : v. Bekker. Anecd. p. 371, 1, Schweigh. ad Athen. vol. 3, p. 109, Arcad. p. 172, 27, ubi βαθὶ scriptum pro φαθὶ, et quæ dicemus sub βαίνειν. Cum φρ : Arcad. p. 119, 15. Cum ω : v. Bast. p. 708, 916. Cum compendio vocab. βιβλίον Phot. p. 188, B, 26 ed. Bekk. L. Dindorf.]

Βᾶ quoque et Βαβαὶ, item βαβαιὰξ, hic [post βαμβαίνω] ponenda censui : non quod e βαβάζω orta esse putem, sed quod ut βαβάζω de inarticulatam vocem edentibus dicitur, ita et hæc vv. esse inarticulate loquentium, et velut ab eod. balbutiei genere ortum habere, dicere possimus. Adde quod nullus aptior illis locus se offert. Βᾶ igitur ap. Hermipp. est vocula risus sonum imitans. Hæc ead. particula βᾶ est etiam eorum qui se mutuo inclamant. Ei autem inter adverbia locum dare non dedignatur Eust. [855, 20 : Κεῖται ἐν ἐπιλογῇ λέξεων ἀρχαίᾳ ὅτι ἀᾶ δασυνθὲν γέλωτα δηλοῖ· οὕτω καὶ βᾶ ἐπίρρημα παρὰ Ἑρμίππῳ, ὅπερ εἰώθαμεν ἀντεμβοῶντες λέγειν, ὡς καὶ τοῦτό φασιν οἱ παλαιοί. Ab Eustathio lucem accipit Antiatticistæ Bekkeri glossa capite truncata p. 85, 31, ... πρὸς τοὺς κατάρνη ἀναφωνήσαντας εἰώθασιν οἱ ἀντιτιθέντες ἀντεμβοᾶν, καὶ ἔστιν οἱονεὶ σκῶμμα. Ἕρμιππος Δημόταις. In quibus pro κατάρνη restituendum videtur κατ' ἄρνησιν : glossam ipsam ad βᾶ referri et Hermippi testimonium et verba εἰώθασιν ἀντεμβοᾶν ostendunt. Apparet autem ex his perperam Eustathium, quique eum sequitur Stephanum, duas ex una notiones effinxisse. Nam secundum Antiatticistam βᾶ est fere gallicum *bah.* || Paullo diversam significationem, qua sit exclamatio obstupescentis, ei tribuit Joannes Alex. τοντικ. παραγγέλμ. p. 31, 8 : Τὰ ἔχοντα δίχρονον ἐκτεταμένον περισπᾶται· ἃ δειλὲ πάντων, ἃ γῆρας, καὶ τὸ βᾶ ἐν τῇ συνηθείᾳ παρὰ ἀρχαίοις ἔκπληξιν δηλοῦν. Hoc βᾶ Theocrito 15, 89 inferentem Toupium merito reprehendit Valckenarius p. 382, B. L. Dindorf.]

[Βᾶ pro βασιλεῦ positum putabat Scaliger Æschyli Suppl. v. 892 et 901 : Μᾶ Γᾶ, μᾶ Γᾶ, βοᾶν φοβερὸν ἀπότρεπε, ὦ βᾶ Γᾶς παῖ Ζεῦ. « Scholiasta dum reddit ὦ πάτερ Ζεῦ, γῆς παῖ, legisse videtur, ὦ παῖ γᾶς πᾶ Ζεῦ. Sed Scaligero Βᾶ positum videbatur pro βασιλεῦ. Qualia plura ex Strabone et Eustath. legi poterunt apud Maittairium De dial. p. 334. » Valcken. ad Theocr. Adoniaz. p. 383, A. Scaligero assentitur Kœn. ad Gregor. p. 309; Valckenario, ut videtur, Buttm. Gr. vol. 1, p. 220. Aliorum sententias omitto. Βᾶ si pro βασιλεῦ positum putatur, vocativus sit necesse est nominativi βᾶς, ut πᾶ scimus duci ab nominat. πᾶς. Arcadius p. 125, 14 : Τὰ εἰς ας μονοσύλλαβα εἰ μὲν ἀποβολῇ τοῦ σ τὴν γενικὴν ποιοῦσι, περισπῶνται, ὁ γρᾶς, τοῦ γρᾶ, ὁ θᾶς, τοῦ θᾶ, ὁ χνᾶς, τοῦ χνᾶ, δᾶς, βᾶς, λᾶς, πᾶς, πᾶ, ὁ πατήρ. Chœroboscus in Bekkeri Anecd. p. 1181 : Τὸ πᾶς ὅτε μέν ἐστι προσηγορικὸν καὶ σημαίνει τὸν πατέρα, ἀποβολῇ τοῦ σ ποιεῖ τὴν γενικὴν, οἷον τοῦ πᾶ. De ejusmodi autem nominat. βᾶς v. s. βᾶς. L. Dindorf.]

[Βάαλ s. Βαὰλ, ὁ, ἡ, Baal. « Nomen indeclinabile hebraicum בעל, quod significat Dominum. Fuit proprie quidem nomen idoli Phœniciorum et Cananitarum, quod etiam sub nomine contracto Bel ab Assyriis, Babyloniis aliisque vicinis populis colebatur (Esai. 46, 1, Jerem. 50, 2; 51, 44), in quo Sol cultus esse vulgo creditur; sed deinde etiam haud raro pro quocunque alio idolo ponitur. Jerem. 2, 8. In versione Alexandrina ponitur cum articulo masculini (Num. 22, 41; 1 Sam. 16, 31) et fœminini generis (Zeph. 1, 4; Hos. 2, 8). In N. T., ubi semel tantum legitur, ei articulus fœminini generis præponitur. Rom. 11, 4 : Οἵτινες οὐκ ἔκαμψαν γόνυ τῇ Βάαλ, pro τῇ τοῦ Βάαλ εἰκόνι (2 Reg. 11, 18. Alii στήλην subintelligunt ex 2 Reg. 10, 26, 27), Qui non flexerunt genua imagini vel statuæ Baal. » Ex Schleusn. Lex. N. T. L. Dindorf.]

[Masc. Joseph. Ant. Jud. 10, 7, 6 : Ἄξοντας πρὸς αὐτὸν τοὺς ἱερεῖς τοῦ Βαάλ. Ap. LXX nomen mensis, Reg. 3, 6, 38 : Ἐν μηνὶ Βαὰλ, οὗτος ὁ μὴν ὁ ὄγδοος. Etymon paulo diversum Olympiod. Cat. in Job t. 1, p. 638, D : Βάαλ δὲ ἑρμηνεύεται τὰ ἀνώτερα κακά. Hase.]

|| [Idem quod Βῆλος, Belus, conditor Babylonis, dialecto Syrorum. Etym. M. c. 183, 55 : Βαβυλὼν, πόλις Ἀσσυρίας, ἣν Σεμίραμις ἐτείχισε τῷ περιβοήτῳ τείχει. Εἴρηται δὲ ἀπὸ Βήλου, ὃς κτίσας αὐτὴν ἀπ' αὐτοῦ προσηγόρευε· Καλὰ γὰρ καλεῖται τῇ Σύρων φωνῇ ὁ (malim ὁ) τῇ ἑλληνίδι Βῆλος. Δοκεῖ δέ μοι Βήλων, καὶ ἐν διπλασιασμῷ Βαβηλὼν κατὰ τροπὴν τοῦ η εἰς υ. Pro Καλὰ, quod certe corruptum est, Bochartus Geogr. S. 4, 14 Βάλα, Berkelius ad Steph. Byz. p. 209, A Βαλὰ, utroque verius Βάαλ vel Βαὰλ reponit Sylburgius, cui favet Etym. Gud. c. 101, 38 scribens Βάλ. L. Dindorf.]

[Βααλτὶς, ἡ, Baaltis, eadem quæ Dione. Sanchoniathon ap. Euseb. Præp. Ev. 1, 10 : Ἐπὶ τούτοις ὁ Κρόνος Βύβλον μὲν τὴν πόλιν θεᾷ Βααλτίδι τῇ καὶ Διώνῃ δίδωσιν. Joannes Laurentius Exc. c. 7 : Βλάττα ὄνομα Ἀφροδίτης ἐστὶ κατὰ Φοίνικας. Quæ ad Baaltin proba-

biliter refert Rœtherus p. 26: videtur enim Βαλτίδι a quopiam lectum fuisse Βλάττᾳ. Conf. etiam dicenda sub Βῆλθις. L. Dindorf.]

[Βαανθέμιστον, τὸ τῆς τήλεως ἄλευρον, in Glossis botanicis ex cod. reg. Ms. 848. Fœni græci farina. Ducang.]

Βάαξ, Mollis, μαλακὸς, Suid. pro quo infra βλάξ. [Errorem repetunt Zonar. c. 368, Glossaria Aurivillii p. 9, Lex. Seg. apud Montefalc. Bibl. Coisl. p. 500. L. Dindorf.]

Βαάρας, Radix quædam ap. Joseph. De capt. Jud. [Bell. Jud. 7, 6, 3] nomen habens loci, in quo nascitur. Cujus mirabilem naturam ipse Joseph. describit, et ex eo Leonicenus De var. Hist., suppresso tamen nomine. Colorem flammæ referre traditur, et vesperi fulgorem emittere. Cetera ap. eos vide. [In loco Josephi cod. Bigot. et Zonaras βαάρ. Relandus: « Φλογὶ μὲν τὴν χροιὰν ἔοικε) Ideo Baaras dicitur; nam בער βαὰρ est *arsit*. » L. Dindorf.]

[Βααρσάρης, Baarsares, fluvius Babyloniæ ap. Ptolem. 5, 20. L. Dindorf.]

[Βάαυ, ἡ, Baau, uxor Venti Κολπία, eadem quæ Nox. Sanchoniathon ap. Euseb. Præp. Ev. 1, 10: Εἶτα γεγενῆσθαι ἐκ τοῦ Κολπία ἀνέμου καὶ γυναικὸς αὐτοῦ Βάαυ, τοῦτο δὲ Νύκτα ἑρμηνεύειν, Αἰῶνα καὶ Πρωτόγονον. Bochartus Canaan 2, 2, p. 706: Puto legendum Βάαυτ, et τ finale excidisse propter alterum τ sequens in voce τοῦτο. Βάαυτ בות Phœnicibus Noctem fuisse puto, quia בות *but* est pernoctare, et בותא *bauta* noctua. L. Dindorf.]

[Βάβα. V. Βάββα. L. Dindorf.]

Βᾰβάζω, Inarticulate loquor, Inarticulatam vocem edo, τὰ μὴ διηρθρωμένα λέγω, Hesych. sed addit quosdam exp. Vociferor. [Apud Hesychium recte scriptum τὸ, non ut Stephanus cum Lex. septemv. τά: μὴ autem addidit Musurus, quum desit codici. L. Dindorf.] || Gaza autem quod Cic. De sen. [23] dixit, In cunis vagire, interpr. ἐν κοιτίδι βαβάζειν. Quæ certe signif. magnam cum illa priore affinitatem habet: quum vagitus quoque sit ἀδιάρθρωτος. [Gl. βαβάζειν, Lallare. Eædem βαιβάζω, Vagio. Scribendum videtur βαβάζω. L. Dindorf.] || Βαβάξαι Hesychio [et Zonaræ c. 377] ὀρχήσασθαι, Saltare. Unde est Βαβάκτης, ὁ ὀρχηστής. Thema ejus est βαβάζω, quod pro βάζω etiam poni crediderim, quum βάβαξ, quod inde derivatum est, signif. τὸν λάλον, et βαβάκτης τὸν κραύγασον.

[Βαβάθυ, Osthani, Cicuta, apud Interpol. Dioscor. cap. 661. Ducang. Βαβάθη, τὸ κώνειον, in Lex. Ms. ex cod. reg. 1843, Cicuta. Idem in Append. c. 33.]

[Βάβαι. V. Βάββα. L. Dindorf.]

Βᾰβαὶ est quod Lat. Papæ dicunt, alteram synonymam voc. Παπαὶ usurpantes. Est enim βαβαὶ admirantis adv. [Suidas, Lex. Seg. ap. Montef. Bibl. Coisl. p. 231, Bachman. Anecd. vol. 1, p. 178: Βαβαὶ θαυμαστικὴ φωνή. Etym. Gud. v. βάβαξ: Βαβαὶ ἐπίρρημα θαυμαστικόν. Conf. Joannes Al. sub Βαβαὶ citandus. L. Dindorf.] Plato [Reip. 2, p. 361, D]: Βαβαί, ἦν δ' ἐγὼ, ὦ φίλε Γλαύκων, ὡς ἐρρωμένως [ἐρρωμένως recte scriptum apud Platonem] κ. τ. λ. [Ibid. p. 459, B: Βαβαὶ, ἦν δ' ἐγὼ, ὦ φίλε ἑταῖρε, ὡς ἄρα σφόδρα ἡμῖν δεῖ ἄκρων εἶναι τῶν ἀρχόντων. Phædr. p. 236, E: Βαβαὶ, ὦ μιαρὲ, ὡς εὖ ἀνεῦρες τὴν ἀνάγκην ἀνδρὶ φιλολόγῳ. Alcib. 1 p. 119, C: Βαβαὶ, οἷον, ὦ ἄριστε, τοῦτ' εἴρηκας. Hipp. min. p. 364, C: Βαβαὶ, ὦ Ἱππία, ἆρ' ἄν τί μοι χαρίσαιο; Aristoph. Av. 272: Βαβαὶ, καλός γε καὶ φοινικιοῦς. Lys. 1078: Βαβαὶ, νενεύρωται μὲν ἥδε συμφορά. Eurip. Cycl. 156: Βαβαὶ, χορεῦσαι παρακαλεῖ μ' ὁ Βάκχιος. Sequente ἄρα Plato Soph. p. 249, D: Βαβαὶ μεντἂν ἄρα, ὦ Θεαίτητε, ὡς μοι δοκοῦμεν.... Alcib. 1 p. 118, B: Βαβαὶ ἄρα, ὦ Ἀλκιβιάδη, οἷον πάθος πέπονθας. Phileb. l. continuo afferendo. L. Dindorf.] Interdum cum gen. ut Βαβαὶ τῆς εὐδαιμονίας. [Plato Phileb. p. 23, B: Βαβαὶ ἄρα, ὦ Πρώταρχε, συχνοῦ μὲν λόγου τοῦ λοιποῦ, σχεδὸν δὲ οὐδὲ ῥᾳδίου πάνυ τι νῦν. L. Dindorf.] Nonnunquam etiam geminatur, quo utitur modo quidam ap. Athen. 4, [p. 158, B: Χρύσιππος δὲ ἐν τῷ περὶ τοῦ καλοῦ γνώμας τινὰς ἡμῖν εἰσφέρων φησὶ Μήποτ' (fort. μηδέποτ') ἐλαίαν ἔσθι' ἀκαλήφην ἔχων· χειμῶνος ὥρα βολβοφακῆν· βαβαὶ βαβαί. Antiatticista Bekkeri p. 84, 1: Βαβαὶ βαβαί. Οὐχὶ (poeta scripserat οὐ) τῶν μετρίων, ἀλλὰ τῶν βαβαὶ βαβαί. Ἄλεξις Σικυωνίῳ. Quod dictum ut hoc Horatii: Illam Post paullo, sed pluris, si exierit vir. Achæus apud Hesych. v. Νυμφόβας: Βαβαὶ βαβαὶ, βήσομαι (fort. νῦν νυμφόβας γενήσομαι, fere ut Heinsius). || De βαβαὶ βαβαιὰξ vide s. βαβαιάξ. Fuit etiam proverbium Βαβαὶ Μύξος, ἐπὶ τῶν κομπαζόντων καὶ μεγαλαυχούντων dictum secundum Suidam, Diogenianum 3, 65, Append. Vat. 1, 20, Lex. Seg. apud Montef. Bibl. Coisl. p. 231: Μύξος γὰρ ἐγένετο τῆς Ἀρτέμιδος ἱερεὺς, ἀστεῖός τις καὶ μεγάλαυχος. Quod secus videtur Salmasio ad Tertullian. De pallio p. 332, qui « Κορύζης παῦσαι, inquit, apud Lucianum, superbiam alicui demere, et κόρυζα pro tumore et superbia apud Nicetam, κόρυζα Ἰταλικὴ, fastus Italicus. Μύξος pro eodem dixerunt. Inde Μύξος alazon et gloriosus. Proverbium βαβαὶ μύξος περὶ τῶν μεγαλαυχούντων. Cujus proverbii originem perperam deducunt ab aliquo Cereris [Dianæ] sacerdote Myxo, qui talis fuerit. Nam μύξος est μυξώδης. » || Βαβαὶ inter σχετλιαστικὰ, id est adverbia significantia dolorem vel miserationem, refertur ab Arcadio De accent. p. 183, 20, et ab Olympiodoro in Platonis Alcib. p. 132: Βαβαὶ, ὦ Ἀλκιβιάδη· τοῦτο δὲ σχετλιάζοντός ἐστι καὶ ἀποδυρομένου τὸν Ἀλκιβιάδην· de quo dixi sub βαβαιάξ. Thomas Mag. p. 138: Βαβαὶ λογογραφικὸν, βαβαιὰξ ποιητικόν. || Accentum βαβαὶ præcipiunt Arcadius p. 183, 13, 20, Etym. Gud. v. παπαὶ, Tzetzes ad Lycophr. v. 31. Itaque damnanda cod. Clarkiani antiquissimi scriptura βαβαῖ in locis Platonicis Sophistæ et Philebi. L. Dindorf.]

[Βαβαῖ. Joannes Alex. τον. παραγγέλμ. apud Bekk. An. p. 1352: Οἱ ἰδιῶται τῆς αι διφθόγγου τὸ ι κατ' ἰδικὴν συλλαβὴν προφερόμενοί φασι βαβαῖ· οὐ δεῖ δὲ, ἀλλὰ δισυλλάβως βαβαῖ θαυμάζοντά τι ἢ ἐπαινοῦντα λέγειν. L. Dindorf.]

Βᾰβαιάξ. [Papæ. Arist. Ach. 64: Βαβαιὰξ, ὦ 'κβάτανα, τοῦ σχήματος. 1141: Βαβαιὰξ, χειμέρια τὰ πράγματα. Ran. 63: Ἤδη ποτ' ἐπεθύμησας ἐξαίφνης ἔτνους; Ἔτνους; βαβαιὰξ, μυριάκις ἐν τῷ βίῳ. Ποιητικὸν dicit Βαβαιὰξ Thomas M. p. 138. L. Dindorf.] Βαβαὶ βαβαιὰξ Schol. Aristoph. ait esse σχετλιαστικὸν pro φεῦ φεῦ, Eἰρ. [248]: Βαβαὶ βαβαιὰξ, ὡς μεγάλα καὶ ὁριμέα Τοῖσι Μεγαρεῦσιν ἐνέβαλεν τὰ κλαύματα. [Eadem fere Theodosius De grammatica p. 79, 17, Suidas s. ἐποποῖ. Rectius Etym. M. v. Βάβαξ: Ἔστι καὶ ἐπίρρημα βαβαὶ βαβαιὰξ, θαυμαστικὸν ἐπίφθεγμα. Nam quod in loco Arist. rei gravis magnitudinem admiratur Trygæus, interjectioni qua utitur non tribuit vim σχετλιαστικήν. L. Dindorf.]

[Βαβαῖος. V. Βάββα. L. Dindorf.]

[Βαβακατρεῦ. Βάρβαρός ἐστι φωνή· συγκατατίθεται δὲ ὁ βάρβαρος θεός· αἱ γὰρ ἄσημοι φωναὶ ἀντὶ συγκαταθέσεώς εἰσι. Suidas, et partim Lex. Seg. ap. Montefalc. Bibl. Coisl. p. 231, ex Schol. Arist. Av. v. 1614, ubi tamen ναβαισατρεῦ est in libris præter Brunckii unum, qui habet utrumque. De permutatione literarum β et ν dixi supra. L. Dindorf.]

[Βαβάκινος, χύτρας εἶδος, Ollæ genus, Hesychius, Suidas. Βάκινος καὶ βαβάκινος, εἶδος χύτρας, Lex. Ms. apud Ducang. Append. ad Gloss. c. 34. L. Dind.]

Βάβακος. Βάβακοι ab Eleis dicuntur τέττιγες, Cicadæ: a Ponticis βάτραχοι, Ranæ, Hesych.

[Βαβάκτης, ὁ, Clamator. Hesychius, κραύγασος. Schol. Plat. Alcib. 2, p. 84 R., 327 B., κράκτης. Bekk. An. p. 223, 30, κραυγαστής. || Garrulus. Etym. M. et Glossaria Aurivillii p. 9, ὁ πολλὰ λαλῶν, eademque cum Zonara et grammatico Ms. in Mingarelli Catal. cod. Nanianorum p. 506, λάλος. || Cantor. Hesychius, Bekk. An., ὑμνῳδός. || Saltator. Hesychius, Suidas, Etym. M., Bekk. An., Gramm. Ms., Gloss. Aur., ὀρχηστής. || Furibundus, Bacchator. Hesych., Etym. M., Sch. Plat., Zon., Bekk. An., Gramm. Nan. μανιώδης. Eustath. Od. p. 1431, 46: Ἡ (Rhea) ὁ κατεχόμενος· ἢ καὶ ἄλλῳ δαίμονι καταχρηστικῶς κύβηβος ἐλέγετο, ὁ καὶ σάβος ... καὶ βάκχος καὶ βαβάκτης ... καὶ ἐμμανής. Etym. M., Zonaras, Gramm. Nan., Gloss. Auriv. βαχχευτής. Cratinus ab Etym. M. citatus: Χαῖρ', ὦ χρυσόκερως βαβάκτα κήλων Ηάν· quod fragmentum integrius est apud Hephæstionem p. 57. L. Dind.]

[Βαβαλίζω. V. Βαμβαλίζω.]

Βαβάλιον et Βαβαλιστήρια, Cunæ, Incunabula, VV. LL.: sed non addito auctoris nom. [Petierunt V. L. haud dubie ex Gl. βαβάλιον, Cunabulum. L. Dind.] Videtur autem ita vocari ἀπὸ τοῦ βαβάζειν, quia infantes in illis βαβάζουσι.

[Βαβαλιστήριον, Cuna, Cunabulum; Βαβαλιστήριον, λίκνον, Cunæ; Βαβαλιστήρια, Cunæ. Gl. Angl.]

Βάβαλον, Pudendum s. Pudenda, αἰδοῖον. Hesych. [qui infra Βάμβαλον eodem sensu Phrygibus tribuit. Angl.] Sed Laconibus signif. ait κραύγασον, Vociferatorem. Itaque erit i. q. βαβάκτης: id enim idem Hesych. exp. non solum ὀρχηστὴς, ὑμνῳδὸς, item μανιώδης, (ut βάβαξ quoque affert pro ἐνθουσιῶν,) sed etiam κραύγασος, ὅθεν, inquit, καὶ Βάκχος.

[Βαβάνομος, nomen. Strabo 12, p. 561 post med.: Ταῦτα μὲν τὰ ἀρκτικὰ μέρη τῆς τῶν Ἀμασέων χώρας, μῆκος ὅσον πεντακοσίων σταδίων· ἔπειθ' ἑξῆς ἡ λοιπὴ πολὺ ταύτης ἐπιμηκεστέρα μέχρι τοῦ Βαβανόμου καὶ τῆς Ξιμηνῆς. L. Dind.]

Βάβαξ et Βαβάκτης, a Βάζω deducunt Etym. [Zonar. c. 368, Etym. Gud. c. 101, 50] et Eust., at ego a Βαβάζω, ubi et illa posui. Βάβαξ et Βαβάκτης, Gall. *bavard*, Loquax. Item Nugator. Ab Hesychio [et Bekk. Anecd. p. 223, 30] exp. μάταιος, λάλος, φλύαρος. [Eustath. Od. p. 1494, 62: Βάβαξ ἤτοι λάλος. Zonaras c. 367: Ὁ λάλος, ὁ φλύαρος. Archilochus apud Orion. p. 37, 4: Κατ' οἶκον ἐστρωφᾶτο δυσμενὴς βάβαξ. Lycophr. 472: Ἦν δήποτ' ἐν ῥήτρῃσι δημοτῶν σταθεὶς γλαυκῷ κελαινὸν δόρπον ὤτρυνεν κυνὶ στεῖλαι τριπλᾶς θύγατρας ὁ σπείρας βάβαξ, quod Schol. interpretatur ῥήτωρ. L. Dind.] || Accipitur et pro Eo qui furore a Cybele aut a Libero patre aliove dæmone immisso percitus est. Vide Eust. [loco sub βαβάκτης citato et Od. p. 1494, 62: Βάβαξ, μαινόμενος, ἄστυτος, γάλλος. Hesychius: Βάβακα, τὸν γάλλον.] Ab Hesychio [et Bekk. Anecd. l. c.] exp. ἐνθουσιῶν, ἀναιδής. Ceterum quamvis a βάζω hæc deducat Etym., ut sc. e βάζω βάξω sit βὰξ, e quo per redupl. βάβαξ: at βαβάκτης sit a βέβακται, cujus supra memini, et Eust. quoque dicat βαβάκτης ἐκ τοῦ βάζειν, ego tamen magis rationi et iis, quæ paulo ante de h. v. disserui, consentaneam deductionem a βαβάζω existimavi.

[Βάββα, Babba, urbs Africæ. Stephanus Byz.: Ῥάβα..., τὸ ἐθνικὸν Ῥαβαῖος, ὡς Βάββα, Βαββαῖος. Idem: Βάβαι (sic codex Vratisl., non Βαβαὶ) πόλις Λιβύης. Μαρκιανὸς ἐν περίπλῳ αὐτῆς. Ὁ πολίτης Βαβαῖος· ubi legendum videtur Βάβα. Veriorem esse scripturam Βάββα, licet etiam apud Ptolemæum 4, 1 scribatur Βάβα, ex numis constat. L. Dind.]

[Βαββαῖος. V. Βάββα.]

[Βαββικηνὸς, ὁ, adj. gentile gentis Persicæ. Zosimus 3, 31, 3: Ῥωμαίους τοῦ τε Βαββικηνῶν ἔθνους ἐκστῆναι τοῖς Πέρσαις. Sed legendum Ζαββικηνῶν cum Valesio ad Ammian. 25, 7, 9. De confuso β cum ζ vid. supra p. 2. L. Dind.]

[Βᾶβέλιος, i. q. ἀέλιος s. ἥλιος Sol, dialecto Pamphylorum. Eustath. Od. p. 1654, 20: Λέγει Ἡρακλείδης τοὺς Παμφυλίους ἄλλως χαίρειν τῷ β, προτιθέντας αὐτὸ παντὸς φωνήεντος· τὸ γοῦν φάος φάβος φασὶ καὶ τὸ ἀέλιος βαβέλιος. V. supra s. B. L. Dind.]

[Βαβέλυμα Argiva Pythagorea, hoc accentu, memoratur ab Iamblicho Vit. Pyth. c. 36 extr. L. Dind.]

Βαβὴρ Hesychio est ὁ Ἄρης. [Pamphyliorum hoc esse putat Soping. Angl.]

[Βάβης, τος, ὁ, Babes, servi nomen. Epigr. apud Pollucem 5, 47 a Gatakero indicatum sive Anthol. Pal. cap. 7, 304, et ubi vitiose scriptum Βάθης Eudociæ p. 96: Ἀνδρὶ μὲν Ἱππάμων ὄνομ' ἦν, ἵππῳ δὲ Πόδαργος, καὶ κυνὶ Λήθαργος καὶ θεράποντι Βάβης. Dio sive ut Niebuhrio Hist. R. vol. 1, p. 118 videtur, Pseudodio Orat. 37, vol. 2, p. 121 R.: Τίς οὖν οἶδεν Ἑλλήνων οὐχ ὅτι τὸν ἵππον, ἀλλ' αὐτὸν τὸν Ἱππαίμονα; δοκῶ μὲν οὐδὲ Μαγνήτων, ὅθεν ἦν Ἱππαίμων. Οὗτος μὲν οὖν φροῦδος ἐξ ἀνθρώπων αὐτῷ Βάβητι καὶ Ποδάργῳ. υ-. L. Dind.]

[Βαβία, Dea quædam Syria. Damascius Photii cod. 242, p. 341, B, Bekk.: Βάβια δὲ οἱ Σύροι, καὶ μάλιστα οἱ ἐν Δαμασκῷ, τὰ νεογνὰ καλοῦσι παιδία, ἤδη δὲ καὶ τὰ μειράκια, ἀπὸ τῆς παρ' αὐτοῖς νομιζομένης Βαβίας θεοῦ. Codex Marcianus Βαβαίας. Bochartus Geogr. S. 1, 33, p. 585 ed. Lugd. B.: « Sic Arabice באבום *babus* est infans, et Angl. *babe* vel *baby*, et Ital. *bambino* et *bambolo*. » L. Dind.]

[Βαβίας, Babias, n. pr. ut videtur. Aristophontis locum fabulæ Βαβίου citat Stobæus vol. 3, p. 224 Gaisf. si scriptura sine vitio est. L. Dind.]

[Βάβιβα, Babiba, urbs Africæ ap. Ptol. 4, 6. L. Dind.]

[Βαβιβυρὸν, Pastinaca. Appendix ad Dioscoridem 3, 59, p. 454. Jablonski. Ducang. Append. ad Gloss. c. 33: « Botan. Ms. Reg. cod. 1843: Βαβιβυρὸν, ὁ σταφυλῖνος. Ita etiam in Lexico Ms. Reg. cod. 1843 ».]

[Βαβίζω. V. Βαΰζω.]

[Βαβισμός. V. Βαϋσμός.]

[Βαβίλα, Babila, oppidum Armeniæ ap. Ptolem. 5, 13. L. Dind.]

[Βάβιον, Infans, Adolescens apud Syros. V. Βαβία. L. Dind.]

[Βάβις, ιος, n. pr. V. Βάβυς.]

[Βαβὶς s. Βαβλίς.] Βαβλίδες pro βαλβίδες, transpositis literis, Hesych. teste dicitur. Sunt autem αἱ θύραι τοῦ ἱππικοῦ, Fores, e quibus equi in curriculum emittuntur, quos Lat. Carceres appellant. [Scriptum est apud Hesychium Βαλβῖδες, αἱ θύραι τοῦ ἱππικοῦ, καὶ βαλβίδες. Ad quæ Kusterus: « Hesychium hic scripsisse βαβίδες vel βαβλίδες non solum series literarum arguit, sed etiam quod vox βαλβίδες explicationis gratia addatur. Non dubium autem est quin βαβίδες vel βαβλίδες sit vocabulum spurium et ex errore librariorum ortum; quod Hesychium, bona fide, ut alia multa, in collectanea sua retulisse, nemo mirabitur, cui negligentia et hallucinatio lexicographi hujus perspecta fuerit ». L. Dind.]

[Βαβοράνα, Baborana, locus in Paropamisadis ap. Ptolem. 6, 18. L. Dind.]

[Βαβραδών. V. Βαμβραδών.]

Βαβράζω. Βαβράζων Hesychio κεκραυγως [κεκραγὼς] συντόνως, contentissima voce clamans. [Idem βεβράξαντα συντόνως κεκραγότα interpretatur: scr. βαβράξαντα.] Sed forsan scr. βαβάζων. Nam et βαβάκτης dicitur ὁ κραύγασος, Vociferator. [Non est scribendum. Ananius Athen. 7, p. 282, B, ab Schweigh. indicatus, ὅταν ἠχέται βαβράζωσιν, de stridulo cicadarum cantu. L. Dind.]

[Βαβράντιον, τὸ, Babrantium. Steph. Byz.: Βαβράντιον τόπος περὶ Χίον. Πολύβιος ἑκκαιδεκάτῳ. Τὸ ἐθνικὸν ὁμοίως· ἔοικε δ' ὑποκοριστικὸν τοῦ Βάβρας. L. Dind.]

[Βαβράντιος, Babrantius. V. Βαβράντιον, Βάβρας. L. Dind.]

[Βάβραξ. V. Βάραχες.]

[Βάβρας, Babras. Steph. Byz.: Βάβρας πολίχνιον Αἰολίδος ἐγγὺς Χίου· τὸ ἐθνικὸν Βαβράντιος ἀπὸ Βάβραντος. Εὕρηται καὶ ἰσοσύλλαβος ἡ κλίσις ἐν ἀγενεῖ βιβλίῳ. De flexione nominum in ας v. Chœrob. in Bekk. An. p. 1185. L. Dind.]

[Βάβρηκες. V. Βάραχες.]

Βαβρὴν, Hesych. teste, Macedonibus est Fæx olei. [Ὑπόστασιν ἐλαίου κατὰ Μακεδόνας.]

[Βαβρίας ἢ Βάβριος, Babrias vel Babrius, inquit Suidas, Æsopi fabulas metro choliambico inclusit. De nominativo ut dubitaret Suidas Βαβρίας esset an Βάβριος, fecit, opinor, quod non nisi genitivo dictum nomen reperisset Βαβρίου. Βαβρίας est apud Tzetzam Hist. 8, 515; 13, 257. Suidas, qui hunc scriptorem sæpissime citat, semper dicit Βάβριον: itaque dicunt Etym. M. p. 625, 53; 662, 27, et ubi Βάμβριος scriptum Zonaras c. 982; Avianus Præfat. ad Theod. Ab librariis Βαβρίου corrumpitur in Γαβρίου vel Χαβρίου vel Βαλερίου, quod notiores iis essent Gabriel et Chabrias et Valerius quam Babrius: v. Tzetzæ l. c., Juliani Epist. 59, p. 113 ed. Heyl., Tyrwhitt. Diss. de Babrio p. 186, 203 ed. Lips., qui Gabriam, de quo non dubitaverat Bentleius, jure negat ullum unquam fuisse. L. Dind.]

[Βαβρώνιος. Galen. Gloss. p. 446: Ἀχιλληιάδας κριθὰς) τὰς εὐτραφεῖς καὶ μεγάλας, ἀπό τινος Ἀχιλλέως ὠνομασμένας, ὥς φασι, γεωργοῦ Βαβρωνίου. Codex unus Βαβαρῶν, alter Βαρωνίου, lineolis super αρω positis. Cogitari possit de Βαβυλωνίου. L. Dind.]

Βαβύας Hesychio βόρβορος, πηλὸς, Cœnum, Lutum. Pro quo supra ex Etym. habuimus Βακίας. [Vide etiam s. Βαβύλας. Βάβυς scriptum apud Cyrillum Tittmanni ad Zonaram c. 368. L. Dind.]

Βαβύη Hesych. est χείμαρρος, Torrens : sed addit quosdam dicere esse Civitatem. [Οἱ δὲ πόλις. Albertus : « Pro Βαβύη Hemsterh. Βαβύκη mavult. Sic et Heins. An huc pertinet Stephani illud Βαβύλη, πόλις ἐν Ὀδρύσαις? Sed forte πηλὸς legendum pro πόλις, ut præc. voc. Βαβύας. » L. Dind.]

Βαβύκτα Hesychio γέφυρα, Pons. [Heinsius : « Scribe Βαβύκα. Ea autem vox Laconica. Plut. Lycurg. c. 6 : Μεταξὺ Βαβύκας τε καὶ Κνακίωνος. Ac mox additur : Τὴν δὲ Βαβύκαν καὶ τὸν Κνακίωνα νῦν Οἰνοῦντα προσαγορεύουσιν· Ἀριστοτέλης δὲ τὸν μὲν Κνακίωνα ποταμὸν, τὴν δὲ Βαβύκαν γέφυραν ». Addit Albertus Pelop. c. 17 : Ἐκείνη δ' ἡ μάχη πρώτη καὶ τοὺς ἄλλους ἐδίδαξεν Ἕλληνας ὡς οὐχ ὁ Εὐρώτας οὐδ' ὁ μεταξὺ Βαβύκας καὶ Κνακίωνος τόπος ἄνδρας ἐκφέρει μαχητὰς καὶ πολεμικούς. Ubi obiter emendandus pravus accentus Κνακίωνος pro Κνακιῶνος : quomodo et apud Draconem scriptum p. 59, 26, et scribendum esse intelligitur ex Herodiano Περὶ μον. λέξεως p. 17, 22. L. Dind.]

[Βαβύλας, πηλὸς, Cœnum, Lutum, interpretantur Suidas, Zonaras, Lex. Seg. Bibl. Coisl. p. 499. Vide Βαβύας, quæ vera scriptura videtur. L. Dind.]

[Βαβυλᾶς, Babylas, nomen episcopi Antiochiæ, de quo vid. Suidas ibique Kusterus. L. Dind.]

[Βαβύλη, Babyle, nomen urbis Odrysiæ. Stephanus Byz. : Βαβύλη, πόλις ἐν Ὀδρύσαις. Unde corrigendus Zonaras c. 372 : Βαβύλη, πόλις ἐν Ὀδρύσῃ τῆς Θράκης· ὁ πολίτης Βαβυλίτης. L. Dind.]

[Βαβυλίτης. V. Βαβύλη.]

[Βαβυλὼν, ἡ, Babylon, nomen urbis Assyriæ apud Herodotum, Xenophontem et alios. || Loci in Ægypto apud Diodor. 1, 56, ubi vid. Wesseling. L. Dind.]

[De etymologia nominis præter Suic. Thes. eccl. sub h. v. Greg. Nyss. Or. 9 contra Eun. 2, p. 248, A : Σύγχυσις γὰρ ἡ Βαβυλὼν ἑρμηνεύεται· Eus. Præp. ev. 9, 14 : Ἑβραῖοι γὰρ τὴν σύγχυσιν Βαβὲλ καλοῦσιν (quæ sunt ad verbum ex Jos. Ant. Jud. 1, 4, 3)· Orig. Cels. 7, 22; Greg. Nyss. De Magno episc. 2, p. 1025, B; Doroth. Doctr. p. 813, D; Chrys. Or. 30 in Gen. t. 1, p. 240, l. 33; Cyrill. Alex. Comm. in Michæam 3, p. 432, C; in Zachar. p. 668, B et 753, B; item Collect. 6, p. 70, C; Olympiod. Cat. in Jerem. 3, p. 7, F; Procop. in Es. p. 200, F. Βαβυλὼν pro Βαβυλωνία Theophr. Hist. pl. 2, 6, 2 : Καὶ γὰρ ἐν Βαβυλῶνί φασιν, ὅπου οἱ Φοίνικες πεφύκασι, καὶ ἐν Λιβύῃ δὲ, καὶ ἐν Αἰγύπτῳ· cfr. ib. 2, 2, 2 et 8; 8, 6, 6; 8, 7, 4; Diosc. 4, 31 : Ἡ ἐν Βαβυλῶνι παρὰ ταῖς ὁδοῖς φυομένη [καλαμάγρωστις]· et Philon. Belop. p. 90, l. 18 : Ναπτάλιος (naphthæ), ἣ ἐν Βαβυλῶνι γίγνεται. Babylonem Ægypti memorat Pallad. Laus. c. 25, p. 937, C : Μεταξὺ Βαβυλῶνος καὶ Ἡρακλείας, εἰς τὴν πανέρημον τὴν φέρουσαν κατὰ τὴν Ἐρυθρὰν θάλασσαν· de ejus arce, hodie *Kasr el Schama*, luculente egit *Du Bois-Aymé, Descript. de l'Égypte*, t. 2, c. 19. Hase.]

[Βαβυλὼν, ὁ, Babylo, filius Beli, conditor urbis Assyriæ Babylonis, secundum Stephanum Byz. s. Βαβυλὼν, quem sequitur Eudocia. L. Dind.]

[Βαβυλωνεὺς, Babylonius, gentile a Βαβυλών. Steph. Byz. L. Dind.]

[Βαβυλωνία, ἡ, Babylonia, regio circa Babylonem. Xenophon Anab. 1, 7, 1 : Ἐξελαύνει διὰ τῆς Βαβυλωνίας. Diodor. 2, 1, etc.; Strabo 2, p. 80 et alibi sæpe. Addito χώρα Herodotus 1, 193 : Ἡ Βαβυλωνίη χώρη. Xenophon Anab. 2, 2, 13 : Τῆς Βαβυλωνίας χώρας. Sæpe pro Βαβυλὼν infertur ab librariis, veluti Diodor. 17, argum. p. 159, 54; 17, 64; 116; 19 argum. p. 316, 2; 19, 14, quod recentior ætas multa locorum nomina in ία deformare soleret. L. Dind.]

[Βαβυλωνιακὸς, ἡ, ὸν, Babylonicus, gentile a Βαβυλών. Pollux 6, 104 : Νάρδον Βαβυλωνιακὸν, ὡς Ἄλεξις. Scott. Apud Pollucem duplex est varietas Βαβυλωνικὸν et Βαβυλωνιακήν. Et certe Βαβυλωνιακὴν verius est quam Βαβυλωνιακόν. Berossi Βαβυλωνιακὰ citant scriptores ab Richtero p. 47 seqq. indicati. L. Dind.]

[Βαβυλωνικὸς, ἡ, ὸν, Babylonicus, gentile a Βαβυλών. Gl. Βαβυλωνικοῦ δέρματος εἶδος, Beneventanum. Iamblichi Βαβυλωνικὰ citat Suidas v. Ἰάμβλιχος. L. Dindorf.]

Βαβυλώνιος, α, ον, Babylonius, gentile a Βαβυλών. « Βαβυλώνιοι, Hesychio teste, ap. Atticos dicuntur οἱ βάρβαροι. [Servi, ut videtur, qui ex Syria in Græciam venditi opus facerent. Idem Hesychius vol. 2, c. 1147 : Φησί τις παρὰ τῷ Ἀριστοφάνει, τοὺς ἐκ τοῦ μύλωνος (scr. μυλῶνος) ἰδὼν Βαβυλωνίους, Σαμίων ὁ δῆμός ἐστιν ὡς πολυγράμματος· quod ex Babyloniis Aristophanis petitum fragmentum est, quæ fabula nomen duxerat ab illis servis. Quorum ad opificium refertur etiam Suidæ glossa : Βαβυλωνία κάμινος καὶ Βαβυλώνιοι παῖδες. L. Dindorf.] Alioqui Βαβυλώνιοι sunt οἱ τῆς Βαβυλῶνος πολῖται : quæ urbs Assyriæ est, dicta a Belo per reduplicationem et transmutationem literarum, ut quidem vult Etym. » H. Steph. [Etym. somnia memoravi sub Βαάλ. Gentile Βαβυλώνιος creberrimum est apud historicos et geographos, Herodotum, Xenophontem, Diodorum, Platonem. De Βαβυλωνία fem., quod vel addito vel omisso χώρα dicitur, vide sub ipso. Βαβυλώνιος genere femin. Xenoph. Eph. p. 40, 11 : Ἐσθῆτας τὰς Βαβυλωνίους, cui Arrian. Exp. 6, 29, 8 : Τῆς Βαβυλωνίου ἐργασίας comparavit Locella. L. Dindorf.]

[Diosc. 2, 10 : Μέλας δὲ ὁ Βαβυλώνιος [ὄνυξ] καὶ μικρότερος· et 1, 101 : Νάφθα, ὅπερ ἐστὶ τῆς Βαβυλωνίου ἀσφάλτου περιήθημα. Βαβυλώνιοι significatione latius patente : Cyrill. Alex. Comment. in Zach. 3, p. 753, B : Ἀδιαφορεῖ δὲ πλειστάκις ὁ λόγος, Ἀσσυρίους τε καὶ Βαβυλωνίους εἰς ἔθνος καταλογιζόμενος ἓν, διά τοι τὸ ὑφ' ἑνὶ κεῖσθαι σκήπτρῳ. De vestibus peristromatisque Babyloniis quum alii multi, tum Jos. Bell. Jud. 5, 5, 4 et 7, 5, 5. — Pallad. Vita Chrys. p. 31, l. 20, Διηγούμενοι Βαβυλώνια πράγματα, videtur esse, Mira, prodigiosa facinora; fere ut Luc. Philops. 11 in præstigiatoribus numerat Ἄνδρα Βαβυλώνιον, τῶν Χαλδαίων. Hase.]

[Βαβυλωνὶς, ἡ, Babylonia, adj. gentile a Βαβυλών. Steph. Byz. : Βαβυλωνὶς καὶ Βαβυλωνία τὰ θηλυκά. Nonnus Dion. 40, 303 : Βαβυλωνίδος ἔργον Ἀράχνης. ∪∪-∪. L. Dind.]

[Βάβυρσα, Babyrsa, castellum Armeniæ Strabonis l. 11, p. 768, 21 ed. Falc. L. Dind.]

Βαβύρτας Hesychio est ὁ παράμωρος, Aliquantum fatuus.

[Βαβύρτας, ὁ, Babyrtas, nomen hominis Messenii apud Polybium 4, 4, 5 seq., cujus mores ita conveniunt significationi, quam voci Βαβύρτας tribuit Hesychius, ut ducta ab ipso videatur. L. Dind.]

[Βάβυς, ος, Babys, idem qui Typhon. Hellanicus ap. Athen. 15, p. 680, A : Τοὺς στεφάνους ἀπέθεντο οἱ θεοὶ ἐν Αἰγύπτῳ, πυθόμενοι βασιλεύειν τὸν Βάβυν, ὅς ἐστι Τυφῶν. Non diversum esse a Βέβων, altero Typhonis nomine, notat Jablonskius. || Nomen Phrygium, ut ait Athen. 14, p. 624, B, quo tibicen nominabatur apud Hipponactem, unde proverbia Κάκιον ἢ Βάβυς αὐλεῖ et Βάβυος χορὸς, de quibus v. Schweigh. ad l. Athenæi. Vocatum sic esse etiam patrem Pherecydis, qui Βάβιος filius dicitur ab Suida et, cujus ex libris Βαβυλώνιος affert Eustath. Od. p. 1787, 17, Strabone 10, 487 = 746, A, Βάβυος ab Diogene 1, 116 et 119, conjectura est G. Vossii De hist. gr. 4, 4. ∪∪. L. Dind.]

[Βαβυτάκη, ἡ, Babytace, urbs Persica, unde

[Βαβυτακηνὸς, ἡ, ὸν, Babytacenus, gentile, utrumque apud Steph. Byz. L. Dind.]

[Βαβὼ, ἡ, Babo, nomen mulieris apud Suidam s. Δυσαύλης et Δημὼ et Νῆσσα, ubi in ed. Mediol. Βαβῆ. Sed utrumvis mendum est pro Βαυβὼ, quod pro eodem Βαβὼ apud Harpocr. ex cod. Mediceo restituit Gronov. Sic βαυβᾶν quandoque corruptum reperitur in βαβᾶν. Relinquendum vero est vitium Michaeli Psello apud Allatium De quorundam Græcorum opinat. p. 139, ab Ducangio et Lobeckio Aglaoph, p. 823 citato : Ὁ Βαβουτζικάριος προσεφθάρη τῷ βίῳ· ἔνεστι γάρ που τοῖς Ὀρφικοῖς ἔπεσι Βαβὼ τις ὀνομαζομένη δαίμων νυκτερινὴ, ἐπιμήκης τὸ σχῆμα καὶ σκιώδης τὴν ὕπαρξιν. L. Dind.]

[Βάγα. V. Βαγαῖος. L. Dind.]

[Βαγαδαονία, ἡ, Bagadaonia, Cappadociæ pars australis. Strabo 2, 73=125, B, ibique Casaub., Steph. Byz. L. Dind.]

[Βαγαδάων, ὁ, Bagadaon, s. incola Bagadaoniæ. Steph. Byz. L. Dind.]

[Βαγάδη. V. Βαδάκη. L. Dind.]

[Βάγαι, αἱ, Bagæ, oppidum Lydiæ. Hierocles p. 671, ubi est ΒΑΓΙΣ. V. Wesseling. L. Dind.]

[Βαγαῖος. Hesychius : Βαγαῖος ὁ μάταιος, ἢ Ζεὺς Φρύγιος, μέγας, πολὺς, ταχὺς, Fatuus, sive Juppiter Phrygius, Magnus, Multus, Velox. Idem: Βαγαία, ματαία. Αυσικράτης, Βαγαία γὰρ ὥς τις ἐπικουρεῖ, et sub Βαλαιὸν ita : μέγα, πολὺ, οἱ δὲ ταχύ. Ad quæ Kusterus: « Significationem hanc Hesych. tribuit etiam supra voci Βαγαῖος, et infra voci Βαλίαν. Nimirum Grammaticus noster verba similis quidem soni, sed sensu multum discrepantia, pro more suo confundens, significationem, quæ verbo Βαλίας proprie convenit, cum aliis duobus temere communicavit ». L. Dind.]

[Βαγαῖος, Bagæus, nomen Persicum apud Suidam sub Βαγαῖος et Ἅλος, ubi quæ citantur, Herodoti verba sunt 3, 128, qui eundem, ut videtur, Persam nominat 7, 80. Alium Xenoph. Hist. gr. 3, 4, 13, cujus pauci minusque boni libri Βαγκαῖος. Non minus vitiosa scriptura Μαγαῖος Plutarchi Alcib. c. 39, cui Βαγαῖος ex Cornelii Nep. Alcib. c. 10 restituit Staverenus. L. Dind.]

[Βαγαῖος, idem quod Οὐακκαῖος, Vaccensis, adj. gentile a Βάγα, civitate Numidica quam vocat Plut. Mario c. 8. Appianus fragm. vol. 1, p. 501 ed. Schw.: Βαγαίων ἀνῄρει τὴν βουλὴν ὅλην. Conf. Schweigh. ad Polyb. vol. 5, p. 556. L. Dind.]

[Βαγαπαῖος, Bagapæus, filius Artaxerxis. Ctesias Photii p. 42, 5. L. Dind.]

[Βαγαπάτης, Bagapates, eunuchus apud Ctesiam Photii p. 37, 28; 38, 13, 31. L. Dind.]

Βαγαρὸν Lacones vocant τὸ χλιαρὸν, Tepidum, Hesych. teste.

[Βάγαρος. Arcadius De accent. p. 76, 8 : Τὰ δὲ ὑπερδισύλλαβα ἔχοντα πρὸ ἀμεταβόλου τὸ α ἐν τῇ πρὸ τέλους συλλαβῇ βαρύνεται, βάγαρος, μέγαρος. Μέγαρος notum est nomen pr.; βάγαρος quid sit non liquet. L. Dind.]

[Βάγας, Bagas, nomen Paphlagonicum apud Strabonem 12, p. 800, 10. L. Dind.]

[Βαγασάκης s. Βαγασσάκης, Bagasaces, Persa memoratus ab Herodoto 7, 75, ubi alii libri Βασάκης s. Βασσάκης. L. Dind.]

[Βάγεια. V. Βαγία. L. Dind.]

Βαγεῖσαι Hesychius affert pro εἰσελθοῦσαι, Ingressæ. [In codice scriptum est βαγεῖ : vix ut fidem Alberto habeam scribenti : « Et Hesychii et Suidæ [Βαγεύει, πλανητεύει] verba habet Cyrill. Ms., ubi et Βᾶσαι, εἰσελθοῦσαι. » Ceterum βαγεῖ nihil videtur nisi vitiose scriptum βᾶσαι esse, quod pertinet ad βαίνειν. L. Dindorf.]

Βαγεύω, Vagor. Βαγεύει Suidæ [et Zonaræ c. 377] est πλανητεύει. [Vocem græcobarbaram esse, factam ab lat. Vagari, annotavit Kusterus. Plura vide apud Ducang. L. Dind.]

[Βαγηνὸς, ἡ, ὸν, Bagenus, adj. gentile a Βαγαὶ oppido Lydiæ, quod v. Exempla sunt ap. Eckhel. Doctr. Num. vol. 3, p. 94. L. Dindorf.]

[Βάγης, τος, ὁ, Bages, nomen viri in monumento Bosporano apud Bœckh. Corp. Inscr. vol. 2, p. 165, 40. L. Dindorf.]

[Βαγία ἄκρα Carmaniæ memoratur a Ptolemæo 6, 8. Arriano Ind. 28, 9 est Βάγεια. L. Dind.]

[Βαγινδάριοι, Pollux 6, 81, ficuum nomina recensens : Ἰσχάδες ... καὶ βαγινδάριοι δὲ, αἱ Ῥοδίαι. Scr. Ῥόδιαι. Vid. Βριγινδαρίδες. L. Dind.]

[Βάγιννα Armeniæ memoratur a Ptolemæo 5, 12. L. Dind.]

[Βάγιος, Magnus. Βάγιον, μέγα, Hesychius, Suidas, Zonaras c. 375, Cyrillus apud Tittmann. ad Zon. Comparat Albertus Hesychii Βαγαῖος, vel conjicit esse ἅγιος cum digammo. Posteriorem sententiam probat Toupius Emend. vol. 3, p. 474, conferens Hesychii ἱερὸν, μέγα. L. Dind.]

[Βαγίστανα, Bagistana, urbs Mediæ apud Steph. Byz., ubi Βαγίστανον cod. Vratislav. L. Dind.]

[Βαγιστάνης, ὁ, Bagistanes, nomen viri Babylonii apud Arrian. Exp. Al. 3, 21, 1. L. Dind.]

[Βαγίστανον, τὸ, Bagistanum, mons Mediæ. Diodorus 2, 13 et Steph. Byz. : Τὸ Βαγίστανον ὄρος. Videtur igitur adjective dici et ad sequens Βαγίστανος referendum esse. L. Dind.]

[Βαγίστανος, η, ον, Bagistanus, gentile a Βαγίστανα. Steph. Byz. : Τὸ ἐθνικὸν Βαγιστανός. Scribendum arbitror Βαγίστανος. Diodor. 17, 110 : Παρεγκλίνας τὴν ὑποκειμένην ὁδὸν θέας ἕνεκεν ἦλθεν εἰς τὴν ὀνομαζομένην Βαγιστάνην, θεοπρεπεστάτην τε χώραν οὖσαν καὶ πλήρη καρπίμων δένδρων καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων τῶν πρὸς ἀπόλαυσιν ἀνηκόντων. Ita Wesselingius : libri Βαγιστάμην. L. Dind.]

[Βάγμα, τὸ, Sermo, Oratio. Æsch. Pers. 636, ab Scotto indicatus : Ἦ ῥ' ἀΐει μου μακαρίτας ἰσοδαίμων βασιλεὺς βάρβαρα σαφηνῆ ἵεντος τὰ παναίολ' αἰανῆ δύσθροα βάγματα; Libri pauci βάσματα, sicut Athenæi 5, p. 199, E, est vicissim varietas βαγμοὺς pro βασμούς. L. Dind.]

[Βαγνετία, Bagnetia, nomen Ephyræ græcobarbarum, ut videtur, quod fortasse debebam omittere, ap. Schol. Hom. Od. A, v. 259 : Ἐξ Ἐφύρης) Κορίνθου· ἔστι καὶ ἑτέρα πόλις Ἐφύρη ἡ λεγομένη Βαγνετία. Incertum est quamnam Ephyram dicat ex tot hujus nominis urbibus, quas recensent Stephanus et ad eum Holstenius. L. Dindorf.]

[Βάγνυμι, Frango, pro ἄγνυμι, præfixo digammi loco β, dicebant Lacones. Hesychius : Βάξον, κατάξιον, Λάκωνες. Βᾶξον, κάταξον restituerunt interpretes. L. Dind.]

[Βαγόραζος, Bagorazus, Persa, apud Ctesiam Photii p. 41, 41; 42, 22. L. Dind.]

Βάγος, Hesych. teste, est κλάσμα ἄρτου ἢ μάζης [Frustum panis vel placentæ : quam tamen signif. tribuit postea voc. Βανός. L. Dind.] : item βασιλεὺς et στρατιώτης ap. Lacones. [Στρατηγὸς pro στρατιώτης reponendum vidit Taylor. Lect. Lys. p. 702, s. 283 Reisk., et qui ab Angl. memoratur, acutissimus Letronnius in *Journal des Savans*, 1820, *mars*, p. 170. Verus autem accentus est βαγὸς, ut sit ἀγὸς cum digammo. L. Dind. Cfr. Bœckh. Inscrr. gr. 1, n. 58, p. 83, et n. 60, p. 86. Hase.]

[Βαγράδας, α, ὁ, Bagradas, nomen fluvii prope Uticam Africæ. Strabo 17, p. 832; Ptolem. 4, 3; 6, 4; Martian. Heracl. Peripl. p. 19, 20, 21, 23; Agathemerus 49, et ubi Βαρβάδαν est in libris, Appian. Civ. 2, 45. L. Dind.]

[Βαγραυανδηνὴ, ἡ, Bagrauandena, regio Asiæ, a Tigridis fl. fontibus orientem versus extensa, ap. Ptolem. 5, 13. L. Dind.]

[Βᾰγώας, ὁ, Bagoas, nomen Persæ eunuchi apud Diodorum, Plutarchum, Arrianum, Athenæum, Plinium N. H. 13, 4, 9, qui commune eunuchorum apud Persas nomen dicit scribens : « In horto Bagou (h. e. Βαγώου) : ita enim vocant spadones, qui apud eos etiam regnavere ». Βαγῶος est apud Strabonem l. 15 extr. : Βαγῶος ὁ εὐνοῦχος, ubi libri nonnulli Μαγῶος : quæ forma an tueri se possit Ovidiano Am. 2, 2, 1 : « Quem penes est dominam servandi cura, Bagoë », videndum est. L. Dind.]

[Βαδαΐς, Badais, urbs Arabiæ apud Ptolem. 6, 7. L. Dind.]

[Βαδάκη, Badace, urbs juxta Eulæum fl. Susianæ, apud Diodor. 19, 19, ubi alii libri Βαγάδη. L. Dind.]

[Βαδάκης, Badaces, nomen viri in marmore Olbiensi apud Bœckh. Corp. Inscr. vol. 2, p. 135. L. Dind.]

[Βαδάρα, Badara, urbs Carmaniæ ap. Ptolem. 6, 8; Gedrosiæ 6, 21. Βάδαρα, Βαδάρων flectitur apud Marcianum Heracleotam p. 23. L. Dind.]

[Βαδᾶς, Badas, fl. Syriæ ap. Strabon. 15, p. 728 init. L. Dind.]

Βαδὰς Hesychius ex Ameria Comico [immo grammatico] affert pro κίναιδος, Cinædus. [Βαγώας conjicit Is. Vossius, parum probabili conjectura, quum multo propius sit Βατὰς, quod κατωφερὴς interpretatur Hesychius et Tarentinorum dialecto tribuit. L. Dind.]

[Βαδάτιον, Badatium, urbs Chersonesi Tauricæ apud Ptolem. 3, 6. L. Dind.]

[Βάδαυσα, Badausa, urbs Mesopotamiæ apud Ptolem. 5, 18. L. Dind.]

[Βάδδης, ὁ, Prælum. V. Βάδης. L. Dind.]

[Βάδδι, Vestis rubra. V. Βαδδίν. L. Dind.]

Βαδδὶν Hesychio βύσσινον ἔνδυμα εἰς ἱερείας, [Edit. ἱερέας. Codex ἐξερέας. Legendum ἔνδυμα ἐξαίρετον cum Schowio ex Lexicis ab interpretibus Hesychii citatis. L. Dind.] Byssina stola qua utebantur, quum rem divinam facerent. Suidæ quoque [et Zonaræ c. 372] βαδδὶν est ἱερὰ στολή, Sacra stola, afferenti e Daniele [10, 5]: Ἦρα τοὺς ὀφθαλμούς μου, καὶ εἶδον, καὶ ἰδοὺ ἀνὴρ εἷς ἐνδεδυμένος βαδδίν [cfr. ib. 12, 6]. Peregrina igitur v. est, non Gr. [« Hebr. בדים Baddim : Lina, a בד Bad. » Hill. ad Hesych.] [Glossæ Suidæ et Zonaræ fluxisse videntur ex Chrys. Or. 3 de incomprehens. t. 6, p. 405, l. 29 : Βαδδὶν, τουτέστι στολὴν ἱεράν. Hase.]

[Βαδδινὰ, Byssina. Cyrill. Lex. ap. Albert. ad Hesych. c. 673, 6 : Βαδδηνὰ, βύσσινα. Βαδδινὰ corrigit Albertus. L. Dind.]

[Βάδδομαι. V. Βάδομαι.]

Βαδελεγέω. Βαδελεγεῖ Hesychio est ἀμέλγει, Mulget. [Albertus ad Hesych. : « Lex. Reg. Ms. [sive Zonar. c. 377] Βαδελαγεῖ. Cyrill. Lex. Ms. Βαδέλγει [apud Tittm. idem Βαδελαγεῖ.] Noster inf. Βδάλλει, ἀμέλγει [et βδάληται, ἀμέλγηται]. Conf. v. Βλεῖ, ἀμέλγει. » L. Dind.]

[Βαδεωπολίτης, Badeopolita, gentile a Βάδεως πόλις, urbe Arabiæ felicis ap. Steph. Byz., quæ Βαδέου βασίλειον dicitur Ptolem. 6, 7. L. Dind.]

[Βακχὶς, ίδος, Bacchis, nomen mulieris apud Bœckh. Corp. Inscr. vol. 1, p. 522 ; Athenæum 13, p. 594, 595 ; Plautum in fabula Bacchidum ; Alciphronem 1, 29, 30, 31, 38 ; Lucian. Dial. Meretr. etc. || Est etiam nomen vici vel oppidi circa Mœridis paludem Ægypti apud Ptolemæum 4, 5. L. Dindorf.]

[Βάκχις, ιδος, Bacchis, viri nomen, cujus notissimum exemplum est Bacchis Prumnidis filius, rex Corinthi, a quo Bacchidæ, apud Pausaniam et alios. Sed idem vulgo usurpatum docet Βύκχις ejusdem nominis forma Æolica apud Alcæum Athenæi 10, p. 430, C : Οὐ χρὴ κακοῖσι θυμὸν ἐπιτρέπειν· προκόψομεν γὰρ οὐδὲν ἀσάμενοι, ὦ Βύκχι· φάρμακον δ' ἄριστον οἶνον ἐνεικαμένοις μεθύσθην. Quo respiciens Etym. M. p. 216, 47 : Βύκχις ὄνομα Αἰολικὸν, παρὰ τὸ Βάκχος, Βάκχις καὶ Βύκχις, ὡς ἵππος ἵππις καὶ οἶκος οἰκὶς καὶ τροπῇ τοῦ α εἰς υ, ὡς βάθος βυθίς. Ubi et βυθὸς legendum pro βυθὶς, neque οἰκὶς et ἵππις pro substantivis habenda sed pro nominibus, emendato accentu, Οἶκις, Ἵππις. Utriusque exemplum v. apud Bœckh. Corp. Inscr. vol. 1, p. 597, 1210 et 738, 14. Ceterum nomen Βάκχις memorat Etym. M. etiam sub Στράττις p. 729, 38. L. D.]

[Βακχιώτης, ὁ, Bacchabundus. Soph. O. C. 679 : Ὁ βακχιώτας Διόνυσος. Scott.]

[Βακχόαν, βόθρον. Αἰολεῖς. Hesych. qui paullo ante Βάκοα· βάθρον [leg. βόθρον Alberti] exhibuit.]

[Βακχόβακχος. Vide sub Βακχέβακχος. L. Dindorf.]

[Βακχονησίτης, Bacchonesita, gentile a Βάκχου νῆσος, quod vide. Steph. Byz. L. Dindorf.]

[Βάκχορις, vitiosa scriptura pro Βόκχορις, quod v. L. Dindorf.]

Βάκχος, ὁ, Furore a dæmone quopiam immisso percitus. [Eur. Herc. F. 1119 : Ἅιδου βάκχος. Cretensium fr. 2, 15 : Κουρήτων βάκχος. Ælian. V. H. 3, 9 : Ἔρωτος βάκχοι, indicatus ab Angl. Schol. Arist. Eq. 406; Hesychius, Lex. Rhet. Bekk. An. p. 224, 32, Etym. M. L. Dind.] Eust. 1494, postquam dixit βάβαξ esse μαινόμενος, ἄσωτος, Γάλλος, κατὰ τοὺς παλαιούς, eundem βαβάκτην dici addit ἐκ τοῦ βάζειν, unde, inquit, etiam βάκχος, appellatur ὁ μανιώδης et ἀκρατής. Idem vero 1431, unde meam illam τοῦ βάκχος interpr. excerpsi, scribit : Ἡ (Ῥέα), φασὶν, ὁ κατεχόμενος ἢ καὶ ἄλλῳ δαίμονι, καταχρηστικῶς Κύβηβος ἐλέγετο, ὁ καὶ Σάβος, καὶ Σαβάζιος, καὶ Βάκχος, καὶ Βαβάκτης, καὶ Βάβαξ, καὶ Ἐμμανὴς, καὶ Φλεδών. Quod autem ad formationem h. v. attinet a βάζω, Idem 493 scribit, βάζω, βέβαχα, βάχος, et pleonasmo τοῦ κ, βάκχος : qualem pleonasm. e simili formatione in σικχὸς etiam esse tradit. Hactenus ille. Existimo autem βάκχος, sicut et βάβαξ ac βαβάκτης, a βάζω signif. φλυαρῶ deduci, quemadmodum βέβακται exp. πεφλυάρηται, ut sit βάκχος, Qui furore agitatus nugas multas deblaterat. Nisi quis ad immanem bacchantium ululatum s. boatum referre malit : et tum optime conveniet τοῦ βάζω etym. tanquam a βοάζω. || Sed et ipsum Liberum patrem s. Dionysum Βάκχον appellari notissimum est. [Soph. OEd. T. 211 : Τὸν χρυσομίτραν κικλήσκω τᾶσδ' ἐπώνυμον γᾶς οἰνῶπα Βάκχον εὔιον. Eurip. Hipp. 560 : Διογόνοιο Βάκχου. Rhes. 972 : Βάκχου προφήτης, et alibi. Theocritus Epigr. 17, 3; 26, 13; Lycophr. 206, 273; Dionysius 572, 700, 704, 1153. L. Dind.] || Βάκχος, Ploratus, κλαυθμὸς, Hesych. Phœnicum lingua. [« Ab Hebr. בכה *Bachàh*. Unde Bacchum suum sine dubio Græci dixerunt ». Heinsius. Cui consentit Bochartus Geogr. S. p. 738.] || Est et Piscis ap. Athen. [3, p. 118, C; 7, p. 306, E; 315, F; 8, p. 356, B; Xenocrates 1, 2, ubi vide Coray; Eustath. Il. p. 862, 37, Hesychium et in Lex. Rhet. l. c., quod addit οἱ δὲ ὄμβρικος ὑπὸ Ἁλικαρνασέων βάκχος. Ὄμβρικος quomodo intelligendum aut corrigendum esset dubitabat Ruhnkenius in Auctario ad Hesych. L. Dind.] Plin. (9, 17). Vide et alia de h. v. ap. eund. Hesych. [|| Καὶ κλάδος ὁ ἐν ταῖς τελεταῖς· οἱ δὲ φανὸν λέγουσιν, Ferula bacchantium, Fax. Priorem signif. agnoscunt etiam Lex. Rhet., Etym. M. p. 185, 13; Schol. Aristoph. Eq. v. c. : Βάκχους ἐκάλουν καὶ τοὺς κλάδους οὓς οἱ μύσται φέρουσι, alteram idem Lex. Rhet. illustratque Eurip. Bacch. v. 145 : Ὁ Βακχεὺς δ' ἔχων πυρσώδη φλόγα πεύκας ἐκ νάρθηκος αἴσσει· qui locus demonstrat non quasvis faces sed bacchantium ferulas igniferas dici βάκχους, ut ambæ hæ signif. pro una prope habendæ sint. || Quod dicendum etiam de tertia ab Etym. M. et Lex. Rhet. annotata : Ὡς δὲ ἔνιοι, στεφάνους ὑπὸ Δωριέων, cujus Nicandrum testem citat Schol. Arist. : Ἔστι δὲ καὶ στεφάνης εἶδος, ὡς Νίκανδρος ἐν τῷ περὶ τῶν Γλωσσῶν ἱστορεῖ· φησὶ γὰρ οὕτω· Βάκχοισιν κεφαλὰς περιανθέσιν ἐστέψαντο. Eadem signif. dicuntur βακχᾶν et ἰάχα. || Vinum. Etym. M. p. 185, 4 : Βακχεύω σημαίνει τὸ μεθύσκομαι, καὶ βακχευτὴς ὁ μεθυστὴς, παρὰ τὸ βάκχος, ὃ σημαίνει τὸν οἶνον. Gl. *Bacchos*, οἶνος. Eurip. Iph. A. 1061 : Κρατῆρα Βάκχου. Taur. 164 : Βάκχου τ' οἰνηρὰς λοιβάς. Anthol. Pal. cap. 7, 353 : Βάκχου πλῆρες (poculum); cap. 11, 24 : Αὔσονα Βάκχον οἰνοχοεῖ· ib. 57 : Εὐωδεῖ Βάκχῳ. Anthol. 1ocos indicavit Schæf. L. Dindorf.]

[Βάκχος, n. pr. viri apud Bœckhium Inscr. vol. 1, p. 403, n. 300, v. 1. Alius ap. Appian. Mithr. 82, quem tamen Βακχίδης Plutarchus vocat. L. Dindorf.]

[Βάκχου νῆσος, Bacchi insula, in sinu Arabio ap. Ptolem. 4, 8, et Steph. Byz. L. Dindorf.]

Βακχούρια. Ex 2 Esdr. 2 cap. ult. [Nehem. 13, 31], affertur Τὸ δῶρον τῶν ξυλοφόρων ἐν καιροῖς ἀπὸ χρόνων καὶ ἐν τοῖς βακχουρίοις, cum hac interpr. : Oblatio ligniferorum in temporibus constitutis et in primitiis. Sed suspecta est ea vox, præsertim quum Complutensis Ed. ibi habeat πρωτογεννήμασι. [« Est ipsa vox Hebr. בכורים, plur. *Biccurim*. Male hanc vocem suspectam habuit H. Stephanus ». Schleusner.]

[Βακχυλίδειος, α, ον. Latinum Bacchylideus habet Servius Centim. p. 18, 19. L. Dindorf.]

[Βακχυλίδης, n. pr. poetæ lyrici Cei, et avi ejus, notissimum. || Tibicinis Opuntii apud Platonem comicum : v. Schol. Arist. Nub. v. 330. L. Dindorf.]

[Βακχυλὶς, ἡ, Bacchylis, mulieris nomen, Anthol. Palat. c. 6, 174; 291. L. Dindorf.]

Βάκχυλος. Βάκχυλον Elei vocant τὸν σπονδίτην [σποδίτην correxit Casaubonus, Panem sub cineribus coctum] ἄρτον, Hesych. [Athen. 3, p. 111, D : Βάκχυλος ἔστιν ἄρτος σποδίτης παρ' Ἠλείοις καλούμενος, ὡς Νίκανδρος ἐν δευτέρῳ γλωσσῶν ἱστορεῖ. L. Dindorf.]

[Βακχύλος, Bacchylus, n. pr. viri Atheniensis apud Bœckhium Corp. Inscr. 1, p. 381, v. 46. Accentum in secunda habere dicit Arcadius p. 56, 23. L. Dindorf.]

[Βάκχυρις, vitiosa scriptura pro Βόκχορις quod vide.]

[Βακχώδης, ὁ, ἡ, Arrian. Ind. c. 8, ab Anglis indicatus : Ἀπιόντα δὲ ἐκ τῆς Ἰνδῶν γῆς (Bacchum) καταστῆσαι βασιλέα τῆς χώρης Σπατέμβαν, τῶν ἑταίρων ἕνα τὸν βακχωδέστατον. Conf. βακχειωδέστατος.]

Βάκχων, demin. a Βάκχος, q. d. Bacchulus. Eust. καθ' ὑποκορισμὸν dici scribit pro Βακχυλίδης. [Verba Eustathii Od. p. 1653, 31 (quicum conferendus Chœrob. in Bekk. Anecd. p. 856, 30 : Τῶν ὑποκοριστικῶν τύποι εἰσὶν ἓξ, ὧν ὁ μὲν πρῶτος εἰς ων, οἷον Βακχυλίδης Βάκχων, Λακεδαιμόνιος Λάκων, etc.) ita habent : Ὅτι ὑποκοριστικῶν τύποι διάφοροι δῆλον ἐκ τῶν παλαιῶν, παρ' οἷς κεῖται καὶ ἀρσενικῶν τύπος ὁ μὲν κατὰ τὸ πλεονάζον, οἷον Ἡφαιστίων Ἡφαιστίωνος Ἥφαιστος, ὁ δὲ κατὰ τὸ ἐλλεῖπον, οἷον Βάκχων Βάκχωνος καὶ Σίμων Σίμωνος, ὁ Βακχυλίδης δηλαδὴ καὶ ὁ Σιμωνίδης. Ex quibus apparet Βάκχων minime ab eo dici dimin. a Βάκχος, nisi etiam Βακχυλίδης dicere dimin. a Βάκχος velis. Est autem Βάκχων nomen viri apud Plutarchum Amator. p. 749 et sæpius per illum librum. L. Dindorf.]

[Βάκων, Baco, n. pr. viri Atheniensis apud Bœckh. Corp. Inscr. vol. 1, p. 292, v. 25. L. Dindorf.]

[Βάλ. Myrrha. Testatur id Plut. de Is. et Osir. p. 383, D : Ἀριστοτέλης δέ φησι καὶ μύρων καὶ ἀνθέων καὶ λειμώνων εὐώδεις ἀποπνοίας οὐκ ἔλαττον ἔχειν τοῦ πρὸς ἡδονὴν τὸ πρὸς ὑγίειαν, ψυχρὸν ὄντα φύσει καὶ παγετώδη τὸν ἐγκέφαλον ἠρέμα τῇ θερμότητι καὶ λειότητι διαχεούσας. Εἰ δὲ καὶ τὴν σμύρναν παρ' Αἰγυπτίοις βὰλ καλοῦσιν, ἐξερμηνευθὲν δὲ τοῦτο φράζει τῆς ληρήσεως ἐκσκορπισμόν, ἔστιν ἣν καὶ τοῦτο μαρτυρίαν τῷ λόγῳ τῆς αἰτίας δίδωσιν. Monet Athen. 15, p. 689, myrrham primo in Ægyptum, et ex Ægypto in Græciam vehi. Observa vero, in Copt. libris myrrham dici ϣΑΛ, Sal. V. Exod. 30, 23; Matth. 2, 11. Jablonski. Plutarchum, raptum ab aliis in errorem, secuti sunt Montfauc. et Kuster., confundentes ϣΑΛ, myrrha, et ΒΑΛ, oculus· quod recte monet Alberti ad Hesych. v. Βαλία, et ante eum Wilkins. De ling. Copt. p. 100. Tewater.]

[Βὰλ, ὀφθαλμὸς, lingua Coptica. Kuster. ad Hesych. v. Βαλιά. Dahler.]

[Βὰλ Syris idem qui Belus. Etym. Gud. p. 101 : Βαβυλών· εἴρηται ἀπὸ Βήλου, ὃς αὐτὸς κτίσας ἀπ' αὐτοῦ προσηγόρευσε. Βὰλ γὰρ καλεῖται τῇ Σύρων φωνῇ ὁ (scr. δ) τῇ Ἑλληνίδι Βῆλος, ubi καλὰ pro βὰλ scriptum in Etym. M., de quo dixi s. Βαάλ. Βὰλ Ἡλίου pro Βαλανίου Marklandus Obs. Misc. vol. 2, p. 1, p. 174, restituebat Chron. Pasch. p. 561, 12, ed. meæ. L. Dind.]

[Βάλα, s. Βαλά. Vid. Βαάλ. || ἡ, nomen urbis Galilææ, apud Josephum et Stephanum Byz.; unde est gentile Βαλαῖος. L. Dindorf.]

[Βάλαγραι, αἱ, Balagræ, nomen loci Cyrenes apud Pausan. 2, 26, 9. Huc referendum *Balacris* Tab. Peuting. VIII, E. L. Dindorf.]

[Βαλαγρίτης, Balagrita, s. civis loci Cyrenes Βάλαγραι. Synes. Epist. 104, p. 244, B. L. Dindorf.]

[Βάλαγρος, ὁ. V. Βαρῖνος.]

[Βάλαγρος, Balagrus, nomen scriptoris rerum Ma-

cedonicarum apud Steph. Byz. s. Ἄμολβος, Δυρράχιον, Ὄλβηλος. || Βάλαγρον Antipatri generum, Philæ maritum, memorat Antonius Diogenes apud Photium Bibl. cod. 166, p. 111, B; 2, 25, ed. Bekk. L. Dindorf.]

[Βαλαικάκες. Vid. sub Βάλαικες. L. Dindorf.]

Βάλαικες et Βαλαικάκες, Hesychio δεσμωτήριον, Carcer. [Contulerunt interpretes ejusdem glossam Βάλεκες, δεσμωτήριον, et quæ nihil huc pertinere videtur Βλέορον, δεσμωτήριον. Zonaras c. 375 : Βαλὲκ, δεσμωτήριον. Eodem modo a Cyrillo explicari Βαλάδες et Βαλάκες annotavit Albertus. Cyrillus Tittmanni : Βάλακες, δεσμωτηρίοις. L. Dindorf.]

[Βαλαῖος, Balæus, s. civis oppidi Galilææ Βάλσ. Steph. Byz. s. Βάλα. L. Dindorf.]

Βαλαιός. Βαλαιὸν Hesychio est μέγα, πολὺ, sed addit quosdam interpretari ταχὺ, Celer, Pernix, Velox. [Vide sub Βαγαῖος dicta.]

[Βάλακρος, Balacrus s. Balacer, nomen Macedonis apud Diodorum 18, 22, et Arrian. Exp. Al. passim, Photium denique, Suidam et Harpocrat. s. Νικάνωρ. Alius apud Polybium 27, 85. In exemplum mutati a Macedonibus φ in β ponunt Plutarchus Quæst. Gr. p. 292, E; Steph. Byz. s. Βέροια et Etym. M. et Gud. s. Ἀφροδίτη et Βαλακρὸν, ubi scriptum Φαλακρὸν et Βαλακρὸν, pravo accentu, quum nomen pr., non adjectivum spectari videatur. Eodem vitio apud Hippocratem p. 1101 Larisæus quidam φαλακρὸς memoratur et vertitur Calvus. L. Dindorf.]

Βαλανάγρα, ἡ, Clavis dicitur παρὰ τὸ ἀγρεύειν τὴν βάλανον [secundum Suidam sive Schol. Arist. Vesp. 155; Lex. Rhet. p. 220, 29; Etym. M. p. 185, 52. Herodot. 3, 155 : Ἐπιτράψονται ἐμοὶ Βαβυλώνιοι τῶν πυλέων τὰς βαλανάγρας. Polybius 7, 16, 5 : Οὗτοι μὲν ἔξωθεν προσπεσόντες πειρῶνται διακόπτειν τοὺς στροφεῖς καὶ τὸ ζύγωμα τῶν πυλῶν, αὐτοὶ δὲ τὸν μοχλὸν ἔνδοθεν καὶ τὰς βαλανάγρας. Plut. Mor. p. 705, E, et quos Wakef. ex parte citavit Polyæn. 1, 38, 2; 2, 36; 5, 24; Themist. p. 315, D, Pollux 1, 77; 7, 107; 10, 22. L. Dind.] Xen. Ἐ. 5, [2, 29] : Παραδοὺς αὐτῷ τὴν βαλανάγραν τῶν πυλῶν. [Νῦν ἔμβαλε τὴν βαλανάγραν, Hedylus ap. Athen. p. 344. V. Βάλανος.]

[Theodoret. Cat. in Jerem. t. 2, p. 867, A : Τὰ γὰρ ὑπὸ τῶν κλειδίων κινούμενα βάλανοι λέγονται· διόπερ καὶ τὰς κλεῖς βαλανάγρας ἐκάλουν. Cfr. Salmas. Plin. exerc. p. 649 sqq. Hase.]

Βαλανέα sive Βαλανέαι, Balanea s. Balaneæ, urbs Phœniciæ, postea vocata Leucas, secundum Steph. Byz. : Βαλανέαι, πόλις Φοινίκης, ἡ νῦν Λευκάς. Rectius in Seleucide ponunt Ptol. 5, 15, apud quem vitiose scriptum Βαλαναῖαι, Strabo 16, p. 753, ubi itidem vitiose Βαλαναία, Plin. 5, 79, ubi est varietas *Balanæa* pro Balanea. Βαλαναῖαι bis est apud Clementem Homil. 13, 1, p. 711 ed. Cotel., Leonem Diac. p. 166, 19 ed. Bonn.; Βαλανέαι recte apud Malalam p. 448, 13 ed. meæ, Βαλανέα apud Hieroclem p. 712. Βαλανέων episcopus memoratur in Concil. ab Holsten. ad Stephanum indicatis. Quod nisi Βαλανεῶν scribitur, referendum est ad Βαλανεὺς, quod v. L. Dindorf.]

Βαλανειοκλέπτης, ὁ, dicendum esse, non Βαλανοκλέπτης, tradit Phrynich.; sed non exp. Videtur esse Is, qui balnea furandi causa frequentat. [Vide quæ dicemus sub Βαλαντοκλέπτης. L. Dindorf.]

Βαλανειόμφαλος, ὁ, ἡ, Athen. [11, p. 501, D] epith. hoc esse dicit φιαλῶν ap. Cratinum, inde dictarum, quod οἱ ὀμφαλοὶ αὐτῶν καὶ τῶν βαλανείων οἱ θόλοι similes essent : vel quod earum ὀμφαλὸς ἰσθμῷ similis esset : vel ἀπὸ τῶν ὀμφαλῶν τῶν ἐν ταῖς γυναικείαις πυέλοις· vel διότι τὰ πλεῖστα τῶν Ἀθήνησι βαλανείων κυκλοειδῆ ταῖς σκευαῖς ὄντα, τοὺς ἐξαγωγοὺς ἔχει κατὰ μέσον, ἐφ' οὗ χαλκοῦς ὀμφαλὸς ἔπεστιν. Has easd. ab Ione μεσομφάλους dictas fuisse idem Athen. docet. [Locus Athenæi integer hic est : Κρατίνου δ' εἰπόντος ἐν Δραπέτισι, Δέχεσθε φιάλας τάσδε βαλανειομφάλους, Ἐρατοσθένης ἐν τῷ ἑνδεκάτῳ περὶ κωμῳδίας τὴν λέξιν ἀγνοεῖν φησι Λυκόφρονα· τῶν γὰρ φιαλῶν οἱ ὀμφαλοὶ καὶ τῶν βαλανείων οἱ θόλοι παρόμοιοι· εἰς δὲ τὸ εἶδος οὐκ ἀρρύθμως παίζονται. Ἀπίων δὲ καὶ Διόδωρός φησι, Φιάλαι ποιαὶ, ὧν ὁ ὀμφαλὸς παραπλήσιος ἠθμῷ· ὁ δὲ Μυρλεανὸς Ἀσκληπιάδης ἐν τοῖς περὶ Κρατίνου, Βαλανειόμφαλοι, φησὶ, λέγονται, ὅτι οἱ ὀμφαλοὶ αὐτῶν καὶ τῶν βαλανείων οἱ θόλοι ὅμοιοί εἰσιν· καὶ Δίδυμος δὲ τὰ αὐτὰ εἰπὼν παρατίθεται τὰ Λυκόφρονος οὕτως ἔχοντα· Ἀπὸ τῶν ὀμφαλῶν τῶν ἐν ταῖς γυναικείαις πυέλοις, ὅθεν τοῖς σκαφίοις ἀρύουσι. Τίμαρχος δ' ἐν τετάρτῳ περὶ τοῦ Ἐρατοσθένους Ἑρμοῦ, Πεπαῖχθαί τις ἂν οἰηθείη, φησὶ, τὴν λέξιν, διότι τὰ πλεῖστα τῶν Ἀθήνησι βαλανείων κυκλοειδῆ ταῖς κατασκευαῖς ὄντα τοὺς ἐξαγωγοὺς ἔχει κατὰ μέσον, ἐφ' οὗ χαλκοῦς ὀμφαλὸς ἔπεστιν. Ἴων δ' ἐν Ὀμφάλῃ, Ἴτ', ἐκφορεῖτε παρθένοι κύπελλα καὶ μεσομφάλους. Οὕτω δ' εἴρηκε τὰς βαλανειομφάλους, ὧν Κρατῖνος μνημονεύει, Δέχεσθε φιάλας τάσδε βαλανειομφάλους (fatua hac repetitione loci Cratinei facile careremus), καὶ Θεόπομπος δ' ἐν Ἀλθαίᾳ ἔφη, Λαβοῦσα πλήρη χρυσέαν μεσόμφαλον φιάλην. Τελέστης δ' ἄκατον ὠνόμαζέ νιν, ὡς τοῦ Τελέστου ἄκατον τὴν φιάλην εἰρηκότος. Φερεκράτης δὲ ... φησὶ, Στεφάνους τε πᾶσι κωμφαλωτὰς χρυσίδας. Lex. Rhet. Bekk. An. p. 225, 6 : Βαλανομφάλους τὰς φιάλας τὰς ἐχούσας ὀμφαλοὺς ἄνευ τῶν προσώπων, ὁποῖοι οἱ τῶν βαλανείων θόλοι. Quorum ope facillimum est restituere Hesychii glossam : Βαλανιομφάλους· οὕτω Κρατῖνος ὠνόμασε τὰς ἐχούσας ὀμφαλοὺς ἄνευ προσώπων, ὁποίας οἱ θόλοι ἐπὶ τῶν ὀφθαλμῶν τῶν ἐν ταῖς πυέλοις ἐν τοῖς βαλανείοις. Pollux 6, 98 : Μεσόμφαλοι δὲ φιάλαι καὶ βαλανειόμφαλοι τὸ σχῆμα προστηγορίαν ἔχουσι. Suidas : Βαλανειομφάλους τὰς φιάλας οἱ κωμικοὶ καλοῦσι. Phialæ ὀμφαλὸς et πρόσωπον quid dicatur sub illis vocabulis explicabimus. L. Dindorf.]

Βᾰλᾰνεῖον, τὸ, Balineum, Balneum : dictum volunt παρὰ τὸ τὰς βαλάνους αὔειν [Etym. M. c. 186, 9]. Suid. enim glandibus veteres vesci solitos fuisse docet, earumque putamina succendisse. [Melius Etym. l. c. : Παρὰ τὸ τὰς βαλάνους αὔειν, τουτέστι τὰς ὀρῦς : nisi hæc etymologia omnino inepta esset. L. Dind.] Plut. [Mor. p. 42, B] : Οὔτε γὰρ βαλανείου, φησὶν ὁ Ἀρίστων, οὔτε λόγου μὴ καθαίρονιος ὄφελός ἐστι. Athen. 8, [p. 349, E, Machonis verba afferens] : Ἀκηκοὼς ὡς σπληνικοὺς εἴωθεν ἡ πόλις ποιεῖν ἐν τῷ βαλανείῳ. [Frequens vocabuli usus est apud Aristophanem, veluti Pluti 535, 616, 952, et Demosthenem p. 1217, 24; 1259, 27, Theophrastum Fr. de igni s. 13, p. 710 Schneid.; alienus ab sermone Tragicorum, λουτήριον dicentium, ut ἀλλ' ἐκ μεγίστων εὐμαρῶς λουτηρίων dicit Æschylus Pollucis 7, 166. Semper autem Attici ita dixerunt domum vel conclave, ubi fit lavatio; recentiores demum etiam Lavacrum, ut Plutarchus l. c. Galenus vol. 4, p. 204 ed. Bas. (11, 46 Lips.) : Κατὰ βραχὺ κενωτέον ... καταιονήσεσί τε καὶ καταπλάσμασι καὶ βαλανείοις, et p. 25 (304 L.) : Καιρὸς δὲ τῆς πόσεως ἄριστός ἐστι μετὰ τὸ βαλανεῖον, etc., quod veteres λουτρόν. Utrumque conjunxit Manetho 4, 253 : Λουτρῶν τε καθαρτῆρας βαλανείων. Ceterum alienum est a consilio meo de balneis veterum eorumque partibus disserere, de quibus adiri potest opusculum Luciani ita inscriptum et qui inter alios pictum exhibuit Fabricius ad Sextum Emp. p. 30. De permutatis inter se vocabulis β. et βασίλειον v. βασίλειον. B. et λίβανον confusa sunt apud Theophanem Nonnum vol. 2, p. 221. L. Dindorf.]

Βᾰλᾰνείτης, ὁ, Balneator; quem παραχύτην vulgo dictum fuisse Suid. indicat. Item πολυπράγμων, περίεργος, Hesych. [Non memorat Hesychius vocab. βαλανείτης, sed signif. has tribuit voc. βαλανεύς.] Et Βαλανεώτης, pro eod., Suid. [Piersonus ad Mœrin p. 93 et Βαλανείτης et Βαλανεώτης apud Suidam vitiose scripta putabat pro Βαλανευτὴς, falsus de utroque. Nam βαλανείτης præterquam quod firmatur a Polybio 30, 20, 4, ubi βαλανείτην scribendum esse pro βαλανίτην jam ab Angl. monitum est, ab Suida ita conjungitur cum βαλανεῖον ut credibilius sit eum de vocabulo a βαλανεῖον quam βαλανεύω facto loqui. Βαλανεώτης vero, quod Suidas sine interpretatione ponit ante Βαλανεὺς, nescio unde compererint et Stephanus et Piersonus ab Suida synonymum voc. βαλανεὺς putari, quum sit nomen gentile, de quo agemus sub ipso. L. Dindorf.]

Βᾰλᾰνεύς, έως, ὁ, Balneator, Plato De rep. 1, [p. 344; Aristoph. apud Mœrin p. 92; Pollucem 10, 63; Av. 491; Eq. 1403; Plut. 955; Ran. 710; Anthol. Pal. 9, 617; 11, 243; Plutarch. Mor. p. 235, A;

525, E; Alciphron 1, 23; Scolion apud Athen. 15, p. 695, E]. Est etiam πολυπράγμων, περίεργος, [Male sedulus], Hesych. [et Suidas quemque ad illum citavit Kusterus, Diogenianus : Βαλανεὺς ἐπὶ τῶν πολυπραγμόνων· οὗτοι γὰρ σχολὴν ἄγοντες πολυπραγμονοῦσι. L. Dindorf.]

[Βᾰλᾰνεὺς, Balanensis. Numorum urbis Syriæ Balanéa s. Βαλανέαι inscriptio Βαλανέων apud Eckh. Doctr. Num. vol. 3, p. 310, 311, ab gentili Βαλανεὺς potius quam nomine Βαλανέαι deducenda videtur, licet Stephanus Byz. adj. gentilitii solam norit formam Βαλανεώτης, quam rursus numorum solus novit unus apud Goltzium. Conf. dicta sub Βαλανέαι. L. Dindorf.]

[Βᾰλᾰνευτὴρ, ὁ, Balneator, Chrys. in Ep. ad Ephes. Serm. 10, t. 3, p. 816, 26. Seager.]

[Βᾰλᾰνευτικὸς, ἡ, ὸν, Balneatorius. Plato Soph. p. 227, A : Τά τε ζώων, ὅσα ἐντὸς σωμάτων ὑπὸ γυμναστικῆς ἰατρικῆς τε ὀρθῶς διακρινόμενα καθαίρεται καὶ περὶ τἀκτὸς, εἰπεῖν μὲν φαῦλα, ὅσα βαλανευτικὴ παρέχεται, quo respexisse videtur Pollux 7, 166, uterque ab Scotto indicatus. Geopon. 10, 29, 4 : Κονίας βαλανευτικῆς, quod c. 33 dicitur κονίας ἀπὸ βαλανείου. L. Dindorf.]

[Βᾰλᾰνεύτρια, ἡ, Balneatrix, Pollux 7, 166; Liban. 1, p. 305, a Bastio et Schol. Epict. Enchir. 24, a Boissonad. indicatus. Adde Liban. vol. 4, p. 140. L. Dindorf.]

Βᾰλᾰνεύω, εύσω, proprie Aquam in balneo ministro [vel potius Lavacrum apparo] : deinde de quovis ministerio dicitur. Aristoph. [Lysistr. 337 : Ἤκουσα γὰρ τυφογέροντας ἄνδρας ἔρρειν στελέχη φέροντας, ὥσπερ βαλανεύσοντας.] Εἰρ. [1103] : Ἀλλ', εἰ ταῦτα δοκεῖ, κἀγὼ μαυτῷ βαλανεύσω, Ipse mihi ministrabo : διακονήσω καὶ ὑπουργήσω· ἀπὸ τῶν ἑαυτοῖς ἐπιχεόντων ὕδωρ ἢ τοὺς βαλάνους κρυπτόντων, ut ibid. Schol. exp. [Pherecr. Athen. 6, p. 269, D : Ὁ Ζεὺς δ' ὧν οἴνῳ καπνίᾳ κατὰ τοῦ κεράμου βαλανεύσει. Valck. Timocles apud Pollucem 10, 154 : Καὶ τὸ γλωττόκομον βαλανεύεται.] Hesychio est etiam λαμπροφωνεύομαι, παρ' ὅσον οἱ βαλανεῖς, ὅταν παράγωσιν [παραχέωσιν corrigit Kusterus] τὸ ὕδωρ, κραυγάζουσι. [Clamo, a balneatoribus, dum aquam ministrant, clamantibus.]

[Βᾰλᾰνεώτης, Balaneota, s. civis oppidi Βαλανέαι, quod v. Stephanus Byz. : Βαλανέαι ... ὁ πολίτης Βαλανεώτης· εἰς ἣν πόλιν Ἐπικράτης ἐγκώμιον ἔγραψεν ὁ Βαλανεώτης. Memorat etiam Suidas, de quo dixi sub Βαλανείτης. Numum Goltzianum, qui Βαλανεωτῶν inscribatur, apponunt interpretes Steph. L. Dindorf.]

Βᾰλᾰνηρὸς, ὰ, όν. Βαλανηρὰ, τὰ, Quæ in glandario genere comprehenduntur, ut σιτηρὰ, σιτώδη, καρυηρὰ, βοτρυηρὰ, σταχυηρὰ, Theophr., et ὀστρακηρὰ, Aristot. Ita Bud. [V. Theophr. H. Pl. 1, 11, 3, p. 35; 3, 17, 1, p. 111 Schn. L. Dindorf.]

[Βᾰλᾰνηφᾰγέω, Glandibus vescor, Poll. 6, 40. Scott. Appian. B. C. 1, c. 50. Bast.]

[Marcell. ap. Eus. Contra Marc. p. 15, C : Οἱ παλαιοὶ, ὡς ἔφασαν, πρὸ τῆς τοῦ σίτου γεωργίας βαλανηφαγοῦντες· et p. 18, B : Διὰ τὸ βαλανηφαγοῦντάς ποτε παύσασθαι τῆς τοιαύτης τροφῆς. Hase.]

[Βαλανηφαγία, ἡ, Glandium esus, Philo vol. 2, p. 409, 36. Angl.]

Βᾰλᾰνηφάγος, ὁ, ἡ, Glandivorus, Qui glandibus vescitur. Plut. [Coriolan. c. 3] : Μάλιστα τιμήσας δι' Ἀρκάδας τὴν δρῦν, βαλανηφάγους ὑπὸ τοῦ θεοῦ χρησμῷ προσαγορευθέντας. [In oraculo apud Herodot. 1, 66. Nonnus Dion. 13, 286 : Βαλανηφάγος Ἀρκάς. L. D.]

[Artemid. 2, 25 : Ταύτης γὰρ [quercus] τὸν καρπὸν ἤσθιον οἱ Ἀρκάδες· καὶ ὁ Ἀρχαῖός φησιν· Ἀρκάδες ἔσσαν βαλανηφάγοι· ibique Reiff. p. 355. Hase.]

Βαλανηφόρος, ὁ, ἡ, Glandiferus. [Gl. Glandifer.] Βαλανηφόροι φοίνικες ap. Athen. [14, p. 651, C, ex Herodoti 1, 193 : Τῇσι βαλανηφόροισι τῶν φοινίκων.]

[Calathus Plutonis cur circumdatus sit plantis βαλανηφόροις explicat Visc. Mus. Piocl. t. 1, p. 4. Hase.]

Βαλανίζω, Glandes excutio. Erasm. Proverb. : Aliam quercum excutere. Epigr. [Anthol. Pal. cap. 11, 417] : Ἄλλην δρῦν βαλάνιζε Μενέσθιον. [Suidas p. 111 : Ἄλλην δρῦν βαλάνιζε, ἐπὶ τῶν ἐνδελεχῶς αἰτούντων τι ἢ παρὰ τῶν αὐτῶν ἀεὶ δανειζομένων.] Glandem sedi subjicio, ut Medici loquuntur : Ἐπὶ γὰρ τοῦ ἐν στέατος καὶ λίτρου προμήκους πλάσματος, ᾧ ἀντὶ κλυστῆρος χρῶνται, βαλανίσαι Ἱπποκράτης ἔφη. J. Poll. [10, 150. Conf. βαλανιστέον.]

[Βαλανικὸς, ἡ, ὸν, Gl. Balneaticus. Schol. Luciani Lexiph. c. 2, ab Schæf. et Kallio indicatus : Τὸ ἐπίλουτρον δὲ τὸ ἐν τῇ συνηθείᾳ βαλανικόν.]

Βαλάνινος, η, ον, Qui e glande fit; ut βαλάνινον ἔλαιον, Oleum e glande unguentaria s. myrobalano factum. [Diosc. 1, 20 : Μύροις βαλανίνοις. Bast. Idem 1, 18 : Χρίσματα ... σούσινον, βαλάνινον. Theophrast. De odor. vol. 1, p. 742 Schn. L. Dindorf.]

[Diosc. 1, 74 : Ἐκ τοῦ ἐλαίου βαλανίνου· cfr. 1, 62. Id. 1, 72 : Ἐκ τοῦ βαλανίνου ἐλαίου· 68 : Διά τε ὀμφακίνου ἐλαίου καὶ βαλανίνου· 41 : Τῷ βαλανίνῳ· 75 : Τῷ βαλανίνῳ ἐλαίῳ. Hase.]

[Βαλάνιον, τὸ, Pessulus. Hippocrates De morb. mul. 1, p. 627, 31 : Ἐλλεβόρου μέλανος τριώβολον τρίψας λεῖα ἐν οἴνῳ μέλανι βαλάνια ποιέειν, καὶ προστιθέναι ἄγχι, ἄχρι ἂν κατ' ὀλίγον ἀπολυθῇ. De steril. p. 679, 34 : Ταῦτα μέλιτι ἑφθῷ φορύξαντα καὶ φυρήσαντα βαλάνιον εἰρίῳ κατειλίξαι πλὴν τοῦ ἄκρου. Conf. 681, 27; 683, 29. Paullus Æg. 1, p. 12, 35; 3, p. 98, 44; 7, p. 265, 30. Βαλανεῖον vitiose scribitur in Matthæi Medicis p. 220. Minus certa significatio apud Nicocharem Athenæi 1, p. 34, E : Εἰσαύριον ἀντὶ ῥαφάνων ἑψήσομεν βαλάνιον, ἵνα νῷν ἐξάγῃ τὴν κραιπάλην, ubi deteriores libri βαλανεῖον, quod non convenit cum ἑψήσομεν. Theophr. H. Pl. 3, 16, 3, pro ταῖς ἐλαχίσταις βαλάνοις libri tres βαλανίοις, quod τοῖς ἐλαχίστοις postularet. Gl. Βαλάνιον, τὸ τῶν παιδίων κορωπτιον, *poteaculum*, corrupte. L. Dindorf.]

Βαλανὶς, ίδος, ἡ, Balneatrix. [Suidas s. βαλανὶς et βασιλίς. Scott. Zonaras c. 372. || Pessus. Hippocrates De morbis mul. 2, p. 658, 51 : Ἀναποιέειν μέλιτι βαλανίδας.]

[Βαλάνισις, ἡ, Gl. Glandatio. Quod ita accipiendum videtur ut βαλανίζειν apud medicos. *Balanismos* dicit Cælius Aurelianus Tard. Pass. 4, 7, quod vocabulum apud Græcos non reperi. L. Dindorf.]

Βαλάνισσα, ης, ἡ, Balneatrix. [Anthol. Pal. 5, 82. Bast.]

[Βαλανιστέον, Glande utendum est. Paullus Ægineta 3, p. 98, 41 : Βαλανιστέον αὐτοὺς διὰ μέλιτος. L. Dindorf.]

[Βαλανιστὴς, ὁ, Qui glandes colligit. Zenob. 2, 41. Hemst. Meurs. ad Lycophr. 403 citat Kall.]

Βαλανίτης, Balanum s. glandem referens : ut βαλανῖται λίθοι ap. Plin. 37, 10, in gemmarum censu [s. 55 : *Balanitæ duo genera habent, subvirides et Corinthii æris similitudine. Illa Copto, hæc ex Troglodytica veniens, medias secante flammea vena.*] Ab Eod. et Balanitis castanea memoratur 15, 23 : Rotundior, quæ βαλανῖτις vocatur, purgabilis maxime et sponte prosiliens. Paulo ante dixerat, Sardibus eæ provenere primum : ideo ap. Gr. Sardianos [scribendum *Sardianas*] balanos appellant.

[Βαλανῖτις. V. Βαλανίτης.]

Βαλανοβόρος, ὁ. Βαλανοβόρον, Glandivorum, Diogenes Cinædum quendam appellasse fertur : quo sensu Martial. quoque Pastas glande nates dixit.

[Βαλανοδόκη, ἡ. Vide Βάλανος, ibique positos locos Æneæ, jam ab Scotto indicatos.]

[Βαλανοειδὴς, ὁ, ἡ, Glandi similis. Dioscor. 5, 155 : Τῷ σχήματι βαλανοειδής. Bast. Paullus Ægin. 6, 195, 19 : Ὥστε κατὰ μέσον τινὰ ἐξοχὴν φαίνεσθαι βαλανοειδῆ. Oribasius p. 183 ed. Mai. : Ὥστε καταλειφθῆναί τινα ἐξοχὴν βαλανοειδῆ. L. Dindorf.]

[Βαλανοκάστανον, τὸ, Nux Castanea. Alexander Trall. 7, p. 102 (312 Bas.) : Εἰ μὲν γὰρ βυπαρὸν εἴη τὸ αἷμα πτυόμενον, καὶ μέλιτος προσπλέκειν δεῖ καὶ πράσου· εἰ δὲ καθαρόν σοι φαίνοιτο, τηνικαῦτα καὶ βαλανοκαστάνων καὶ ἰτρίου ἢ ἅλυκος ἢ σεμιδάλεως. « Βουλβοκαστάνων legit auctor Lexici Gr. olim Askeviani.» Angl., quo nihil proficitur; βαλάνου καστάνων conjicit Struvius in Schneid. Suppl. Lex. Mihi βαλανοκάστανον non minus recte formari videtur quam καρποβάλσαμον, ξυλοβάλσαμον, ὀποβάλσαμον, neque offendor plurali inter singularia, sed eum numerum debuisse poni puto. L. Dindorf.]

[Βαλανοκλέπτης. V. Βαλαντοκλέπτης.]

Βάλανος, [ὁ, Synesius De febr. p. 94 : Ποιηθήτωσαν τῷ νοσοῦντι βάλανοι λαμβανόμενοι. Zonaras c. 372 : Βαλανάγρα παρὰ τὸ ἀγρεύειν τὸν βάλανον. Etym. M. et Gudianum s. κριθή, ὀπτοὺς βαλάνους, et quos inferius notabo locos non minus incertos. Facile enim hæc ab librariis corrumpi potuerunt. Pollux certe 1, 244 : Ἐξ οὗ δὲ κρέμανται οἱ βάλανοι, σπάθη, scripserat αἱ, ut scripsit 1, 234; et Plinius 15, 23, 25 certissime *Sardianas*. L. Dind.] ἡ, Glans. Proprie Quercus fructum esse volunt [Bekk. An. p. 373, 25 : Ἄκυλος ὁ τῆς πρίνου καρπὸς καλεῖται ὑπὸ τῶν παλαιῶν, βάλανος δὲ ὁ τῆς δρυός. Καὶ τὰς βαλάνους καὶ τὰς ἀκύλους καὶ τὰς ἀχράδας περιόντας. Φερεκράτης. Eodemque modo interpretantur Lex. Rhet., Hesychius et Etym. M. c. 186, 13. Hom. Od. K, 242 : Τοῖσι δὲ Κίρκη παρ' ἄκυλον βάλανόν τ' ἔβαλεν, καρπόν τε κρανείης· N, 409 : Ἔσθουσαι βάλανον μενοεικέα, utroque loco suum esse cibum dicens. Hesiod. Op. 230 : Οὔρεσι δὲ δρῦς ἄκρη μέν τε φέρει βαλάνους, μέσση δὲ μελίσσας. Theocr. 8, 79 : Τᾷ δρυὶ ταὶ βάλανοι κόσμος. L. Dind.] : deinde ad similes aliarum quarundam arborum fructus transferri [Lex. Rhet. Bekk. An. p. 225, 12 : Κρῆτες δὲ τὰ ἀμύγδαλα βαλάνους]; imo Marcellus tradit Fructus longiores hoc nomine contineri : quemadmodum Glandis appellatione ap. Lat. Jurisconsultos omnes fere fructus, ut quidam tradunt [Vet. Gl. verborum juris p. 449 ed. Londin. : Τὸ ὄνομα τῆς βαλάνου πάντες οἱ καρποὶ δηλοῦνται (sic) : ubi v. Labb. L. Dind.] : unde βάλανοι δρύϊναι [Geopon. 5, 9, 2], πρίνιναι : et Σαρδιαναὶ, quæ Castaneæ, ut Plin. docet, dicuntur, et Εὐβοϊκαὶ, pro Iisdem : item βάλανοι φηγοῦ, et φοινίκων, [Eustath. Il. p. 948, 48. Hesychius : Βάλανοι τῶν δρυῶν ὁ καρπὸς καὶ ὁ τῶν φοινίκων. Excerpta Phrynichi in Bekk. An. p. 30, 19 : Βάλανοι φοινίκων· οὐχ ὡς οἱ πολλοί, φοίνικες· φοῖνιξ μὲν γὰρ αὐτὸ τὸ δένδρον, ὁ δὲ καρπὸς βάλανος φοινίκων. Lex. Rhet. : Ὁ τῶν δρυῶν καρπὸς κυρίως ὑπὸ Ξενοφῶντος καὶ οἱ (f. ὁ) τῶν φοινίκων. Ubi transponenda post φοινίκων verba ὑπὸ Ξενοφῶντος vel, quod minus placet, ante ea interpungendum est. Respexit enim Xen. Anab. 1, 5, 10 : Οἶνον ἐκ τῆς βαλάνου πεποιημένον τῆς ἀπὸ τοῦ φοίνικος. 2, 3, 14 : Ἐνῆν δὲ σῖτος πολὺς καὶ οἶνος φοινίκων καὶ ὄξος ἑψητὸν ἀπὸ τῶν αὐτῶν· αὐταὶ δὲ αἱ βάλανοι τῶν φοινίκων οἵας μὲν ἐν τοῖς Ἕλλησιν ἔστιν ἰδεῖν τοῖς οἰκέταις ἀπέκειντο, αἱ δὲ τοῖς δεσπόταις ἀποκείμεναι ἦσαν ἀπόλεκτοι, θαυμάσται τὸ κάλλος καὶ τὸ μέγεθος, ἡ δὲ ὄψις ἠλέκτρου οὐδὲν διέφερε. Herodotus 1, 193 de Babyloniis : Φοινίκων τοὺς ἔρσενας Ἕλληνες καλέουσι, τούτων τὸν καρπὸν περιδέουσι τῆσι βαλανηφόροισι τῶν φοινίκων, ἵνα πεπαίνῃ τέ σφι ὁ ψὴν τὴν βάλανον ἐσδύνων καὶ μὴ ἀπορρέῃ ὁ καρπὸς ὁ τοῦ φοίνικος. Quo respiciens Pollux 1, 244 : Ὁ δὲ καρπὸς ὁ μὲν τοῦ ἄρρενος (φοίνικος) ψὴν, ὁ δὲ τῆς θηλείας βάλανος. Alciphron 1, 22, ab Schæf. indicatus : Μέλλησις δὲ ἦν πολλὴ περιστεφόντων τραγημάτων τὰ πέμματα· ἦν δὲ ὁ καρπὸς τῆς πιστάκης καὶ βάλανοι φοινίκων καὶ κάρυα τῶν ἐλύτρων ἐξηρημένα. L. Dind.] quæ composita v. φοινικοβάλανοι appellantur et δάκτυλοι, quasque Balanos etiam populari nomine vocari auctor est Plin. [13, 4, 9] et Διὸς βάλανοι, quas Diosc. [1, 145] Castaneas vocat. Hermonax autem et Timachidas ap. Athen. [2, p. 53, B, C, qui conf. etiam D, p. 54, C. Zonaras c. 371 : Βαλάνους Διὸς, τὰ κάρυα· τοῦ Ψελλοῦ· Διὸς βαλάνους λέγουσι τὰ κάρυα οἱ πλείους. Theophrast. H. Pl. 1, 12, 1, et aliis locis, indicatis ab Schneidero in indice cum iis quibus de glande Ægyptiaca Syriacaque agitur. L. Dind.] Nuces Ponticas. Apud Medicos est etiam celebris βάλανος μυρεψικὴ [Dioscor. 4, 160], quam Plin. et Aet. μυροβάλανον dicunt, Glans unguentaria : Fructus arboris myricæ similis, magnitudine avellanæ nucis : quæ quod in Æthiopia, Ægypto, Arabia et Petra oppido juxta Judæam nascatur, Αἰθιοπικὴ, Θηβαϊκὴ, Ἀραβικὴ, Πετραία, Συριακὴ, et Αἰγυπτία dicta est, ut Gorr. [auctore Dioscoride] testatur, addens falso quosdam opinari esse eam, quæ hodie Nux muscata nominatur. Βαλάνου πίεσμα hujus glandis Succus, vel ejusdem expressæ Retrimentum, ut idem auctor docet. || Βάλανος est etiam Glans, i. e. Arbor ipsa glandifera [Etym. M. c. 186, 9 : Τὰς βαλάνους, τουτέστι τὰς δρῦς· οὕτω γὰρ καλοῦνται οἱ (l. αἱ) δρῦς, καὶ ἄλλο τι φυτὸν] : et specialiter Arbor quædam ap. Theophr. 4, 2, [6 : Ἡ δὲ βάλανος ἔχει μὲν τὴν προσηγορίαν ἀπὸ τοῦ καρποῦ· φύλλον δὲ αὐτῇ παραπλήσιον τῷ τῆς μυρρίνης, πλὴν προμηκέστερον], quam a fructu nomen obtinuisse scribit. De qua ap. ipsum plura reperies. || Βάλανος est etiam ex Aquatilium animantium genere, ἀπὸ τῆς πρὸς [τὰς] δρυΐνας βαλάνους ὁμοιότητος, ut Athen. 3 indicat : quem consule : et Aristot. Anim. 4 [8 extr.; 5, 15. Fallitur autem Schneiderus ad locum priorem, masculino genere dictum putans hac signif. a Xenocrate 3, 17, p. 8 ed. Corae, qui recte genus fem. constanter exhibuit et in piscis speciem hanc inquisivit p. 113-115. L. Dind.] Plin. [32, 11, 53, ubi v. Harduin.] quoque Balani meminit. || Est præterea Medicamentum, quod in glandis formam effictum sedi imponitur ad dejiciendam alvum : quo signif. Collyrii voce abusum esse Columellam 6, 6, [5], Cæliumque Aurel. Medicum βάλανον transtulisse Collyrium, i. e. Glandem, quæ podici subjicitur, tradunt VV. LL. [Hesychius et Lex. Rhet. : Οἱ ἰατροὶ τὰ ἐντιθέμενα τῇ ἕδρᾳ βαλάνους λέγουσι. Pollux 10, 150 : Ἰατροῦ σκεύη ... κλυστὴρ ... τάχα δὲ καὶ βάλανος. Eustath. Od. p. 1657, 16. Hippocrates p. 403, 15 : Κοιλίην δὲ μὴ λίην λύσῃς, ἢν μὴ βαλάνῳ· id. p. 491, 48 : Βάλανον μέλιτος ποιέων, ne ceteros medicos memorem. Idem vero Hipp. sæpe dicit de pesso in morbis mulierum adhibendo. V. præter locos a Foesio notatos p. 74, de superfœt. p. 265, 51, de nat. mul. p. 573, 574, de morbis mul. p. 626, 627, 634, 647, 661, 680. L. Dind.] || Est item Extremi penis carnosa substantia in glandis similitudinem facta, utrumque penis meatum, quem natura urinæ et seminis communem effecit, complectens et ambiens. Gorr. [Aristot. H. An. 1, 13 et alii quivis. Quo signif. τοῦ βαλάνου dicitur in scholio Luciani Lexiph. c. 2, etiam apud Bachman. Anecd. vol. 2, p. 342, repetito ab Etym. M. c. 763, 56. L. Dind.] || Βάλανος, Obex, Pessulus, μοχλός : proprie vero Aristophan. [Av. v. 1159, Vesp. 155, Eccl. 361,] et Thucyd. [2, 4]. Schol. esse vult τὸ βαλλόμενον εἰς τὸν μοχλὸν σιδήριον, quod et μάγγανον vocetur : Ferrum, quod init μοχλὸν, et a clave ducitur ac reducitur. VV. LL. Thuc. [2, 4] : Τὰς πύλας ἔκλεισε, στυρακίῳ ἀκοντίου ἀντὶ βαλάνου χρησάμενος εἰς τὸν μοχλόν. [Lex. Rhet. p. 225 : Καὶ αἱ κλεῖδες βάλανοι, καὶ τὰ ἐμπίπτοντα τῇ κλειθρίᾳ. Κλειθρία autem est rima cui clavis inseritur. Τὸν σφηκίσκον τῆς εἰσόδου et τὴν βάλανον tanquam eadem nominat Aristot. ap. Schol. Arist. Plut. v. 278, cujus verba apposui v. βακτηρία. Copiosissime vero rem omnem, quam perobscuram esse fatetur ipse Reiskius ad Constantinum p. 315 ed. Bonn., explicuit Casaubonus ad Æneæ Tact. c. 18 his verbis : « Appellatione βαλάνου intelligit Æneas συνεκδοχικῶς quicquid olim deferre secum soliti, qui ad claudendas portas sese accingebant. Nam apud veteres longe diversa claustrorum ratio fuit atque nunc est, quod nemo ex omnibus antiquis scriptoribus ita manifeste ostendit atque hic noster. Græci βαλάνου vocem ad multa transtulerunt, quæ formam glandis aliquo modo referrent et in aliquod foramen immitterentur. In humano corpore quid appellent anatomici βάλανον, et quare, nolo dicere. Similem ob caussam et remedii genus pessis affine βάλανον medici dixerunt. Etiam in mundo muliebri corallium aut tale quid, e monili collum ambiente (Græci ὅρμον nominant) dependens, βαλάνου appellatione affecerunt. Aristophanes Lysistrate (v. 408) : Ὦ χρυσοχόε, τὸν ὅρμον ὃν ἐσκεύασας, ὀρχουμένης μου τῆς γυναικὸς ἑσπέρας, ἡ βάλανος ἐκπέπτωκεν ἐκ τοῦ τρήματος.... [Σὺ δ' ἦν σχολάσῃς, πάσῃ τέχνῃ πρὸς ἑσπέραν ἐλθὼν ἐκείνῃ τὴν βάλανον ἐνάρμοσον.] Hesychius : Βάλανος, τὰ ἐξηρτημένα τῶν ὅρμων περὶ τὸν τράχηλον. Eadem sine dubio servata est analogia, quum instrumento claudendi βαλάνου nomen indiderunt. Erat enim ferrum breve quod per μοχλὸν immissum postibus ipsum μοχλὸν affigebat et ne amoveri posset præstabat. Μοχλὸς lignum fuit vecti simile, quod fores non sinebat aperiri. Ideo *obex* Latinis est dictus. Vocatur et *sera*. Glossarium : Μοχλὸς θύρας, *sera*. Appellarunt et vectem, ut passim b. Hie-

ronymus et alii sacræ paginæ interpretes. Ligneum hunc obicem fuisse docet Æneas, qui majoris firmitudinis caussa et ne serra posset dissecari, præcipit τὸν μοχλὸν σεσιδηρῶσθαι διὰ μήκους τριχῇ ἢ τετραχῇ, obicem tribus aut quatuor e partibus muniri laminis ferreis in longum appositis. Hi sunt ferrati obices Latinorum. Marcellinus libro 21 [12, 13] : *Alii ferratos portarum obices effringendos adorti, vulgo ignibus petebantur.* Sed et ferreos atque æreos obices fieri olim solitos, vel historia sacra doceat, quæ μοχλῶν χαλκῶν ac σιδηρῶν, quum in Regum libris, tum alibi sæpe faciat mentionem. Hic obex postibus affixus non erat: nam in aperienda porta eum removebant. Varro De lingua Latina lib. 6 (p. 82 ed. Dordr.): *Reserare ab serra dictum, id est aperire : hinc etiam seræ, quibus remotis fores panduntur.* Festi verba, nisi commode accipiantur, contrariam continere sententiam videntur; perperam et falso. Nam in voce *asserere* ita scriptum : *Unde etiam seræ appellantur, quia foribus admotæ opponuntur, defixæ postibus, quemadmodum ea quæ terræ inseruntur.* Falsum, inquam, est, seras, hoc est, τὸν μοχλὸν fuisse postibus defixum, ut quæ terræ inseruntur : id enim non obici, sed pessulo convenit, ut mox dicemus. Removere seras Græcis μοχλὸν ἀφαιρεῖν. Plutarch. Pelopida [c. 11] : Θεράποντος αἰσθόμενος προϊόντος ἔνδοθεν καὶ τὸν μοχλὸν ἀφαιροῦντος. B. Chrysostomus homilia in Berenicen et Prosdocen : Εἰ μὴ συνέθλασε τὸν μοχλὸν τὸν σιδηροῦν, οὐκ ἂν αἱ παρθένοι ἴσχυσαν αὐτὸν ἀφελέσθαι. Propterea monet Æneas, si quis portam dolo voluerit occupare, eum debere τὸν μοχλὸν ἀφανίζειν, dare operam ne obex usquam compareat. Interdum non removendo obicem, sed attollendo aut in aliam partem torquendo, portam aperiebant; Græcis παραφέρειν τὸν μοχλόν. Heliodorus libro 6 : Ἡ δὲ ὡς κατελήφθη σχήματος ἐπὶ τὰς θύρας ὁρμήσασα, τόν τε μοχλὸν παρήνεγκε, καὶ πρὸς εἴσοδον τῷ πρεσβύτῃ διέστελλε. Quemadmodum autem vectis fores clausas tenebat, sic vectem, sive obicem, βάλανος continebat: id erat, sicut diximus, ferrum, quod per obicem trajiciebant. Aristophanes Vespis [v. 199] : Ὥθει σὺ πολλοὺς τῶν λίθων πρὸς τὴν θύραν, καὶ τὴν βάλανον ἔμβαλλε πάλιν εἰς τὸν μοχλόν. Noster cap. 20 : Ἔπειτα βαλάνους ἐμβάλλεσθαι εἰς τὸν μοχλὸν μὴ ὁμοιοτρόπους. Narrat Thucydides 2, [4] tumultuantibus Platæensibus, quorum urbem hostis noctu erat ingressus, unum e civibus portam, quam apertam invenerat, clausisse, injecto in obicem, loco βαλάνου, ferro cuspidis, quod defigebant in terram, quum hastæ rectæ incumbebant. Verba Thucydidis : Τῶν δὲ Πλαταιέων τις τὰς πύλας, ᾗ εἰσῆλθον, καὶ αἵπερ ἦσαν ἀνεῳγμέναι μόναι, ἔκλεισε, στυρακίῳ ἀκοντίου ἀντὶ βαλάνου χρησάμενος εἰς τὸν μοχλόν. Quid sit βάλανος, ita explicat ibi vetus scholiastes : Βάλανός ἐστι τὸ βαλλόμενον εἰς τὸν μοχλὸν σιδήριον, ὃ καλοῦμεν μάγγανον. Et recte ibi reprehendit scholiastes eos, qui στυράκιον in superioribus verbis Thucydidis interpretabantur de hastili, sive hastæ ligno, quod dicebant in obicem fuisse immissum. Atqui στυραξ, σαυρωτὴρ et οὐρίαχος ferrum illud significant, quod diximus, et quod in altero hastæ extremo ἐπιδορατίδα oppositam habet. Romanis proprie cuspis, cui opponitur mucro. Virgilius [Æn. 12, 510]: Hunc venientem cuspide longa, hunc mucrone ferit. Porro ferrum hoc, quod βάλανον appellari dicimus, per obicem trajectum, excipiebatur in claustro foramine, quod Æneas modo βαλανοδόκην proprio nomine, modo communi τρύτημα aut τρῆμα appellat. Sequitur statim : Ὁ μέν τις ἡμέρας εἰς τὴν βαλανοδόκην τῶν πυλῶν ἄμμον προενέβαλεν, ὅπως ἡ βάλανος ἔξω μένῃ καὶ μὴ ἐμβάληται εἰς τὸ τρύτημα. Postea : Ἕτερος τρέψας τὸν μοχλὸν, μέλλων ἐμβάλλειν, ἵνα μὴ κατέλθῃ εἰς τὸ τρύπημα ἡ βάλανος. Latini βάλανον *pessulum*, quasi parvum πεσσὸν, dixerunt ob expositam ante caussam. Non enim derivatur pessulus a pede, ut nugantur grammatici : sed vox est Græcæ originis. Marcellus Empiricus cap. 17 : In eo loco vel foramine, in quod januæ pessuli descendunt, quicquid sordium repereris, collige. Vides Pessulum in foramen descendere, ut apud Æneam modo, κατέλθῃ εἰς τὸ τρύπημα ἡ βάλανος. Apud comicos tamen

A quum dicitur foribus vel ostio obdi pessulus, non satis scio, utrum βάλανος intelligatur, an μοχλὸς parvus et obex : cui proprie verbum obdere videtur convenire. Sane ut in Aulularia Plauti fores occluduntur ambobus pessulis [1, 2, 25] : sic apud Polybium l. 15 [30, 8] : Αἱ θύραι ἀποκλείονται διττοῖς μοχλοῖς. Elegantissimus vero scriptor Sulpitius Severus pessulum appellavit, quod vasis alicujus ori obditur ad obturandum. Locus est Dialogo quarto de Martini virtutibus : Presbyter hodieque fatetur, obdendi pessuli, quo claudi diligentius servanda consueverunt, in vitro illo spatium non fuisse. Loquitur de vitrea ampulla olearia, in qua oleum sub Martini benedictione creverat, quoad exundante copia superne deflueret. Obdere pessulum Sulpitius dixit, quod Græci βῦσαι τὴν λήκυθον, ut noster cap. 31. Quemadmodum autem illud foramen, quo descendit pessulus sive βάλανος, Græci βαλανοδόκην dixerunt; sic claves quæ pessulum adducunt et reducunt, βαλανάγρας nominarunt; quippe quæ τὴν βάλανον ἀγρεύουσι
B pessulum venantur, id est attrahunt aut retrahunt. Porro ex hoc Æneæ loco apparet, tribunum, qui mane portam aperiebat, non solum βαλανάγρας sive claves, sed etiam βάλανον, hoc est pessulum, abstulisse secum : quare etiam, quum ad claudendum veniebat, et claves et pessulum domo secum adferebat, sicut hic diserte scribit Æneas. Erant enim apud veteres pessi exemptiles; quod tamen Æneas improbat; monens debere eos esse affixos postibus et lamina ferrea contegi, sicut hodie in nostris seris fieri videmus. Ait enim cap. 20 : Ἄριστον δὲ τὰς βαλάνους μὴ ἐξαιρετὰς εἶναι, ὑπὸ δὲ λεπίδος σιδηρᾶς κατέχεσθαι. Ex eodem capite discimus non solum μοχλοὺς plures, quod paullo ante ostendimus, admotos fuisse ad occludendas fores, sed etiam balanos plures. Ternas enim diverso artificio confieri jubet Æneas». Casaubono Orellius, qui etiam pictas exhibuit βάλανον et βαλανάγραν p. 179, addidit Gronovium Lect. Plautin. p. 196 : « Βάλανος erat ferrum glandis facie et cavum, quod in foramen seræ, hoc est lignei vectis,
C τοῦ μοχλοῦ, immittebatur, et sic seram committebat januæ ut nisi extracto eo revelli non posset sera nec janua aperiri. Ita autem in seræ foramen incidebat βάλανος ut tota lateret, ne erui posset inde nisi immisso alio ferro oblongo, quod in cavitatem βαλάνου ita inibat, ut eam comprehenderet ac sursum traheret. Illud ferrum Græcis dicebatur βαλανάγρα, παρὰ τὸ ἀγρεύειν τὴν βάλανον, et Latinis est clavis. Foramen illud Græcis vocabatur βαλανοδόκη ». Post hæc facile erit intelligere locum Æneæ, quem quum primarius sit de re veterum claustraria, ex parte certe apponam : Περὶ τὰς βαλάνους πολλὰ σφάλματα γίνεται διὰ τὰς τῶν ἀρχόντων μαλακίας· ὅταν γὰρ ἐπὶ τὰς πύλας τις αὐτῶν ἐλθὼν κλεῖσαι μὴ αὐτουργὸς γίνηται, ἀλλὰ παραδοὺς τὴν βάλανον τῷ πυλωρῷ κλεῖσαι κελεύῃ, τάδε κακουργεῖται ὑπὸ πυλωρῶν. Ὁ μέν τις (f. τῆς) ἡμέρας εἰς τὴν βαλανοδόκην τῶν πυλῶν ἄμμον προενέβαλεν, ὅπως ἡ βάλανος ἔξω μένῃ μηδ' ἐμβάλληται εἰς τὸ τρύπημα. Φασὶ δὲ καὶ ἐμβεβλημένας βαλάνους ὧδε ἐξαιρεθῆναι· ἐμβαλλομένης κατ' ὀλίγον ἄμμου εἰς τὴν βαλανοδόκην,
D σείεσθαι ἀψοφητὶ, ἵνα μηδεὶς αἴσθηται· μετέωρος οὖν ἡ βάλανος ἐγίνετο, προσπιπτούσης τῆς ἄμμου, ὥστε ῥᾳδίως αὐτὴν ἐξαιρεθῆναι. Ἤδη δὲ πυλωρὸς δεξάμενος τὴν βάλανον παρὰ στρατηγοῦ ἐμβαλεῖν, ἐντεμὼν λάθρα σμίλῃ ἡ ῥίνῃ τὴν βάλανον βρόχον λίνου περιβαλὼν ἐνέβαλεν, εἶτα μετ' ὀλίγον τῷ λίνῳ ἀνέσπασεν ... ἕτερος δὲ ἔλαθε τρέψας τὸν μοχλὸν, μέλλων ἐμβάλλειν, ἵνα μὴ κατέλθῃ εἰς τὸ τρύπημα ἡ βάλανος καὶ ὕστερον ἐωσθεῖσα ἀνοιχθῇ. — Περὶ Ἀχαίαν ἐπιχειροῦντες κρυφίως δέξασθαι ξένους, πρῶτον μὲν τῆς βαλάνου ἔλαβον τὰ μέτρα τρόπῳ τοιῷδε· προκαθέντες ἐν τῇ ἡμέρᾳ εἰς τὴν βαλανοδόκην λίνου λεπτοῦ καὶ ἰσχυροῦ βρόχον καὶ τὰς ἀρχὰς ἔξω οὔσας ἀφανεῖς, ὡς ἐν τῇ νυκτὶ ἐνεβλήθη ἡ βάλανος, ἀνέσπασαν τὰς ἀρχὰς τοῦ λίνου καὶ τὸν βρόχον καὶ τὴν βάλανον· λαβόντες δὲ τὰ μέτρα αὐτῆς πάλιν καθῆκαν· ἔπειτα πρὸς μέτρα οὕτω τῆς βαλάνου βαλανάγραν ἐποιήσαντο τρόπῳ τοιῷδε, etc. Ἤδη δέ τινες ἐν τῇ βαλανοδόκῃ οὔσης βαλάνου τὸ περίμετρον ὧδε ἔλαβον· πηλὸν κεραμικὸν περιελίξαντες ὀθονίῳ λεπτῷ καθῆκαν ἀρμένῳ, πιεζοῦντες περὶ τὴν βάλανον τὸν πηλὸν, ἔπειτα ἀνέσπασαν τὸν πηλὸν, καὶ ἔλαβον τὸν τύπον τῆς

βαλάνου, πρὸς ὃν τὴν βαλανάγραν ἐποιήσαντο. — Ἐπεὶ παρῆν ὁ στρατηγὸς κλεῖσαι τὰς πύλας καὶ ἔδωκε κατὰ τὸ ἔθος τῷ πυλωρῷ ἐμβαλεῖν τὴν βάλανον, δεξάμενος ἐνέτεμεν λαθραίως ἀψοφητὶ ῥίνῃ ἢ σμίλῃ τὴν βάλανον, ὥστε ἐνέχεσθαι λίνον· εἶτα βρόχον περιθεὶς καθῆκε τὴν βάλανον ἐχομένην ὑπὸ τοῦ λίνου· μετὰ δὲ ταῦτα κινήσας τὸν μοχλὸν, καὶ ἐπιδείξας τῷ στρατηγῷ κεκλεισμένην τὴν πύλην εἶχεν ἡσυχίαν· χρόνου δὲ προϊόντος ἀνασπάσας τὴν βάλανον τὴν ἀρχὴν τοῦ σπάρτου πρὸς αὑτὸν ἔδησεν τοῦδ' ἕνεκεν, ὅτι εἰ καθυπνώσας τύχῃ (l. τύχοι) ἐγερθείη σπώμενος ὑπὸ τοῦ λίνου. — Ταῦτα δεῖ οὖν συμβαλλόμενον πάντα φυλάττεσθαι καὶ τὰς πύλας αὐτὸν τὸν ἄρχοντα κλείειν καὶ μὴ ἄλλῳ διδόναι τὴν βάλανον. L. Dind.] Βάλανοι sunt etiam Hesychio [et Lex. Rhet. in Bekk. An. p. 225, 9] τὰ ἐξηρτημένα τῶν ὅρμων περὶ τὸν τράχηλον, Suidæ [et Zonaræ] Ψέλλια [quod rectius scribitur Ψέλια. De hac signif. v. Casaub. initio disputationis supra appositæ. uuu. L. Dindorf.]

[Βάλᾰνος, ἡ, Balanus, nympha Hamadryas, Oxyli et Hamadryadis filia secundum Pherenicum Athenæi 3, p. 78, B. L. Dindorf.]

[Βᾰλᾰνοφᾰγέω, Glandibus vescor, Suidas v. φθάσειε, vol. 3, p. 616, Schol. Hom. Od. T, v. 163, a Wakef. indicati. Apollon. Lex. Hom. v. φηγός. L. Dindorf.]

[Βᾰλᾰνοφάγος, ὁ, ἡ, Qui glandibus vescitur, Etym. M. p. 790, 36, ζῷον βαλανοφάγον. Schol. Lycophronis in Bachm. Anecd. vol. 2, p. 228, 16 secundum codicem, ἐπειδὴ βαλανοφάγοι εἰσὶν οἱ Ἀρκάδες. L. Dind.]

Βᾰλᾰνόω, ώσω, Obice trajecto obsero; βάλανοι γὰρ τὰ μάγγανα τῆς κλειδώσεως: ut Schol. Aristoph. annotat in Av. [1159]: Καὶ νῦν ἅπαντ' ἐκεῖνα πεπύλωται πύλαις, Καὶ βεβαλάνωται. [Aristoph. Eccl. 361 : Νῦν μὲν γὰρ οὗτος βεβαλάνωκε τὴν θύραν. 369 : Ὦ πότνι' Εἰλείθυια, μή με περιίδῃς διαρραγέντα μηδὲ βεβαλανωμένον, de eo qui alvo obstructa laboraret. Priorem locum respexisse videtur Pollux 10, 26.]

[Βαλαντᾶς. V. Βαλλαντᾶς.]

Βαλαντίδιον, Crumenula. Eupolis apud J. Poll. [10, 151. Heliodorus p. 96. Cor. a Wakef. indicatus : Ὑπὸ μάλης τι βαλαντίδιον ἔχων. Gl. Βαλλαντίδιον, Sacculum.]

[Βαλαντιητομέω. V. Βαλαντιοτομέω.]

[Βαλαντιητόμος. V. Βαλαντιοτόμος.]

[Βᾰλᾰντῐοκλέπτης, ὁ, Fur crumenæ. Phrynichus p. 224 : Βαλαντοκλέπτης μὴ εἴπῃς, ἀλλὰ βαλαντιοκλέπτης : sic enim codex Paris. apud Bachmannum Anecd. vol. 2, p. 391 : editiones corrupte, Βαλανοκλέπτης et βαλανειοκλέπτης. Thomas M. p. 140 : Βαλαντιοκλέπτης, οὐ βαλαντοκλέπτης, καὶ βαλαντιοτόμος, οὐ βαλαντοτόμος.]

Βᾰλάντῐον s. Βαλλάντιον, Crumena, Marsupium. Plato De rep. 1, [p. 348, et ubi pass. τέμνεσθαι Gorgiæ p. 508] : Τὰ βαλάντια ἀποτέμνειν, quod et una v. βαλαντιοτομεῖν. Herodian. 5, [4, 4] : Βαλάντιά τε χρημάτων μεστὰ, δέλεαρ προδοσίας. H. v., ut ego arbitror, si unico λ scribatur, ab aor. 2 βαλεῖν deducenda fuerit : si duplici, a præs. βάλλειν. Ita autem scriptum habet Florent. Ed. Epigr. in hoc Simonidis [Anthol. Pal. cap. 5, 159] hemistichio, τὸ σὸν βαλλάντιον οἶδεν. Atque adeo ap. Lucam quoque [12, 33] ita scriptum in aliquot vetustissimis exemplaribus legere me memini [et apud Plutarch. Mor. p. 5, D; Mœrin p. 96]. Alioqui in illo Simonidis l. metri causa geminata videri possit consonans. Utut sit, quin ab illo, quod dixi, verbo deducatur, minime dubitandum puto. [Nec dubitavit Etym. M. c. 186, 49, scribens ante Βάλλον : Βαλάντιον, μαρσίπιον, ἀπὸ τοῦ ὄπισθεν, i. e. ab sequenti verbo βάλλον et βάλλω. Nos etymologias has veterum Grammaticorum ipsiusque Stephani, Grammaticis hac parte non multo superioris, refellere plerumque supersedemus.] Plut. certe [Mor. p. 526, C,] velut ad ejus etymum alludens scripsit : Ἀλλὰ συστέλλειν καὶ ἀποῤῥάπτειν ὥσπερ βαλάντιον, ἵνα στέγειν καὶ φυλάττειν τὸ εἰσβληθὲν δύνηται. Quibus subjungitur : Καίτοι τὸ μὲν βαλάντιον, ἐμβληθέντος τοῦ ἀργυρίου, γίνεται ῥυπαρὸν καὶ δυσῶδες. Fortasse tamen et ad alteram signif. τοῦ βάλλειν ἀργύριον h. v. respicere, non immerito quis dixerit : sc. pro Solvere pecuniam, s. pendere. Quo dixit modo Liban. βάλλειν δύο ὀβολούς. Nam βαλεῖν τὸ ἀργύριον τοῖς τραπεζίταις Matth. 25, [27] est simpl. quod Gallica v. hinc ducta dicitur *bailler*. Adjuvat tamen et ille l. nostram τοῦ βαλάντιον etym. Adjuvat autem et quod legitur ap. Luc. 10, [35] : Ἐκβαλὼν δύο δηνάρια ἔδωκε τῷ πανδοχεῖ· ubi ἐκβάλλειν est ἐκ τοῦ βαλαντίου ἐκφέρειν. Sed pro eo, quod Liban. dixit, βάλλειν δύο ὀβολοὺς, multo usitatius est καταβάλλειν : quod comp. pro illa etym. et ipsum facit. Ceterum ad ea, quæ de orthographia hujus nom. dixi, addo, in Plut. l. c. βαλλάντιον primo scribi cum λλ, deinde βαλάντιον cum λ. [In editionibus recentioribus bis scriptum βαλάντιον tacente Wyttenbachio, eamque scripturam postulat ordo literarum apud Hesychium, servantque libri non pauci vel plerique tum Platonis locis supra citatis tum Aristophanis Av. 157; Eq. 707, 1197 ; Herodiani 5, 4 ; Suidas sub v. ; Antiatticista Bekkeri p. 84, 7 in Xenophontis Conviv. 4, 2, ubi codices consentire videntur in βαλλαντίῳ : quibus locis addendi quos præbent composita cum βαλάντιον. Firmissimum vero formæ βαλάντιον testimonium est Aristophanis Ran. v. 772 : Τοῖς λωποδύταις καὶ τοῖς βαλαντιητόμοις, ut forma βαλάντιον βαλλάντιον formæ tantum præstare putanda sit quantum Pseudosimonidi præstat Aristophanes. || Summa pecuniæ 250 denariorum. Vetus fragmentum Περὶ σταθμῶν apud Gronovium lib. 2 De pecunia vet. p. 91 ed. Lugd. Bat. : Βαλλάντιον παρὰ τὸ βάλλειν· ἐστὶ δὲ σταθμός τις βαλλάντιον, ὃ καὶ φόλλις, δηναρίων σν'. Etym. Gud. c. 103, 30 : Βαλάντιον παρὰ τὸ βάλλειν. Ἐστὶ δὲ σταθμὸς ὁ καὶ φόλλις δηναρίων ρν', καὶ εἰς τὸ φόλλις τὸ βαλάντιον γίνεται τιά. Etymologici Gudiani locum posteriorem ex Ms. edidit Ducangius Append. ad Gloss. Gr. c. 193, v. Φόλα, additis locis Epiphanii De mens. et pond. his : Τρία ταλάντια, ὃ καὶ φόλοι, δηνάρια τριακόσια πεντήκοντα, γίνονται λίτραι διακόσιαι ιβ'. Et : Φόλης καὶ βαλάντιον ἔχει ἀργύρους (l. ἀργυροῦς) δύο ἥμισυ. Et : Φόλης, ὃ καὶ ταλάντιον καλεῖται· διπλοῦν δέ ἐστιν, ὑπὸ (l. ἀπὸ) δύο ἀργύρων συγκείμενον, οἳ γίνονται σῃ' δηνάρια· καὶ φόλης δύο λεπτοὶ κατὰ τὸν δηναρισμὸν, ἀλλ' οὐ κατὰ τὸν ἀργυρισμόν. Quorum postremus tantum legitur in illo Epiphanii scripto vol. 2, p. 184, A, ed. Petav. Petavius vero in Animadv. ad Epiphan. ex Glossario Basilicorum apud Sirmondum hæc edidit p. 432 : Φόλλις, σταθμός ἐστι, λεγόμενος καὶ βαλάντιον· ἔλκει δὲ δηνάρια διακόσια πεντήκοντα, τουτέστι λίτρας τιϑ' καὶ οὐγγίας ἓξ, ὡς ἔχοντος ἑκάστου δηναρίου λίτραν α' καὶ οὐγγίας γ' (unde corrigendæ sunt ambæ Etymologici Gudiani glossæ, prior ita : Δηναρίων σν', λιτρῶν (vel γίνονται λίτραι) τια' vel τιϑ', ejectis quæ ex margine illata sunt καὶ εἰς τὸ φ. τὸ β., hoc est : vide Φόλλις τὸ βαλάντιον; altera sic, ἀργυροῦς sive ἀργυροῦς β' ... λίτρας τιϑ' : qui librarum numerus reddendus etiam Epiphanio Ducangii inversis numeris τριακόσια et διακόσιαι.) De ipsius autem Epiphanii verbis hæc disseruit p. 442, ab nobis ex parte tantum repetenda : « Follis, inquit Epiphanius, ταλάντιον καλεῖται, estque duplex, nimirum duobus ex argenteis conflatus, qui sunt 208 denarii. Paulo ante dixerat τὸ ἄργυρον [legendum videtur ἀργυρόν. L. Dind.] eum esse nummum qui a Romanis, hoc est Cpolitanis, miliarensis appellatur. Nunc ex duobus argenteis istis constare follem asseverat. Hoc ipsum Epiphanii verba præ se ferunt, nisi aliter castiganda videantur. Quod varie a plerisque tentatum. Scaliger in postumo libello De re numaria p. 56 [Gronov. Thes. vol. 9, c. 1526, C,] Epiphanium sic emendat ut pro ταλάντιον βαλάντιον reponat : tum pro σῃ' δηνάρια σπῃ'. Follem itaque duplum esse τοῦ μιλιαρησίου, ac tetradrachmum existimat, quoniam miliarenses, ut vidimus, didrachmos constituit : habere vero denarios, hoc est minutulos nummos 288. Sed in ea Scaligeri conjectura primum illud est a nobis superiori capite validissime refutatum, quod miliarenses didrachmos fuisse defendit. Alterum quod pro ταλάντιον βαλάντιον legit, vereor ut obtinere possit. Etenim quamvis follis idem sit, quod Græce βαλάντιον, nihilominus a Græcis βαλαντίου vox non folli, ut singularis est nummus, imponitur, sed ut est pecuniæ summa et nummorum ἄθροισμα vel σταθμὸς, ut Glossæ significant. De folle argenteo nummo neque mentionem illæ faciunt, neque βαλάντιον appellatum esse puto,

[Βάργος, Bargus, fl. in regione Scordiscorum, apud Strabon. 7, p. 318. L. Dindorf.]

[Βαργούσιοι, Bargusii, populus Hispaniæ cis Iberum, apud Polybium 3, 35, 2, 4. Steph. Byz. L. Dindorf.]

[Βαργύλια, τὰ, Bargylia, oppidum Cariæ. Polybius libris 6, 17, 18 sæpius, Strabo 13, p. 611; 14, p. 658, Stephanus Byz.]

[Βαργυλία, ἡ, idem quod Βαργύλια, τὰ, apud Stephanum Byz. s. Βαργύλια, Βελλεροφόντης πόλιν ἔκτισε Βαργυλίαν. Sed scribendum videtur Βαργύλια. L. Dindorf.]

[Βαργυλιακὸς, ἡ, ὸν, i. q. Βαργυλικός. Constantinus Them. 1, 14: Τοῦ Βαργυλιακοῦ κόλπου. L. Dindorf.]

[Βαργυλιάτης, Bargyliates, gentile a Βαργύλια. Steph. Byz. L. Dindorf.]

[Βαργυλιήτης, i. q. Βαργυλιάτης. Polybius 16, 2, 3; Numus Eckhel. Doctr. Num. vol. 2, p. 578. Βαργυλήτης vitiose Diogenes Laert. 5, 94. L. Dindorf.]

[Βαργυλιητικὸς, ἡ, ὸν, Bargylieticus, adj. a Βαργυλιήτης. Polybius 16, 12, 1. L. Dindorf.]

[Βαργυλικὸς, ἡ, ὸν, Bargylicus, adj. gentile a Βαργύλια. Steph. Byz. s. Βαργύλια, ἡ θάλασσα Βαργυλικὸς κόλπος. L. Dindorf.]

[Βαργύλος, Bargylus, auctor nominis oppidi Bargyliorum. Steph. Byz. s. Βαργύλια. L. Dindorf.]

[Βαρδῆν, τὸ βιάζεσθαι γυναῖκας, Ἀμπρακιῶται, Vim inferre mulieribus, apud Ampraciotas, Hesychius. Conf. Βαρδίσαγνος. L. Dindorf.]

[Βαρδιαῖοι, Bardiæi, Marii satellites de gente Illyrica, ut videtur, dicti, quæ promiscue Ἀρδιαῖοι, Βαρδιαῖοι, Οὐαρδαῖοι appellatur. V. Gronov. ad Liv. 27, 30, 13. Plutarchus Mar. c. 43: Κατῆει δορυφόρους ἔχων λογάδας ἐκ τῶν προσπεφοιτηκότων δούλων, οὓς Βαρδιαίους προσηγόρευεν. Repetit nomen c. 44, ubi est varietas

Βαρδυαίων: H. Stephanus memorat etiam scripturam Ὀρταίους et Ὀρταίων. Similes ministrorum cohortes de gentibus nomen adeptas comparavit Lobeck. Aglaopham. p. 1325, qui admonet etiam regis Illyrici Bardylis. L. Dindorf.]

Βαρδίνης Suidæ, [Zonaræ c. 370] et Etym. ποταμὸς, dictus quasi βαρυδίνης, παρὰ τὸ βαρείας καὶ ἐπαχθεῖς δίνας ἔχειν. [Non opus est dici quam inficeta sit etymologia nominis fl. Syriæ. Βαρδίνης enim teste Stephano Byz. s. Δαμασκὸς est flumen Damasco propinquum: cujus nomen restitui Zonaræ loco s. Βανίδης indicato. Erravit igitur Berkelius Βαρδίνης apud Stephanum in Ἰορδάνης mutans, quod de Bardine nihil inaudivisset. L. Dindorf.]

[Βάρδιον pro βράδιον Kusterus sibi deprehendere videbatur apud Hesychium, ubi Βαρεῖον esse dicit καὶ τὸ βράδιον. Hanc enim explicationem referri ad βάρδιον, pro quo βαρεῖον eum legisse. L. Dindorf.]

Βαρδίσαγνος, Suidæ [et Zonaræ c. 370] est ὁ τὰς γυναῖκας βιαζόμενος, Qui mulieribus vim facit, Qui mulieres violat et per vim stuprat. Hesych. quoque Ampraciotas Βαρδῆν dicere scribit τὸ βιάζεσθαι γυναῖκας. Forsan igitur βαρδήσαγνος scribendum foret παρὰ τὸ βαρδῆσαι τὰς ἁγνὰς γυναῖκας. Verumtamen et Ms. Suidæ Codex habet per ι βαρδίσαγνος.

Βάρδιστος pro βράδιστος, et hoc ipsum pro βραδύτατος, Tardissimus; Il. Ψ, [310; conf. 530]: Ἵπποι βάρδιστοι θείειν. Est autem metathesis in hoc βάρδιστος: ad quam tamen recurrendum non fuerit si cum Etym. [c. 188, 23, unde corrigendum Gudianum 104, 45. L. Dind.] βραδὺς a βαρὺς derivari dicamus. [Doricam hanc formam dicit Gregorius p. 337, puto quod eam apud Theocritum reperisset, 15, 104, qui etiam βαρδύτεροι dixit 29, 30. L. Dindorf.]

Βάρδοι, Poetæ qui cum cantu laudes dicebant ap. Celtas in conviviis. Ita enim Posidonius ap. Athen. 6, [p. 246, D, vel apud Diodorum 5, 31; conf. Strabon. 4, p. 197,] de Celtis loquens: Τὰ δὲ ἀκούσματα αὐτῶν εἰσὶν οἱ καλούμενοι βάρδοι· ποιηταὶ δὲ οὗτοι τυγχάνουσι μετ' ᾠδῆς ἐπαίνους λέγοντες. Apud Hesych. paroxytonως scriptum Βαρδοὶ, cum hac exp. αἱ ὁδοὶ παρὰ Γαλάταις: sed procul dubio perperam pro ἀοιδοί.

[Βαρδυῆται, Bardyetæ, nomen gentis Hispaniæ borealis apud Strabonem 3, p. 155, et ubi Βαρδυίτας jam vocari Βαρδυάλους, quod scribendum videtur Βαρδύλους, dicit p. 162. L. Dindorf.]

[Βάρδυλις s. Βάρδυλλις, Bardylis, nomen regis Illyrici apud Plut. Pyrrh. c. 9, Diodorum 16, 4, ubi v. Wesseling. Genitivum Βαρδύλεω, tanquam ab nominat. Βαρδύλης, habet Arrian. Exp. 1, 5, 1. Sed scribendum Βαρδύλεως. L. Dindorf.]

[Βαρδύτερος. V. Βάρδιστος.]

[Βαρέα Meursio est Campana grandior. Aliud vero L. Allatio, nempe non Campana, sed Pulsus campanæ, qui ita dicatur quod intento pulsu graviter feratur. Triplex videtur esse campanarum sonus: alter qui laxato brachio, continua remissione ac contractione nunquam intermittente agitatione fit; alter qui alternis et crebrioribus ictibus, non sine modulatione quadam perstrepit; tertius qui intento malleo singulis pulsibus æs campanarum increpat. Βαρέαι non aliud fuerunt quam ictus isti postremi, graves sejunctimque adacti, et quibus jam finitis tempus incipiendis officiis præscriptum exspectatione qualibet summota adesse notatur, et hæ sive in ferreum sive in ligneum signum imprimebantur. Euchologium: Ὑπέρχεται ὁ κανδηλάπτης καὶ κρούει τὰς βαρέας ἐπὶ τὸν σιδηροῦν, ποιῶν στάσεις τρεῖς, καὶ οὕτω συνάγονται πάντες οἱ ἀδελφοί. Typicum Sabæ c. 5, p. 7: Εἰς δὲ τὸν ὄρθρον κρούει ὁ κανδηλάπτης τὰς βαρέας πρῶτον σχολαιότερον ἄχρι τῶν ν'. Marcus Hieromonachus De dubiis Typicis c. 34: Περὶ δὲ τὴν ὥραν πρώτην τῆς νυκτὸς σημαίνει τὰς βαρέας, τὸ μέγα καὶ τὸ σιδηροῦν, Circa horam primam noctis pulsat Vareas, ingens et ferreum, σήμαντρον nempe. Vid. L. Allatii Epist. 1 De templis Græcorum, sect. 3. Suicer. || Βαρέα, Gravida. Gl.]

Βαρέα, ἡ, Sudis: ut Politian. interpr. ap. Herodian. 8 [immo 7, 9, 4, ubi βύρσας nunc legitur cum cod. Veneto]: Βαρέας τε τὰς ἐμπεσούσας περιτεμόντες, καὶ ξύλα καταπρίσαντες εἰς τὰ παρατυχόντα σχήματα, ὡς ἕκαστος ἐδύνατο, προβλήματα τοῦ σώματος ἐποιεῖτο. Sic enim vertit, Præustas sudes, ut quisque poterat, acuminatas, ad tuendum corpus extulerat. Sed suspectum videri possit vocab. illud.

[Βαρεῖα, ἡ, Suffimenti genus. Hesychius: Βαρὺ, τινὲς μέν φασι θυμίαμα εὐῶδες, τὴν βαρεῖαν. L. Dind.]

[Βαρεῖον, πρόβατον, Ovis, Hesychius. Ordinem literarum poscere Βάριον s. βαρίον, ut est apud Cyrillum, monet Albertus, qui confert Βάριον de Ovi dictum a Theodoro Prodromo apud Ducangium et Hesychii Βανεῖα, de quo dixi sub ipso. L. Dindorf.]

[Βαρεῖος pro Βαρὺς ponit Hesychius, quum Βαρεῖον explicat βαρύ. Sed ejus formæ fides penes ipsum sit. L. Dindorf.]

[Βάρετα s. Βάρεττα, Bareta, urbs Asiæ Proconsularis, apud Hieroclem p. 660, et in Conciliis, de quibus v. Wessel. L. Dindorf.]

Βαρέω, Gravo, Degravo, Deprimo pondere. Luc. [Dial. M. 10, 4]: Βαρήσει γὰρ ταῦτα τὸ πορθμεῖον συνεμπεσόντα. Et Βαρέομαι, Gravor: unde ὕπνῳ βεβαρημένος, [Lucæ 9, 32; et omisso ὕπνῳ Marc. 14, 40: Καὶ ὑποστρέψας εὗρεν αὐτοὺς πάλιν καθεύδοντας· ἦσαν γὰρ οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν βεβαρημένοι, et Matth. 26, 43.] Ep. [Anth. Pal. c. 7, 290; Plan. 4, 98; ib. 309: Ὄμμα δέ μευ Βρομίῳ βεβαρημένον. Theocr. 17, 61: Βεβαρημένα ὠδίνεσσιν.] Et Plato Symp. [p. 203, B]: Βεβαρημένος εὖδεν [ἡδέως], quod ex aliquo versu sumtum est. [Non est, opinor.] Apud Hom. autem Od. Γ, [139], βεβαρηότες οἴνῳ, pro βεβαρημένοι. Sic T, [122], βεβαρηότα με φρένας οἴνῳ. [Βεβαρηότες οἴστρῳ, Nonn. Jo. 23, 27. Angl. Tzetz. Posthom. v. 489: Αὐπῃ βεβαρειὼς εἵνεκεν ὅπλων, scribendum βεβαρηώς. L. Dind.] Apud Greg. Βαρηθεὶς ταῖς πέδαις. Apud Herodian. [8, 8] βαρεῖσθαι pro βαρύνεσθαι signif. Gravari i. e. Graviter ferre, s. indignari, cum accus. Ἐβαροῦντό τε αὐτῶν τὴν εὐγένειαν. Quæ quamvis ita sint, Lucian. tamen [Solœc. c. 7,] quendam Socratem τὸν ἀπὸ Μόψου cuipiam utenti verbo βαρεῖν, dixisse ait: Οὐκ ἔστι τὸ βαρύνειν ἢ νενόμικας. Thuc. itidem Schol. βαρύνομαι dicendum esse tradit, non βαροῦμαι [ad 2, 16: Καλῶς εἶπεν ἐβαρύνοντο· οὐ δεῖ γὰρ λέγειν ὅτι ἐβαροῦντο ἢ βαροῦμαι ἢ βαρούμενος οὐδὲ ἄλλην τινα κλάσιν ποιεῖσθαι τοῦ βαροῦμαι ῥήματος, ἀλλὰ βαρύνομαι καὶ βαρυνόμενος καὶ τὰ ἄλλα ὁμοίως κλινόμενα: quæ ponit etiam Suidas s. v. Thomas p. 141: Βαρύνειν χρήσιμον, βαρεῖν δὲ ἄχρηστον παρὰ τοῖς δοκιμωτάτοις τῶν παλαιῶν πλὴν ἐπὶ τοῦ παρακειμένου οὐ βεβάρυγκα λέγουσιν, ἀλλὰ βεβάρηκα εἰς παθητικὴν σημασίαν. Ἀριστείδης ἐν τετάρτῳ τῶν ἱερῶν [vol. 1, p. 329, (511 Dind.)], Οἱ δ' ἦκον οἴνῳ βεβαρηκότες οἱ ναῦται. Apud Aristidem ex antiquissimo libro Laurentiano nunc restitutum βεβαρηότες, ut est in locis Odysseæ quos sophista expressit. Ac persuasum habeo formam βεβάρηκα nonnisi transitiva significatione esse usurpatam, ut apud Dionem Cass. 78, 17: Τὸ δημόσιον ἰσχυρῶς τῇ τῶν χρημάτων (τῶν) τοῖς βαρβάροις διδομένων αὐξήσει βεβαρηκέναι. L. Dind.] Ex ipso tamen Luciano βαρήσει modo protuli. [Βεβαρημένον ὀλκῷ, Nonn. Jo. 236, 28. Angl. Greg. Neoc. Routh. Glossæ: Βαρέω· Gravo, Premo, Gravesco. Βαρούμενα· Aggravata. Πάνυ βαρέω· Prægravo. Dio Cass. 46, 32: Ταῖς εἰσφοραῖς βαρούμενοι. Inscriptio Puteolana anni P. C. 174 apud Ignarram Pal. Neap. p. 281: Μὴ τὴν πόλιν βαρῶμεν. Quibus locis adde citatos ab Sallierio ad Thomam ex supparis ævi scriptoribus. L. Dindorf.]

[Sensu proprio usurpatur Jos. Ant. Jud. 15, 3, 3: Βαροῦντες ἀεὶ καὶ βαπτίζοντες ὡς ἐν παιδιᾷ νηχόμενον, Deprimentes ac mergentes natantem; et Heron. Automat. p. 266, 7: Οὐκοῦν ἐὰν τῷ δακτύλῳ κάτω βαρήσωμεν τὸ ὑσπλήγγιον. At multo crebrius metaphorice: Antonin. Ad seips. 36: Οὔτε τὸ μέλλον οὔτε τὸ παρῳχηκὸς βαρεῖ σε· Jos. Bell. Jud. 2, 14, 1: Τὸ πᾶν ἔθνος ἐβάρει ταῖς εἰσφοραῖς· Porphyr. De abstin. 1, 54: Τίς λοιπὸν χρεία πλούτου ἀργοῦ, εἰς μηδὲν ἡμῖν χρησιμεύοντος, ἀλλὰ μόνον βαρήσοντος; Heliod. Æth. 1, 7: Καμάτῳ τε τῆς ὁδοιπορίας βαρούμενος· et Athanas. Nova coll. SS. Patr. t. 1, p. 13, D: Μὴ περιμείναντες τὴν δέησιν τῶν βαρουμένων, Non exspectata supplicatione eorum qui gravantur; ubi male interpr. Partic. perf. pass. Philo t. 2, p. 585, 42: Βεβαρημένους τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐπὶ βραχὺ μόλις διοίξας· t. 1, p. 377, 37: Βεβαρη-

μένος τοὺς ὀφθ. ἀπ' οἴνου· et p. 373, 20 : Βεβαρημένων καὶ πεπιεσμένων οἴνῳ. Aliter Tatian. Contra Græc. p. 161, B, de athletis : Εἶδον ἀνθρώπους ὑπὸ τῆς σωμασκίας βεβαρημένους. Ægre fero, Aversor, cum accus. Anton. Ad seips. 8, 44 : Οἷοί εἰσιν οὗτοι, οὓς βαροῦνται. Hase.]

Βᾰρέως, Graviter. Sæpe pro Moleste, ut Lat. Graviter. Xen. K. Π. 2, [2, 1] : Οὕτω βαρέως ἤνεγκε τὸ πάθος. Idem alibi [Ἀπ. 2, 7, 1] : Ἔοικας βαρέως φέρειν τι, Graviter ferre et iniquo animo. [Aristoph. Eccl. 174 : Ἄχθομαι δὲ καὶ φέρω τὰ τῆς πόλεως ἅπαντα βαρέως πράγματα. Ran. 803 : Ἤπου βαρέως οἶμαι τὸν Αἰσχύλον φέρειν. Thesm. 385 : Ἀλλὰ γὰρ βαρέως φέρω τάλαινα πολὺν ἤδη χρόνον προπηλακιζομένας δρῶσ' ἡμᾶς ὑπὸ Εὐριπίδου. Vesp. 114 : Ὁ γὰρ υἱὸς αὐτοῦ τὴν νόσον βαρέως φέρει. Polybius 16, 22, 1 : Βαρέως αὐτοῦ τὴν αὐθαδίαν ὑπέφερον ex conj. Schweigh., quum βραχέως sit in libris. L. Dind.] Et βαρέως ἔχω cum πρὸς, ut ex Aristot. affertur Pol. 5, 10 : Βαρέως ἔχω πρὸς τὴν ὁμιλίαν. [Cum dat. Argum. Eur. Heraclid. : Χρησμῶν δὲ αὐτῷ νικηφόρων γενηθέντων, ἐὰν Δήμητρι τὴν εὐγενεστάτην παρθένων σφάξῃ, τοῖς λόγοις βαρέως ἔσχεν. Βαρέως φέρων πρὸς τὴν ἀφροδισιαστικὴν χάριν, Aristot. l. ab Steph. citato. Βαρέως φέρων ἐπὶ τῷ παρρησιάσθαι, Polybius 15, 1, 1. Ὑπὲρ τῶν σῶν συνθηκῶν βαρέως φέρειν, Maccab. 2, 14, 27. || Βαρέως ἀκούειν, Difficulter audire est Iesaiæ 6, 10 : Ἐπαχύνθη γὰρ ἡ καρδία τοῦ λαοῦ τούτου καὶ τοῖς ὠσὶν αὐτῶν βαρέως ἤκουσαν καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐκάμμυσαν. || Graviter, hoc est firmiter. Pollux 3, 149 de luctatoribus tanquam synonyma ponit βαρέως, στασίμως, μονίμως. Et sic βαρέως φέρειν pro Firmiter perferre dixit Diodor. Exc. Vat. p. 58 ed. Mai. : Ὁ δὲ τὴν ὕβριν ἀταράχως καὶ βαρέως ἔφερεν· p. 111 : Τὴν ἐπὶ τῇ συμφορᾷ λύπην ἐπικρυπτομένη βαρέως ἔφερεν. Ea signif. βαρέως pro βαθέως pene suspicor restituendum esse Juliano Epist. p. 152 ed. Heyl. : Τὴν παροινίαν ἣν ἡμᾶς ὁ τῆς Ἑλλάδος ἡγεμὼν πεπαρώνηκεν οὕτω βαθέως ἤνεγκας, οὐδὲν ἡγούμενος τούτων εἰς σὲ γεγονέναι. || Cum accentu gravi. Athenæus 2, p. 53, B : Τρύφων δὲ ἐν Ἀττικῇ προσῳδίᾳ ἀμυγδάλη μὲν τὸν καρπὸν βαρέως. Apollonius De pron. p. 324 (sive 64) B : Αἰολεῖς βαρέως. Photius v. κάκη, βαρέως ἡ κακία. || Βαρέως confusum cum Βαθέως et Βραχέως notavi supra. L. Dindorf.]

[Βαρεώτερος, Comparativus a βαρύς. Maximus Planudius in Bachm. Anecd. vol. 2, p. 73, 22 : Ἤδη δέ τινες καὶ ἀπὸ τῶν εἰς υς οὐ μόνον ἀπὸ τῆς εὐθείας, ὡς βαρὺς βαρύτερος, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῆς γενικῆς τοῦ βαρέως βαρεώτερος εἶπον. Ταῦτα μέντοι σπανίως καὶ οὐκ ἐν πλάτει εὑρίσκεται. Βαρέως est forma novitia pro βαρέος. Ceterum eadem Gram. editus a Cramero in *The philological Museum* 4, p. 114. L. Dindorf.]

[Βαρζαέντης, ου, Barzaentes, Persa apud Diodorum 17, 74 : quanquam ibi est μετὰ Βαρξάεντος : sed scribendum esse Βαρζαέντου persuadent Arrianus et Curtius qui Βαρσαέντην et Barzaenten dicunt. L. Dind.]

[Βαρζάνης, Barzanes, rex Armeniæ apud Diodorum 2, 1. L. Dindorf.]

Βαρζύλη, Orci tunica dicitur ab aliquibus. VV. LL. [Nihil mihi de mirifico hoc indusio compertum est. L. Dindorf.]

Βάρημα, τὸ, Gravitas, s. Gravamen, Pondus. [Dionys. Ant. R. 10, 16, ab Scotto indicatus : Συνεργούντων τοῖς βλήμασι καὶ τῶν ἰδίων βαρημάτων. Sed dudum βαρῶν restitutum ex cod. Vat. Eustath. Opusc. p. 276, 90 : Ἀναθέμενος ὡς ἰσχυρῷ σοι αὐτῷ τὰ βαρήματα. Tafel. « Nicet. Eugen. 4, 31 : Ἧν καὶ λιπόντες ἔμπλεων βαρυμάτων, al. βαρημάτων, ubi vertitur Mercium ». Angl.]

[Georg. Pis. Mundi opif. v. 812 : Ὕλην ἔχοντες σαρκικῶν βαρημάτων· et v. 1143 : Ἐκ τῶν ἄνωθεν φορτικῶν βαρημάτων. Hase.]

[Βαρήνη, Barene, urbs Mediæ apud Steph. Byz. et Ctesiam Photii cod. 72, p. 36, b, 17. L. Dindorf.]

[Βαρηνὸς, ἡ, ὸν, Barenus, gentile a Βαρήνη, urbe Mediæ, apud Steph. Byz. L. Dindorf.]

[Βάρηξ. V. Βήρηξ.]

[Βάρης. V. Βάορης.]

[Βάρης, ητος, urbis Calabriæ Veretî nomen antiquius apud Strabon. 6, p. 281, ubi alii libri Βάριτος. L. Dindorf.]

[Βάρησις, ἡ, Gravatio. Iamblichus Protr. p. 326 ed. Kiessl. a Wakef. indicatus : Τῇ βαρήσει καὶ ὑπνωδίᾳ. Gl. Βάρησις, Pressus. L. Dindorf.]

[Chrys. t. 5, p. 29, 40 : Ἀνάπαυσις, οὐ βάρησις τῆς φύσεως ἡμῶν ἐστίν. Hase.]

[Βαρητῖνος, η, ον, gentile a

[Βαρήτιον, qui est locus ad mare Adriaticum. Utrumque memorat Steph. Byz. L. Dindorf.]

[Βάρθει, γένος ἰθαγενῶν, Genus indigenarum, Hesychius : de quibus conjecturam Kœnii ad Gregor. p. 551 evertit scriptura codicis. L. Dindorf.]

[Βαρθολομαῖος, Bartholomæus, nomen pr. Act. Apost. 1, 13, quod Hesychius vel potius qui doctissimum librum his nugis oneravit interpretatur : Υἱὸς κρεμάσας ὕδατα, de qua interpretatione vid. Albert. L. Dindorf.]

[Βαρίβας, ὁ, Nauta, Navigator. Antiatticista Bekkeri p. 84, 10 : Σοφοκλῆς ἐν Ποιμέσι βαρίβαν λέγει τὸν ναύτην ἢ τὸν τῆς βάρεως ἐπιβεβηκότα. Dixit de forma vocabuli Lobeck. ad Phryn. p. 610. Utrumque indicarunt Angl. Referendus huc etiam Hesychius, inter Βαρὺ τὸ σκαφίον et Βὰς ponens, Βαρυδάνην, βαρύδαν, τὸν ναυσιβάτην, ἐν ναυσὶν ἐλθόντα. Ubi Βαρίβαν pro Βαρύδαν diu ante cognitum Sophoclis testimonium pro acumine suo restituit Sopingius : idem vero quod Βαριβάτην reponit pro βαρυδάνην, falsus videtur. Nam in codice quod est Βαρυδάνιν, nihil esse nisi insequentis vocabuli dittographiam, conflatam ex Βαρυδαν et supra scriptis super υδ depravatisque in ιν literis ιβ, ita certum duco ut et βαρίβας ab uno Sophocle, vocabulorum etiam fingendorum artifice ingeniosissimo, et βαριβάτης ab nemine dictum esse persuasum habeam. Dixerat autem Sophocles, nisi valde fallor, βαρίβαν λεὼν de exercitu Græcorum ad Trojam. -υ-. L. Dindorf.]

[Βαριβάτης. V. Βαρίβας.]

Βαρῖνος, Barinus, piscis genus quod nec ovum parit, nec semen genitale s. fœtificum habet, Aristot. H. A. 4, [14 : Εἰσὶ δέ τινες ἰχθύες, οἳ καλοῦνται ἐπιτραγίαι· γίνονται δὲ τῶν ποταμίων τοιοῦτοι κυπρῖνος καὶ βαρῖνος· οὐκ ἔχουσι δὲ οἱ τοιοῦτοι οὔτε ᾠὸν οὔτε θορὸν οὐδέποτε, ἀλλ' ὅσοι στερεοί εἰσι καὶ πίονες, ἕντερον μικρὸν ἔχουσι, καὶ δοκοῦσιν ἄριστοι οὗτοι εἶναι. Ubi Bekkeri liber unus βάλαγρος, alter βάλλαγρος, tertius βαρῆνος, quartus κάρινος. Relinquimus historiæ animalium peritis judicare an locus hic componendus sit cum aliis duobus de similis nominis bestia, altero 6, 14 : Κυπρῖνος δὲ καὶ βάλερος καὶ οἱ ἄλλοι πάντες ὡς εἰπεῖν ὠθοῦνται μὲν εἰς τὰ βραχέα πρὸς τὸν τόκον, μιᾷ δὲ θηλείᾳ πολλάκις ἀκολουθοῦσιν ἄρρενες καὶ τρισκαίδεκα καὶ τετταρεσκαίδεκα· τῆς θηλείας δ' ἀφιείσης τὸ ᾠὸν καὶ ὑποχωρούσης ἐπακολουθοῦντες ἐπιρραίνουσι τὸν θορόν· altero 8, 20 : Περὶ μὲν οὖν τῶν θαλαττίων τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον· τοῖς δὲ ποταμίοις καὶ λιμναίοις λοιμῶδες μὲν οὐδὲ τούτοις οὐδὲν γίνεται, ἐνίοις δ' αὐτῶν ἴδια νοσήματα ἐμπίπτει, οἷον γλάνις ὑπὸ κύνα μάλιστα διὰ τὸ μετέωρος νεῖν ἀστροβλής τε γίνεται καὶ ὑπὸ βροντῆς νεανικῆς καροῦται. Πάσχει δέ ποτε τοῦτο καὶ κυπρῖνος, ἧττον δέ. Ἐν δὲ τῷ βαλλιρῷ καὶ τίλωνι ἐλμὶς ἐγγινομένη ὑπὸ κύνα μετεωρίζει τε καὶ ἀσθενῆ ποιεῖ· μετέωρος δὲ γινόμενος ὑπὸ τοῦ καύματος ἀπόλλυται. In quibus sunt varietates βαλῖνος et βαλλίρῳ. L. Dindorf.]

[Βαρῖνος, Barinus, gentile urbis Appuliæ Barii. Βαρίνων numus apud Eckhel. Doctr. Num. vol. 1, p. 141. || N. pr. filii Titiæ. Apollon. Rh. 2, 780 : Ἔνθα δ' ἐπὶ Πριόλαο κασιγνήτοιο θανόντος ἡμετέρου Μυσοῖσιν ὑπ' ἀνδράσιν ... ἀθλεύων Τιτίην ἀπεκαίνυτο πυγμαχέοντα. Ubi Schol. : Ἰδίως τὸν θρυλλούμενον Πριόλαόν φησι, τῶν ἄλλων Βαρῖνον λεγόντων τὸν Τιτίου υἱόν, ὡς Νύμφις καὶ Καλλίστρατος. Ita cod. Paris., Βαρίνον. Vulgo Βάρυνον. L. Dindorf.]

[Βάριον. V. Βαρεῖον. || Urbs Italiæ apud Strabonem 6, p. 283. L. Dindorf.]

Βάρις [scribendum Bᾶρις], ιος, ιδος, [et εως : Etym. Gud. c. 104 : Ἡ εὐθεῖα ἡ βάρις, καὶ κλίνεται τῆς βάρεως. Ὁ κανὼν, ὅσα τὸ ρ ἔχει, τηρεῖ αὐτὸ καὶ ἐπὶ γενικῆ. Anecd. Bekk. p. 84, 11 : Τὸν τῆς βάρεως ἐπιβεβηκότα, et quæ infra citabuntur ejusdem formæ exempla.

L. Dind.] ἡ, Navigium, Navis: vox Ionum propria: eos enim peculiariter βάρεις vocare τὰς ναῦς testatur Corinthius. [Gregorius Corinth. p. 522: sollemni sibi errore Ionicum vocans quod apud Ionicum scriptorem reperisset, ut pridem monuit Valcken. Anim. ad Ammon. p. 44. L. Dind.] Herod. vero Ægyptiacum quoddam fluvialis navigii genus ex spina, βάριν nominari auctor est: cujus descriptionem apud eum habes p. 78 meæ edit. [2, 96. Cui loco addendi quos infra citavit Valckenarius. Æschylus Suppl. 874: Αἰγυπτίαν γὰρ βᾶριν οὐχ ὑπερθορεῖ, qui habet vocabulum etiam v. 836, 882, Pers. 553, ubi est βαρίδεσσι, et 1075, ubi βάρισιν. Diodor. 1, 96: Συμφωνεῖν δὲ καὶ τἄλλα τὰ παρὰ τοῖς Ἕλλησι καθ' Ἅδου μυθολογούμενα τοῖς ἔτι νῦν γινομένοις κατ' Αἴγυπτον. Τὸ μὲν γὰρ διακομίζον τὰ σώματα πλοῖον βᾶριν καλεῖσθαι... (de cymba Charonis est etiam Anthol. Pal. cap. 7, 67 et 365.) Porphyrius apud Eusebium Præp. p. 198, B, ed. Colon., de cærimoniis Ægyptiacis loquens, τὴν βᾶριν στήσει. Synesius p. 96, A, item de Ægypto loquens: Οὗ τὴν βᾶριν ἔδει κατᾶραι τὴν ἀπὸ τοῦ Λιβυκοῦ μέρους. Themistius p. 49, B: Ἐν ταῖς βάρεσι πλέουσι διὰ τοῦ Νείλου· quos tres locos indicaverat Kœn. ad Gregor. Plutarch. Mor. p. 358, A: Τὴν Ἶσιν ἀναζητεῖν ἐν βάριδι παπυρίνῃ τὰ ἕλη διεκπλέουσαν. Ammonius denique p. 29: Βᾶρις μέν ἐστιν Αἰγύπτιον πλοῖον. L. Dind.] Atque adeo apud Eurip. [Iphig. Aul. 297] legimus Βαρβάρους βάριδας, pro barbaras naves. Lycophr. [747] Βάριν appellat Argoam navem, quam et αὐτοκάβδαλον σκάφος [745] nominat. || Suidæ [Zonaræ c. 373; Etym. M. c. 188, 30; Gud. c. 104, 37; Schol. Lycophr. v. 747; Apostolio apud Albertum ad Hesych.] et Hesych. βάρεις sunt non solum πλοῖα, sed etiam τείχη, στοαί, αὐλαί, πύργοι [Mœnia, Porticus, Aulæ, Turres]: item et σφαῖραι [Pilæ: pro quo σφῦραι Etym. Gud. Pro τείχη schol. Lycophr. v. 747 scribit τοίχους: de quorum nominum permutatione v. Wesseling. ad Diodori vol. 1, p. 654, 15.] Hieron. certe in Jerem. c. 17, Βάρεις dicit esse Turritas domos: et in Oseæ c. 9, Magnas et in modum turrium ædificatas domus. Idem in Ps. 44, Pro eo (inquit) quod nos transtulimus Domibus eburneis, quia in Gr. scriptum est ἀπὸ βάρεων ἐλεφαντίνων, quidam Latinorum ob verbi ambiguitatem, A gravibus interpretati sunt; quum βάρις verbum sit ἐπιχώριον Palæstinæ, et usque hodie domus ex omni parte conclusæ et in modum ædificatæ turrium ac mœnium publicorum βάρεις appellentur. — Apud Hieron. βαρὺς perperam scriptum pro βάρις: itidemque βαρέων et βαρεῖς pro βάρεων et βάρεις. [Βαρέων scriptum etiam apud Zonaram c. 373. De hac autem signif. Bekk. Anecd. p. 84, 10: Βᾶρις κατ' οἰκίας καὶ πλοίου. Ammonius: Βᾶρις λέγεται καὶ ἡ μεγάλη οἰκία. Cetera v. infra apud Valckenarium. Significatione Turris βᾶρις restituebat Toupius Emend. vol. 1, p. 328, ab Schæf. indicatus, scriptori cujus locum exhibet Suidas v. καινοπρεπὲς, Ἀποκλείει τὰς ὄχθας δι' αὐτοῦ τοῦ ποταμοῦ, ἑκατέρωθεν σκευάσας Δαρείους, ἐν οἷς βοήθειαν ἀποχρῶσαν βαλὼν ἑστέρει τὴν πόλιν τῶν ἐκ τῆς θαλάττης ἀγωγίμων, pro Δαρείους corrigens βάρεις, sed relinquens ed. Kusteri sphalma οἷς pro αἷς. || Saxum fundamenti seu fulcri loco positum. Etym. M.: Τινὲς δὲ λέγουσιν αἱ μεγάλαι καὶ ὑπόβαθροι πέτραι, unde corrigendum Gud., ubi scriptum πολύβαθοι. Ὑπόβαθρος autem dicitur quod basis instar supponitur. Photius et Suidas: Ὑπόβαθμος, ὑπόβαθρος. Hesychius: Ὑποβάσιμον, ὑπόβαθρον. Legendum ὑπόβασμον. || Scamnum s. Lectum. Etym. M.: Σημαίνει καὶ τὴν κλίνην. Schol. Lycophr. v. 747: Σημαίνει δὲ καὶ θρόνους. || In Etym. Gud. quod scribitur, Βάρις τὸ πλοῖον ἡ πηγὴ, Αἰσχύλος (Suppl. 882), Βαίνειν... ἀμφίστροφον, corrigendum fortasse ἡ πύργος. Subjeci his Valckenarii de hoc voc. disputationem, ex juvenili ejus de Byrsa dissertatione (Opusc. vol. 1, p. 143) ab Angl. huc translatam. L. Dindorf.]

[Quin vocabulum βάρις, quo non raro usi fuerunt et alii et veteres antiqui fœderis interpretes, sit ipsum orientale בירה, Græca tantum veste indutum, si viris eruditis sit auscultandum, dubitari non potest. Operam igitur ludunt Grammatici, qui vocabuli apud se non nati Græcam arcessitum eunt originem. Phavorinus certe [immo Etym. M.] vocem illam a βάρος deflexam existimat, quia turres, porticus, et quæ plura hac voce designantur, non nisi magno molimine construi possunt ac fabricari: Βάρις, inquiens, παρὰ τὸ βάρος, τροπῇ τοῦ βραχέος, σημαίνει δὲ τὸν πύργον, καὶ τὴν κλίνην, καὶ στοὰν, καὶ πόλιν, παρὰ τὸ μετὰ βίας πολλῆς ἀρηρέναι. Sed, qui ad Amos. 1, v. 12, (ubi vocem ארמנות βάρεις reddiderant Aquila et Symmachus) attexuit scholion, vocabulum Syriacum esse credidit: observat enim domus amplas Syriace *bareis* fuisse dictas: Βάρεις ἐπιχωρίως λέγονται παρὰ Σύροις αἱ μεγάλαι οἰκίαι, quod scholion vir egregius B. Montfauconius in notis ad Hexapl. Orig. cit. l. Amosi appinxit.

Semper utique Alexandrini interpretes domus amplæ, arcis, palatiive significatu hanc vocem usurpaverunt; frequenter illa Hebraicam בירה reddentes, uti Dan. 8, 2, et alibi, (semel dictionem הבירה ἀβιρὰ, pronuntiavit Nehemiæ interpres, c. 1, v. 1,) frequenter, quæ idem plane significant, voces alias, ארמון videlicet Ps. 48, 3, 13, et היכל Ps. 45, 9, ubi בן היכלי שן a palatiis eburneis, vertunt ἀπὸ βάρεων ἐλεφαντίνων· ad quem l. omnino consulendus est Joh. Drusius Animadv. lib. 2, c. 44. Huc refer illa, quæ apud Suidam legas et Phavorinum [et Zonar. c. 373]: Βάρεις ἐλεφάντινοι, αἱ πανταχοῦ τῆς γῆς ἐκκλησίαι, μιᾷ δὲ τῇ πίστει, ἐν αἷς γεραίρεται ὁ θεός· quæ verba ex aliquo in illum Psalmis locum commentatore descripsisse Suidam judicat Lud. Kusterus. Basilium evolvo, qui in hunc Ps. l. p. 190: Βάρεις, inquit, οἱ μέγιστοι τῶν οἴκων λέγονται. Aquila quoque, Symmachus, Theodotion, ac reliqui, quorum fragmenta collegit laud. Montfaucon, in exprimenda voce ארמון eodem usi fuerunt vocabulo, sicuti ex lexicis, quæ vir eruditus Origenis Hexaplis subtexuit, disci potest. Aquila, Prov. 18, 19, pro ארמון כבריה ὡς μοχλὸς βάρεος habet. Ubi βάρεις eandem vocem vertit Aquila, Amos. 2, 5, οἰκήσεις scripsit Theodotion: qui tamen Iesai. 23, 15, עוררו ארמנותיה ἐξήγειραν βάρεις αὐτῆς reddiderat. Pro ipso בירניות, quod Alexandr. οἰκήσεις interpretati fuerant, incertus quidam βάρεις posuit.

Hesychius ac Suidas vocem exposuerunt murum, porticum, turrim, palatium, munimentum, ac urbem. Hesychius: Βάρις ... τεῖχος, ἢ στοὰ, ἢ πύργος. Præter illa Suidas habet: Βάρεις ... αὐλαί. Σφαῖραι (φρουραὶ legendum censuit vir peritissimus G. D'Arnaud). Quo murorum firmet significatum, locum ex Juliano, (illum enim hic respici docuit me cl. D'Arnaud [Kusterus: «Hæc sunt verba Juliani imperatoris de Musonio philosopho, ut discimus ex Suida infra v. Μουσώνιος.» Idem: «Scribe βάρεων, a βᾶρις: ut a πόλις, πόλεων. Βαρῶν vero est a neutro βάρος, onus.» Βαρῶν scriptum etiam s. v. Μουσώνιος, et in Glossa hinc petita βαρῶν, τειχῶν, ut Suidas certe βαρῶν non βάρεων scripserit. L. Dind.]) adducit: Ὁ δὲ ἐπεμέλετο βαρῶν, τουτέστι τειχῶν, ille vero βαρῶν, murorum, gerebat curam; paulo post: βάρις δὲ, ait, στοὰ καὶ πόλις. Eadem reperio apud Phavorinum nisi quod βάρεις ipsi quoque sint μεγάλαι καὶ ὑπόβαθροι πέτραι, grandes lapides, sive fulcra. Sed si ex Hebr. vocabulo τὸ βάρις fuerit formatum, principem arcis significatum voci adscribere debuissent Lexicographi, a quo reliquæ notiones commode fluxisse censeri possent.

Genuinum vocis ac primarium significatum pressius sequuntur Ephorus, ac Posidippus, quorum hic vocem domum exponit, ille vero plures domus in unum collectas, apud Stephanum Byzant.: Βάρις, πόλις· λέγεται βάρις ἡ οἰκία, ὡς Ποσείδιππος· καὶ ἡ συνοικία, ὡς Ἔφορος. [Priorem significationis οἰκία testem citat etiam Ammonius p. 29. L. Dind.] Ambo profecto bene! Baris etenim primum quidem unica οἰκία dicebatur, sed, quum crescens hominum multitudo, pluribus circa eam exstructis tuguriis, vicum efficeret, ipsi dein illi collectioni Baris indita fuit appellatio, quin imo συνοικία mœnibus lapsu temporis inclusa, veterem nihilominus conservavit denominationem. Urbem Italiæ memorant Geographi Οὐερήτον, antiquitus Βάριν dictam. Barium Festo memoratur,

ubi, «Barium,» inquit, « urbem Italiæ appellaverunt conditores ejus expulsi ex insula Bara, quæ non longe est a Brundusio. » Eandem procul dubio innuit Horatius, ubi iter suum Roma Brundusium describit, Serm. 1, Sat. 5, v. 97 : Postera tempestas melior : via pejor, adusque Bari mœnia piscosi. Ad quem locum Cruquianus interpres scribit : Barium civitas est Apuliæ, alia autem est, quæ Grammatico Theodisto dicta est Baris.

Verum enimvero, præter illa quæ memoravimus, voc. Βάρις navim quoque apud Græcos designavit : primariam quinimo hanc vocis fuisse significationem ex iis, quos memoravi, Grammaticis, jure merito quis collegerit. Non solum Suidas βάρεις, πλοῖα, et Phavor. βάρεις τὰ πλοῖα, καὶ βάρεις τὰς ναῦς, λέγουσιν οἱ Ἴωνες· sed et plus una vice hunc significatum voci attribuit Hesychius, et in v., et in Ἄβαρις mediterraneum, qui navibus plerumque caret, ἄβαριν dictum notat : Ἄβαρις ὁ ἠπειρώτης, (Arcadas scribit Homeri Schol. : Διὰ τὸ ἐν μεσογείῳ τῆς Πελοποννήσου αὐτοὺς οἰκοῦντας ἀπείρους εἶναι τῶν κατὰ θάλασσαν ἔργων, ad Iliados B, 612, ... Οὔ σφι θαλάσσια ἔργα μεμήλει) καὶ μὴ ἔχων βάριν. Idem : Βουβάρας, (Classis navalis Persarum præfectus Βάρης nomine memoratur Herodoto l. 4, c. 203 : Βάρης ... ὁ τοῦ ναυτικοῦ στρατοῦ στρατηγὸς) μεγαλοναύτης, παρὰ τὴν βάριν· et Βούβαρις (Salm. pro Βουβάρτις), νεὼς ὄνομα παρὰ Φιλίστῳ. Alibi rursus : Βαρπύργος (sic depravate legitur), πορμεῖο περὶ ἀμφόδων, ad quem locum in ora alterius Bibliothecæ Franeq. Codicis adscripsit Joh. Fungerus : « Vera lectio est : βάρις, πύργος, πορθμεῖον π. ἀ. In Psalmis sæpe occurrit hæc vox, ut Ps. 122, (v. 7), πυργοβαρεῖς. Origine Hebr. dictio, nam בירה palatium, Basilica, Soping. » Hoc modo locum constituit Palmerius : β. π. πορθμεῖον ὑπὲρ ἀμφοδόντων, quæ vertit : baris, turris, ponto (seu navis transmissoria) ad jumenta transfretanda. Si quis audaciorem conjecturam probaverit, en, quæ Glossographum scripsisse arbitrer : Βάρις, πύργος, πορθμεῖον παρ' Αἰγυπτίοις. [Legendum esse περιάμφοδον, Turris, satis probavit Albertus.] Apud Ægyptios certe πορθμεῖα talia βάριες fuisse nuncupata, inter cruditos constat. Omnium facile princeps Jos. Scaliger, in notis ad fragm. p. 44, De Baride, inquit, Ægyptia navi multi meminerunt, Herodotus, Diodorus, alii. Apud Herodotum, tribus in locis, navigiorum illo nomine insignitorum memoriam reperi. L. 2, c. 41, navim, quæ ex insula Prosopitide missa, ad singulas civitates appellebat, ut in eam sepeliendi boves immitterentur, βάριν nuncupat. Βάρις eidem dicitur, quæ in urbem Bubastin Dianæ sacra facturos deferebat, ibid. c. 60, ubi magnam utriusque sexus ἐν ἑκάστῃ βάρι scribit fuisse hominum multitudinem, quorum plures, ἐγχρίμψαντες τὴν βάριν τῇ γῇ, palantes per civitates discurrebant, etc. Capite denique ejusdem lib. 2, 96, onerariæ, quam accuratissime depingit, Ægyptiorum navi nomen βάρις ab indigenis impositum fuisse adnotat, τοῦτο γὰρ δὴ, inquiens, οὔνομά ἐστι τοῖσι πλοίοισι τούτοισι, numero autem hæc navigia apud ipsos fuisse longe plurima indicat, quum addit : Ἔστι δέ σφι τὰ πλοῖα ταῦτα πλήθεϊ πολλά. Conf. Jungermann. ad Poll. 1, 82, ubi βάρεις, πορθμεῖον.

Sed præterea Æschylus quoque Persicas naves βαρίδων vocabulo appellat, in Persis v. 552 : Ξέρξης δὲ πάντ' ἐπέσπε δυσφρόνως Βαρίδεσσι ποντίαις. Ad quem locum antiquus Tragici commentator naves illas ab urbe quadam Persidos, Baris dicta, denominationem suam traxisse opinatur. Ὁ Ξέρξης δὲ, ait, πάντα τὰ κακὰ δηλονότι ἐπέσπε καὶ ἐπεσπάσατο ταῖς βαρίδεσσι, ναυσὶ, ταῖς ἀπὸ τῆς Βάρεως οὔσαις [ἥτις ἐστὶ πόλις Περσίδος, ἐξ ἧς καὶ αἱ νῆες βάριδες]· πάσας γὰρ κατέθραυσεν ἐκεῖσε.

Cymba, qua ad inferos deferebantur umbræ defunctorum, βᾶρις dicitur, in epigrammate, quo loquens introducitur Diogenes Cynicus. Partem ejus profert Suidas v. Βάρις· Δέξαι μ', εἰ καί σοι μέγα βρίθεται ὀκρυόεσσα Βᾶρις ἀποφθιμένων, τὸν κύνα Διογένην. Reddo : Quamvis cymba gemat tristi sub pondere pressa, Me tamen hac Cynicum suscipe Diogenem.

Cætera vocabulum hoc significatu obvium Ægypto

originem suam debere, ex Oriente saltem repetitum, forsan affirmari posset : sitne in Orientalibus linguis superstes radix, a qua non incommode potuerit proserpere, disquirere licet. Vir quidam eruditus, vocabuli significatus, quo cymbam denotat, in Hebr. בור originem se reperisse existimat. Licet enim foveæ, puteive notio vocis בור sit præcipua, altera tamen sepulcri eidem etiam adhæsit ; procul omni dubio, quod et vetustissimi ævi homines in speluncis locisve subterraneis sepeliebantur, uti, ne alia jam adducam, vel ex sola Patriarcharum, quam tradit Moses, historia liquet quam clarissime. Recte igitur puteus et sepulcrum eadem voce nuncupari potuerunt, quum vetustissimum genus sepulturæ in puteis fuerit, sicuti tradit etiam Festus in v. Puticuli. Ita quoque Varro l. 4 de L. L. col. m. 8 : « Extra oppida a puteeis Puticulæ, quod ibi in puteeis obruebantur homines. »

Nic. vero Fullerus, peritissimus Philologus, naves, βάρεις, ab Hebr. בירה, domum altam ac turritam dicente, conjicit denominatas, propter similitudinem videlicet, quæ veterum navigiis cum altis intercedebat ædificiis, quam similitudinem paucis, sed, ut solet, erudite monstrat, Misc. S. lib. 2, c. 1 sub finem. Nec est, cur quis temere hanc opinionem, ut minus verosimilem, explodat, quum simili exemplo firmari possit ac stabiliri. Sæpe scilicet apud veteres a figura, quam cum aliis rebus habebant communem, naves fuerunt nuncupatæ. « Pristis (verba sunt Nonii Marcelli De propriet. sermon. c. 13, § 13) navigii genus a forma pristium marinarum, quæ longi corporis sunt, sed angusti. Claudius rerum Romanarum lib. 12 : Quinque pristes, navigium ea forma a marina bellua dictum est. Virgilius libro quinto (v. 126) : Velocem Mnestheus agit acri remige Pristim. Et (Æn. 10, 211) : Frons hominem præfert, in Pristim desinit alvus. » Non audiendus est Servius, dum ad Virg. Æn. 3, 427, de navi Pristis, de bellua vero Pistrix dici observat. In Hesychio scribitur Κυνοπρῖστις ζῷόν τι, sed legi debet : Κυνοπρ. Πρῆστις dicitur Phavorino belluæ marinæ species, εἶδος κήτους θαλασσίου, ἡ λεγομένη μάλθη. In voce κῆτος legitur μάλλη. Credideram legendum βάλη pro φάλη. Hesych. φάλαι, φάλαιναι. Balænam enim belluam marinam ipsam dicunt esse pristin, ipsam esse cetum, inquit Festus in v. balæna.

Navim, ob similitudinem cum bellua marina, κῆτος dictam diserte innuit Conon Grammaticus, Narrat. 40 inter historiæ Poet. scriptores a Th. Gale ed. p. 284, ubi ab aliis diversus, fabulam de Andromeda enarrat, eam scilicet a Phœnice quodam, quasi inscio patre, inquit, navi fuisse avectam, cui, sive ob similitudinem cum bellua, seu forte fortuna, κῆτος fuerit nomen : Φοίνικος δ' ἁρπάσαντος νηΐ, (κῆτος δ' αὐτὴ ἐκαλεῖτο, ἢ μίμησιν ἔχουσα τοῦ ζώου, ἢ καὶ κατὰ τύχην) ἡ Ἀνδρομέδα, ὡς κατὰ ἄγνοιαν τοῦ πατρὸς ἁρπαζομένη, ἀνωλοφύρατό τε καὶ μετ' οἰμωγῆς τοὺς βοηθήσοντας ἀνεκαλεῖτο. Cetus, qui, ab iracundo Neptuno emissus, Trojanorum terras devastabat, Palæphato quidem Περὶ ἀπίστων c. 38, judice, fuit ἀνὴρ βασιλεὺς μέγας, καὶ πολλὴν ἔχων δύναμιν, καὶ ναυτικὸν πολὺ ... ᾧ ὄνομα Κήτων. Recte quidem hactenus, si navim, a quodam Rege contra Trojanos missam, ceti nomine notam, ista fabula involutam censeamus, nisi cum J. G. Vossio De Theol. gentil. l. 1, c. 23, p. m. 172, navim ceti ἐπίσημον præferentem fuisse conjectare malueris. Sed Hyginum, ubi fabulam de ceto tangit, adducam, ut locum ejus levissimo opere pristino restituam nitori. « Neptunus (inquit fabula 89) cetum misit qui Trojam vexaret. Ob quam causam Rex ad Apollinem misit, consultum. Apollo iratus ita respondit, si Trojanorum virgines Ceto religatæ fuissent, finem pestilentiæ futuram. » Quum similem locutionem in Hygino non reperirem, mendum in voce Ceto latere suspicabar, nec dubitabam fere, quin Hyginus scripsisset : si Trojanorum virgines cauti religatæ fuissent, quia statim subjungebat Mythographus : « quum complures consumptæ essent, et Hesione (malim, Hesiones) sors exisset, et petris religata esset. » Sed et succurrebat, Ovi-

dium, ubi de Andromeda caneret, eadem usum loquendi formula, Met. 4, 671 : Quam simul ad duras religatam brachia cautes Vidit Abantiades. Recte autem promontorium circa Trojam eximie cautem dicere potuit Hyginus. Cautem illam Agamiam dictam tradit Hellanicus apud Steph. in Ἀγάμεια. Hesychius : Ἀγαμίας, ἔνθα αἱ παρθένοι ἐξετίθεντο τῷ κήτει, τινὲς, οἱ δὲ, πολίχνην. Apud Apollodor. Biblioth. l. 2, p. 113 Hesione alligata fuisse dicitur ταῖς πλησίον τῆς θαλάσσης πέτραις.

Potuit igitur, ut ad propositum tandem redeam, navis a figura sibi cum domibus altis cognata, Baridos facillime traxisse nomen.

Verum, dum accuratius omnes, quos Græca vox βάρις induit, significatus revolvo, de etymologiarum fallaci studio aliquantisper edoctus, eo pene delabor, ut nulla plane Hebraici בירה in hocce vocabulo animadvertam vestigia, idque cum Phavorino a Græca voce βάρος, pondus, grandem molem significante, derivandum statuam. Convenit in primis significatus, patitur sermonis Græci analogia, ut a βάρος descendat βάρις. Dantur tamen alia, quæ huic originationi obstent. Potius igitur nil quidquam statuo, quam quid temere.

[Videtur Βάρις dicta fuisse παρὰ τὸ πλέκεσθαι, quod ex byblo vel papyro texeretur. Erat enim πλέγμα βύβλινον. Πλέκειν vero, texere, Ægyptii lingua sua videntur dixisse BAP, vel BHP, sive BIP. Inde existimo esse BIP, σπυρὶς, seu corbis, Marc. 8, 8. Cogitandum, an non ipsum Papyri nomen ab hac origine descenderit. Jablonski, scriptorum locis supra citatis addens Pignor. in Expl. Tabulæ Isiacæ p. 26 vers. et 36 ed. Francof., Galeum ad Iambl. de Myst. p. 285.]

Denturne alia vocabula, in quibus certiora Hebraici בירה appareant vestigia, paucis, priusquam finem huic dissertationi imponam, explorandum est. Μαριάβα, μητρόπολις Σαβαίων Stephano Byzant. audit, Plinius Histor. Natur. l. 6, c. 28, Mariaba, inquit, Baramalacum, quam postremam vocem בירה מולכא palatium regium vertendam, non absona viri docti ad illum Plinii l. est conjectura. Quid si illud ipsum בירה in urbium quarundam Mesopotamiæ nominibus delitesceret? Aliquas certe Bara vocatas recenset anonymus Ravennas, Cosmosgr. l. 2, c. 13. Bina adhuc nomina proferam, quæ lubens Phœnicia crediderim, ac voci nostræ adfini originem debere. Altera est Μαριάμμια, quæ eodem Stephano auctore πόλις fuerit Φοινίκων, Ptolemæo Μαριάμη dicta, indigenis fortasse בירה אם Biriam, Buriam, arx vetusta ac princeps fuit vocata, unde dein Græci Μαριάμη finxerint. Eo sane significatu vox ام apud Arabas gaudet, quin eodem Hebr. אם 2 Sam. 20, 19 venit, ubi urbs Abel vocatur אם בישראל mater in Israele, vetusta scilicet nec incelebris. Sic etiam μήτηρ occurrit pro metropoli, in epigrammate Thessalonicensis Antipatri, quod, cum ejusdem auctoris aliis opusculis, ab elegantissimo Boivinio juniore collectis, exstat in *Mémoires de littérature de l'Acad. roy. des Inscr.* t. 2, p. 1, p. 398 : Σοί με, Θρηϊκίης σκυληφόρε, Θεσσαλονίκη Μήτηρ ἡ πάσης πέμψε Μακηδονίης, Ad te, Thraciæ victor, me mittit totius Macedoniæ metropolis Thessalonica.

Sed et arx Orientis munita Barbalissus dicitur Stephano : Βαρβαλισσὸς, φρούριον τῆς ἕω τετειχισμένον, Ptolemæo Βαρβαρισσός. Gentile quoque, ex numo, sed depravatius adfertur BIPPANATHNΩN, pro quo Βαρβαλισσήνων sculptum fuisse, qui hæc adducit, credidit L. Holstenius. Forsan ex hisce tribus verum nomen cogi posset : Βαραλισσὸς sive potius Βιῤῥαρισσός. Si prior vera sit lectio, in Oriente enuntiatum fere fuit *bira lissa* בירה לדה sive Buralissa, verusque significatus ab inscio Stephano fuit traditus, dum φρούριον τετειχισμένον, arcem munitam, eam vocavit. Siquidem verbum לדד olim usitatum, hodiedum apud Arabas in لز superstes, compingendi, colligandi, ac firmandi polluit significatu, unde præter alia dimanat vocabulum ملز ز, quo quidquid firmum est ac validum designant. Sin vero alteram lectionem prætuleris, Βιῤῥαρισσὸς potestate sua idem prorsus dicet, sed scriptum fere fuit בירה רצה, burarissa, arx munita. رص sane firmandi gerit significationem, cujus verbi derivatum legi putem in רסה Ῥῆσσα, nomine cujusdam loci, cujus Num. 33, 21 sq. sed obscurior reperitur mentio.

Mons Armeniæ Βάρις.

Conservavit locum [Nicolai Damasceni] Josephus Antiq. Jud. 1, 4 : Ἔστιν ὑπὲρ Μινυάδα, inquit auctor, μέγα ὄρος κατὰ τὴν Ἀρμενίαν, Βᾶρις λεγόμενον, εἰς ὃ πολλοὺς συμφυγόντας ἐπὶ τοῦ κατακλυσμοῦ λόγος ἔχει περισωθῆναι· καί τινα ἐπὶ λάρναχος ὀχούμενον ἐπὶ τὴν ἀκρώρειαν ὀκεῖλαι. Licet Bochartus Phaleg. l. 1, c. 3, Nos latet, inquiat, cur Baris vocetur ille mons, in quo substitit arca, ex fœcundo nihilominus ingenii vasta eruditione instructissimi penu varias depromsit conjecturas : conjicit enim, vel nomen istud a Græcis monti fuisse impositum, apud quos βάρις erat navigii genus; vel ab Armeniis, qui sub nomine Baridos Deam coluerint; sive vocem ab Hebr. ברית esse deflexam, quia in illo ipso monte cum Noacho, ac posteris ipsius, Deus fœdus icerat; quibus tamen aliam longe præfert conjecturam, qua vocabulum Βᾶρις ex lingua Arabica exitum exponi posse ostendit a v. برز exivit foras (imo etiam, manifestus evasit, postquam latitasset). Hanc hariolationem ex Josepho reddit veræ simillimam, quippe qui ἀποβατήριον scribit τὸν τόπον τοῦτον (quo nempe ex arca egressus fuerat Noach) Ἀρμένιοι καλοῦσι.

Josephus Scaliger ad illum ipsum Nic. Damasc. locum in notis ad fragmenta vett. operi de E. T. subjuncta, p. 44, βᾶρις quidem ab Hebr. בירה deflexum arbitratur, hoc vero in loco Armeniæ montem, in quo arca substitisse dicebatur, Barin, non quod ibi ullum fuerit palatium, sed quia et prægrandes naves et in sublime eductæ Barides dicuntur, (locus Propertii, quem tangit vir illustris, reperitur l. 3, el. 10, v. 44 : Romanamque tubam crepitanti pellere sistro, Baridos et contis nostra Liburna sequi) ab arca Noæ denominationem traxisse. Rectius equidem Scaligero Fullerus Miscell. S. l. 1, c. 4, montem a Deæ Baridos templo Barin dictum censuit, templum vero a navigio Noæ, quod quomodo a nave potuerit accipere nomen, alibi docte declarat. Alii alia conjiciunt. Vid. not. ad istum Josephi l.

Unde ego vocem dimanasse arbitrer, non erit difficile colligere; ex eodem scilicet אביר, firmum quid, validum ac excelsum significante, aut alia voce, quæ cum illa arctam habuerit adfinitatem; ut ita Βάρις mihi nihil aliud dicat quam montem excelsum, qualem fuisse, in quo arca substitit, in comperto est. Nec quenquam abjectum א heic iterum morari poterit, qui, quæ antea monuimus, animadverterit. Quin imo nec illi obstiterim, qui eidem origini Deæ Baridis (Βάριδος) nomen adscribere in animum induxerit. Valckenar.]

[Βάρις, Baris, mons Armeniæ. Nicolaus Dam. p. 497 ed. Vales., sive apud Josephum Ant. 1, 3. || Βάρις, εως, urbs Pisidiæ apud Ptolem. 5, 5 et Hieroclem p. 673, ubi v. Wesseling. Steph. Byz. : Βάρις, πόλις, τὸ ἐθνικὸν Βαρίτης, incertum quam urbem dicens. Urbem Persiæ Barin memorat Schol. Æsch. Pers. 552, sed quam de suo commentus videtur. L. Dindorf.]

[Βαρισίκται, οἱ μὴ γεννῶντες, Qui non pariunt, Hesychius. Conr. Gesnerus in Paralip. Aquatil. p. 1291, corrigit βαρῖνοι ἰχθῦς οἱ μὴ γεννῶντες. L. Dindorf.]

[Βαρίσπη Hellesponti memoratur apud Hieroclem p. 662, cui Ἀρίσβη substituit Wesseling. L. Dindorf.]

[Βαρίσσης, ὁ, Barisses, n. Persæ ap. Ctesiam Photii p. 38, 22 Bekk. L. Dindorf.]

[Βαρίτης, Avis nomen. Eutecnius p. 86. Bast. || Gentile ab urbe Βάρις, s. Βᾶρις, q. v. L. Dindorf.]

Βάριχοι, Hesychio ἄρνες, Agni. [Vide dicta sub Βανεῖα.]

[Βάρκα, αἰδοῖον παρὰ Ταραντίνοις καὶ περόνη, Pudendum apud Tarentinos et Fibula, Hesychius. Literarum ordo postulat βαρύκα. Neutrum aliunde tali signif. cognitum est. L. Dindorf.]

[Βαρκάζω, i. q. Βαρβαρίζω, Barbare loquor. Etym. M. c. 188, 43 : Βαρκάζειν τὸ βαρβαρίζειν, εἴρηται ἀπὸ τῶν Βαρκάνων, οἵ εἰσι βάρβαροι· ἦν οὖν κεραβάζειν, καὶ ἐν ὑπερβιβασμῷ βαρβακίζειν καὶ βαρκάζειν. Ubi recte corrigit Sylburgius : Καρβάνων ... ἦν οὖν καρβανίζειν ... βαρκανίζειν. Καρβᾶνες enim, ut ait Etym. M. c. 490, 47, οἱ βάρβαροι οἱ ἔχοντες Καρὸς βοήν. Ceterum βαρκάζειν per βαρβαρίζειν explicant etiam Suidas, Zonaras c. 379 et Cyrillus apud Ducangium sub Βάρκα. L. Dindorf.]

[Βαρκαία, ἡ, productior forma nominis Βάρκη, quod v. Steph. Byz. s. Βάρκη : Λέγεται καὶ Βαρκαία, ἐξ οὗ τὸ Βαρκαιάτης. L. Dindorf.]

[Βαρκαιάτης, Barcæus, gentile a Βαρκαία, quod v. L. Dindorf.]

[Βαρκαῖος, α, ον, Barcæus, gentile a Βάρκη, quod v. Soph. Electr. 727 : Βαρκαίοις ὄχοις, ubi v. interp. Polybius 5, 65, 8, Diodor. 18, 20, ubi sunt varietates Βαρκαϊκῶν et Βαρβαρικῶν. L. Dindorf.]

[Βαρκαῖος, εἶδος ἰχθύος, Theognost. cod. Barocc. 50, can. 295. Cramer.]

[Βαρκάνιοι, Barcanii, gens finitima Hyrcanis. Steph. Byz. : Βαρκάνιοι, ἔθνος τοῖς Ὑρκανοῖς ὅμορον. Commemorat etiam Ctesias Photii cod. 72, p. 36 et 37. Vitiosa videtur scriptura librorum Diodori 2, 3, Βορκάνιοι. L. Dindorf.]

[Βάρκας, ὁ, Barca, cognomen Hamilcaris apud Polybium 1, 56, 1; 64, 1; Strabonem 3, p. 151 et 158. || Nomen Pœni apud Plutarch. Fab. c. 17, sed vitii suspectum. L. Dindorf.]

[Βάρκη, ἡ, Barca, urbs Africæ ap. Herodotum 3, 91, etc. Strabonem 17, p. 837 princ., Ptolem. 4, 4, Steph. Byz. || Vicus Bactrianæ, quem Barcæi ab Dario ex Africa eo deducti incolebant, Herodot. 4, 204. L. Dindorf.]

[Barce montis promontorium Africæ memorat Polybius apud Plinium 5, 1, 10, quod certe Barcæ scribendum videtur. L. Dindorf.]

[Βαρκήλη. Theognost. cod. Barocc. 50, can. 673 : Τὰ διὰ τοῦ ηλη, καπήλη· νοθήλη· ... Βαρκήλη. Βασίλη ἡ βασιλίς. Cramer.]

[Βαρκηνίμ, quod et Βαρκομμεῖν, Βορκοννεῖμ aut Βαρακηνεῖμ scribitur, est apud lxx Jud. 8, 7, 16, pro Hebr. ברקנים *Barkanim* : Tribuli vel Tribula. Dahler. Vid. Βαρακινῆσιν.]

[Βαρκῖται, Barcitæ, idem quod Βαρκαῖοι. Ptolemæus 4, 4 : Κατέχουσι δὲ τῆς χώρας τὰ μὲν ὑπὸ τὴν Πεντάπολιν Βαρκῖται. L. Dindorf.]

[Βαρκίων, βοτάνη τις ἐν Αἰγύπτῳ, herba Ægyptiaca, Hesychius.]

[Βαρκομμεῖν. Vid. Βαρκηνίμ.]

[Βαρμίγκαλλος, ὑπέρκαλλος (ὑπέρκαλος), Perpulcher, Hesychius, corrupte. L. Dindorf.]

Βάρμιτον Æolenses vocant τὸν βάρβιτον, quasi βαρύμιτον, ut in Βάρβιτος docui ex Etym. Quamobrem ap. Athen. quoque 14, [p. 636, C], ubi vulgo legitur, Καὶ γὰρ βάρβιτος, ἢ βάρμος, καὶ ἄλλα πλείονα, pro illo βάρμος non dubitarim reponere βάρμιτος. [Quod fieri non potest, quum Athenæus diversa instrumenta, non, quod ab ejus consilio plane alienum est, diversas ejusdem vocabuli formas recenseat. L. Dindorf.]

[Βαρμόκαρος, ὁ, Barmocar, nomen Pœni ap. Polybium 7, 9, 1. L. Dindorf.]

[Βαρνάβας, α, ὁ, nomen Hebræum, Act. Apost. 4, 36. Epiph. Panar. p. 149, D : Ἰωσὴφ ποτε καλούμενον, Βαρνάβαν δὲ μετακληθέντα, υἱὸν παρακλήσεως ἑρμηνευόμενον. Hase.]

[Βαρναῖος, ὁ, Barnæus, nomen viri Tyrii in inscr. Deliaca apud Bœckh. Corp. Inscr. vol. 2, p. 248. L. Dindorf.]

[Βάρνακα, ἄγρια λάχανα, Olera agrestia, interpretatur Etym. M. p. 291, 46, s. δυσβάρνακος, quod rectius haud dubie scribitur Δυσβράκανος apud Hesychium, qui et sub illo vocab. et antea suo loco ponit Βράκανα, quod v. L. Dindorf.]

[Βάρνη interpretatur Suidas υἱὸς ἁλλόμενος, et similiter a βὰρ composita ipse aliive grammatici. L. D.]

[Βαρνίχιος, ὁ, Barnichius, Strabonis ætate vocabatur Pisatidis amnis, olim dictus Enipeus. Strabo 8, p. 356. L. Dindorf.]

[Βαρνοῦς, οῦντος, Barnus, oppidum Macedoniæ, ut videtur, apud Polybium (34, 12, 8) Strabonis 7, p. 323 : Ἐκεῖθεν δ' ἐστὶ παρὰ Βαρνοῦντα διὰ Ἡρακλείας καὶ Αυγκηστῶν καὶ Ἐορδῶν εἰς Ἔδεσαν καὶ Ἑλλαν. L. Dindorf.]

[Βαρόεις sine interpretatione ponit Suidas. Videtur idem significare quod βαρὺς, estque fortasse nomen proprium. Omisit Kusterus. Hinc genere feminino dictum videatur Βαρόεσσαι, eoque referendum nomen insularum Βαρουσσῶν, et fortasse hoc Andromachi apud Galenum De antidotis l. 1, vol. 2, p. 429 ed. Bas., 14, 40 ed. Kuhn. : Αὐτίκα καὶ πολίου πίσυρας ὁλκὰς βαρυέσσας, si quidem id βαροέσσας scribendum est. Nicand. Ther. 64 : Πόλιον βαρύοδμον. L. Dindorf.]

Βάρον quidam Herbam Sabinam vocant, ut docebo in Βραθύ. [Vid. quæ dicentur s. βάρυτον. L. Dindorf.]

Βάρος, εος, τὸ, Pondus, Onus. Xen. Cyrop. 3, [3, 42. Conf. Cyneg. 6, 5 : Στολὴν μὴ ἔχουσαν βάρος] : Καὶ διὰ τὸ βάρος τῆς στολῆς· 7, [5, 11] : Καὶ γὰρ δὴ πιεζόμενοι οἱ φοίνικες, ὑπὸ βάρους ἄνω κυρτοῦνται. Apud Soph. βάρος πλούτου, Pondus divitiarum, pro Abundantia. [Aj. 130 : Μακροῦ πλούτου βάρει, ubi plus auctoritatis habet scriptura βάθει. Certiores hujus similisve usus testes sunt Eur. El. 1287 : Καὶ δότω πλούτου βάρος· Plut. Alex. c. 48 : Ὄγκῳ φρονήματος καὶ βάρει πλούτου, a Wakef. indicatus. Eur. Iph. T. 416 : Ὄλβου βάρος. Hipp. 621 : Χαλκοῦ βάρος. Valcken. ad Phal. p. x et Dorvill. ad Charit. 1, 4 extr. citavit Schæf. Pondus sive onus navis dicit Polyb. 1, 61, 3 : Ῥωμαῖοι μὲν γὰρ τὰ βάρη πάντα χωρὶς τῶν πρὸς τὴν ναυμαχίαν ἐπιτηδείων ἐξετίθεντο. Similiter Gl. Βάρος, Sarcina. Suidas : Βαρέων, βασταγμάτων. Aristoph. Ran. 27 : Οὔκουν τὸ βάρος τοῦθ' ὃ σὺ φέρεις οὗ 'νος φέρει. Judicum 18 : Ἔθηκαν τὰ τέκνα καὶ τὴν κτῆσιν καὶ τὸ βάρος ἔμπροσθεν αὐτῶν. L. Dind.] || Xen. [Ἀπ. 2, 7, 1] metaph. Molestia : Χρὴ τοῦ βάρους μεταδιδόναι τοῖς φίλοις. [Soph. Œd. Col. 409 : Ἔσται ποτ' ἄρα τοῦτο Καδμείοις βάρος· 1142 : Βάρος γὰρ ἡμᾶς οὐδὲν ἐκ τούτων ἔχει. Et alibi. Æsch. Pers. 945 : Ἀαοπαθῆ τε σεβίζων ἁλίτυπά τε βάρη. Antyllus Stobæi vol. 3, p. 323 Gaisf. : Βαρῶν καὶ δυσαρεστημάτων οἰστικά. L. Dind.] Hanc autem metaph. pulchre declarat Aristot. Ethic. 9, 11 : Κουφίζονται γὰρ οἱ λυπούμενοι συναλγούντων τῶν φίλων· διὸ κἂν ἀπορήσειεν ἄν τις, πότερον ὥσπερ βάρους μεταλαμβάνουσιν, κ. τ. λ. Sunt autem correlativa hæc βάρους μεταδιδόναι, et βάρους μεταλαμβάνειν. [|| Gravedo s. Torpor et Stupor manus vulnere afflicti, est ap. Plut. Mor. p. 345, A : Ἠτόνει δὲ ἡ χεὶρ καὶ βάρος εἶχε ναρκῶδες ὑπὸ φλεγμονῆς τοῦ τραύματος. Similiter Synesius Encom. Calv. p. 75, D : Ὀφθαλμία καὶ κόρυζα καὶ βάρος ὤτων. Cui affinis est usus apud Hippocr. p. 396, 43, σπληνὸς βάρεα, et βάρεα τενόντων apud Aretæum p. 1, et θώρηκος βάρος apud eundem p. 36 cum similibus apud ipsum et alios. || De gravi et tetro odore Nicander Alexiph. 117, ab Wakef. citatus : Πίσσης γὰρ ῥώθωσιν ἄγει βάρος (cantharis). Maccab. 2, 9, 10 : Τὸ τῆς ὀσμῆς ἀφόρητον βάρος. L. Dind.] || Alia etiam metaph. ut Pondus, Plut. Pericle [c. 37] : Οὐδεὶς βάρος ἔχων ἰσόρροπον οὐδ' ἀξίωμα πρὸς τοσαύτην ἐχέγγυον ἡγεμονίαν ἐφαίνετο. [Phocion. c. 3, de Catone : Δόξαν μὲν εἶχε μεγάλην καὶ κλέος, οὐκ ἐνήρμοσε δὲ ταῖς χρείαις διὰ βάρος καὶ μέγεθος τῆς ἀρετῆς ἀσύμμετρον τοῖς καθεστῶσι καιροῖς. Diod. 19, 70 : Διὰ γὰρ τὴν συγγένειαν καὶ τὸ τῆς οἰκίας σχῆμα προσενόουν τοῖς λόγοις αὐτοῦ πίστιν τε μεγάλην καὶ βάρος. Exc. Vat. p. 70 ed. Mai. : Ἐντραπεὶς τὸ βάρος τοῦ λόγου.] Item Gravitas, metaph. Plut. Demetrio 283 [c. 2] : Τὸ γὰρ αὐτὸ καὶ χάριν, καὶ βάρος, καὶ ὥραν εἶχε. Paulo post σεμνότητα βασιλικὴν ead. de re dicit. [Metaphorice dicitur etiam de iis qui robore et potentia valent. Polyb. 1, 16, 4 : Θεωρῶν τὸ πλῆθος καὶ τὸ βάρος τῶν Ῥωμαϊκῶν στρατοπέδων· 5, 104, 2 : Προϊδομένους τὸ βάρος τῶν στρατοπέδων. Idem de elephantis 1, 74, 5 : Οὐ δυνάμενοι τὸ βάρος οὐδὲ τὴν ἔφοδον οἱ πολέμιοι ὑπομεῖναι. Diod. 15, 3 : Ἐγένετο ναυμαχία καρτερὰ, καθ' ἣν ὁ Εὐαγόρας τὸ μὲν πρῶτον ὑπερεῖχεν, ὕστερον δὲ τοῦ Γαὼ μετὰ τοῦ βάρους ἐπενεχθέντος καὶ γενναίως ἀγωνισαμένου, συνέβη φυγεῖν τοὺς περὶ τὸν Εὐαγόραν· 20, 52 : Τοὺς περὶ τὸν Δημήτριον μετὰ βάρους ἐπιφερομένους. Et de civitate Polybius vol. 4, p. 482 ed. Schw. : Ἐπισημηνάμενος τὸ

βάρος τῆς τῶν Ἀργείων πόλεως. Vol. 5, p. 32 : Ἡ δὲ Καπύη, μεταθεμένη πρὸς τοὺς Καρχηδονίους, τῷ βάρει συνεπεσπάσατο καὶ τὰς ἄλλας πόλεις. Diodor. vol. 2, p. 630 : Ἐπολυπραγμόνησαν ἀκριβῶς τῆς πόλεως τὴν θέσιν καὶ τὸ βάρος. Idem 4, 10 : Καταπλαγεὶς τὸ βάρος τῆς ἐξουσίας· 16, 8 : Τὸ βάρος καὶ τὸ ἀξίωμα τῆς πόλεως. Idem de nobilitate et potentia gentis vol. 2, p. 585, 34 : Τηλικοῦτο βάρος οἰκίας καὶ γένους διαδεδεγμένους, et paullo post τοῦ βάρους τῆς οἰκίας οὐκ ἀξιόχρεως διάδοχος. Similiterque p. 526 : Διὰ τὴν ἰσχὺν καὶ τὸ βάρος τῶν κυρίων. Ad quam signif. referendus videtur etiam Polyb. vol. 5, p. 81 : Κατορρωδῶν τὸ βάρος καὶ τὸ φιλόνεικον τῶν ἀνθρώπων. || Tum dicitur de gravi et molesto imperio vel iis quæ gravia et molesta imperantur. Diodorus Exc. Vat. p. 74 ed. Mai. : Κρατήσας τῶν ὅλων ἐξουσίαν ὑπερήφανον καὶ βάρος δυσυπόστατον περιεποιήσατο. Polyb. 1, 31, 5 : Οὐδ' ἀκούοντες ὑπομένειν ἐδύναντο τὸ βάρος τῶν ἐπιταγμάτων· 1, 67, 1 : Τὸ βάρος τῶν φόρων. || De vehementi canis latratu Alciphron 3, 18 : Κύνα, τῷ βάρει τῆς ὑλακῆς ἀποσοβοῦσαν τοὺς ἐπιβουλεύοντας τοῖς ποιμνίοις. || Βάρος confusum cum βάθος notavimus supra. Βάρος et πάρος permutantur Eurip. Heracl. 201. vv. L. Dindorf.]

[Βάσιλλος, ὁ, Basillus, cognomen Lucii ap. Plut. Syll. c. 9, quem eundem hominem commemorat Appian. Mithr. 50; Minucius Basilus est apud eundem Appian. Civ. 2, 113; 3, 98, sed Basillus apud scriptores Latinos, Ciceronem Off. 3, 18; Cæsarem B. G. 6, 29; 7, 93 et sæpius apud Juvenalem Sat. 7 et 10. L. Dindorf.]

[Βασιλοκλῆς, ὁ, Basilocles, n. viri apud Plut. Mor. p. 394 seq. L. Dindorf.]

[Βάσιλος, Basilus, filius Lyrci et Hemitheæ apud Parthen. Erot. 1, 4. L. Dindorf.]

[Βασιλούδη, forma græcobarbara ut κεφαλούδη pro κεφαλοίδιον, inter episcopatus quos haberet ἡ Συρακοῦσα τῆς Σικελίας memoratur a Nilo Doxopatrio Notit. Patriarchatuum in *Le Moyne* Var. Sacr. vol. 1, p. 259 Est Basilussa, una Æoliarum insularum. L. Dind.]

[Βασιλὼ, Basilo, nomen mulieris Anthol. Pal. cap. 5, 517, sive Callimachi Epigr. p. 292. L. Dindorf. Theognost. cod. Barocc. 50, can. 718 : Τὰ εἰς ω λήγοντα θηλυκὰ καὶ ὀξύνεται καὶ πάντα διὰ τοῦ ω γράφεται, καὶ πάντα ἐστὶν ὑποκοριστικὰ, ἐρατὸς, Ἐρατὼ, χρεῖα, χρείω, βασιλεὺς, Βασιλὼ. Cramer.]

Βάσιμος, ὁ, ἡ, Pervius. Galen. Καὶ τούτῳ ἅπαντα βάσιμα καὶ πόριμα, Commeabilia, Transmissu facilia. Bud. || Item, Stabilis, Fixus, Constans : ἑδραῖος, βέβαιος, στάσιμος, Hesych., ut βάσιμος πῆξις apud Naz. [Demosth. in Aristog. 1, p. 793. Seager. Diodorus Sic. 13, 27 : Βάσιμος τόπος εἰς παιδείαν. Angl. Idem in Excerpt. vol. 2, p. 504 : Πάντα γὰρ τῇ συνέσει βάσιμα καὶ δυνατὰ γίνεται. Schæf. Aristides Quintilianus p. 67 : Ὥσπερ τι ῥεῦμα ... ἐς βάσιμον καὶ εὔγεων πεδιάδα μετοχετεύοντες. Philo vol. 1, p. 297, 13 : Βάσιμοι καὶ λεωφόροι ὁδοὶ πᾶσαι. G. Dind.]

[Βασιννοὶ, οἱ, Basinni, gens Arabica. Steph. Byz. G. Dind.]

Βάσις, εως, ἡ, Gressus : βάδισις, πορεία. Soph. Aj. [42] : Τί δῆτα ποίμναις τήνδ' ἐπεμπίπτει βάσιν; ap. eund. Philoctetes pedes veneno putrefactos habens Ph. [691] : Οὐκ ἔχων βάσιν. Herodian. [6, 5, 12] : Τραχεῖα γὰρ οὖσα ἡ χώρα, τοῖς μὲν πεζοῖς καὶ τὴν βάσιν εὐπαγῆ καὶ τὴν πορείαν εὐμαρῆ παρεῖχεν. Sic etiam κατὰ ποδὸς βάσιν pro Pedetentim dixit Bud. [Ποδὸς s. ποδῶν βάσις Euripides Hec. 837, Phœn. 311. Ἀρβύλης βάσις, idem Electr. 532. Heliodorus ab Schæf. indicatus 10, p. 434 : Τοῖν ποδοῖν τὴν βάσιν εἰς τὸ ἑδραῖον διερεισάμενος. Scriptor epigrammatis in Cocchii Chirurg. p. 35 : Εὐθετεῖν σκελῶν βάσιν. G. Dind.] || Item Pes, ut J. Pollux [2, 199] apud Platonem interpretatur : Θεοὺς βάσεις ὑποτιθέντας πλείους· [θεοῦ βάσεις ὑποτιθέντος πλείους in Timæo p. 92, A. Apollodorum affert Schæf. 1, 3, 5 : Ἥκιστον πηρωθέντα τὰς βάσεις. Ibid. 6, 1 : Εἶχον δὲ τὰς βάσεις δρακόντων. Philo Judæus vol. 1, p. 29, 1 : Δίτται χεῖρες, δίτται βάσεις· p. 656, 3 : Χεῖρας καὶ βάσεις· p. 311, 6 : Τὰς βάσεις πρὸς τὸν δίφρον ἐξημμένος· vid. ibid. p. 207, 44; 227, 1; 281, 24, 42; 381, 24; 452, 24; 525, 49; vol. 2, p. 11, 15; 231, 40; 263, 34; 565, 29. Ibid. p. 368, 49 : Καὶ τῆς ὁδοῦ διαμαρτάνειν καὶ τὰς βάσεις βλάπτεσθαι· et p. 364, 4 : Ὀρθαῖς καὶ ἀρτίοις βάσεσι χρησάμενος πρὸς μετουσίαν ἀπταίστου βίου. Non minus frequenter numero singulari : sic Aristoteles p. 750, 4 ed. Bekk. : Τὰ δὲ γαμψώνυχα τὴν βάσιν ἰσχυρὰν ἔχει. Apollodorus 3, 5, 3 : Σφιγξ εἶχε βάσιν ... λεοντος. Quod λεοντόπουν βάσιν dixit Euripides in OEdipo fragm. 1. Dionysius Hal. Ant. R. 5, c. 25 : Διὰ τὴν πήρωσιν τῆς βάσεως, ubi codex Vatic. βλέψεως. Ibid. cap. 24 : Ἐκάκωσεν αὐτὸν ὀδύναις καὶ τὴν βάσιν ἔβλαπτεν. Philo vol. 1, p. 684, 7 : Βάσεως καὶ κεφαλῆς· nisi βάσεων de more scripsit. G. Dind.] || Unde metaph. in iis, quæ rhythmo constant, Pedem quoque signif., seu, ut Bud. vocat, Clausulam rhythmi, et Rhythmum ipsum, et Partem rhythmi, τὸ τιθέναι τὸν πόδα ἐν ῥυθμῷ, ut J. Poll. [2, 199,] exp. Plato De rep. 3, [p. 399, E] : Ἑπόμενον δ' ἂν εἴη ταῖς ἁρμονίαις τὸ περὶ ῥυθμοὺς, μὴ ποικίλους αὐτοὺς διώκειν, μηδὲ παντοδαπὰς βάσεις. Aristot. Polit. 2, [c. 2] : Ὥσπερ κἂν εἴ τις τὴν συμφωνίαν ποιήσειεν μονοφωνίαν [ὁμοφωνίαν], ἢ τὸν ῥυθμὸν βάσιν μίαν, Unum pedem, Unam semper et eandem clausulam, h. e. ἀνάπαυσιν. Hermog. de clausulis gravis orationis loquens, Δεῖ γὰρ ἵστασθαι τὸν λόγον ἐπί τινος τῶν οἰκείων ποδῶν τῇ σεμνότητι, χωρὶς μὲν καταλήξεως, ἵνα μὴ εἰς τροχαῖον ἐμπέσῃ ἡ βάσις, μηδ' ἁρπασθῇ ὁ ῥυθμὸς, ἀλλὰ βεβηκὼς ᾖ, Ne clausula rhythmi catalectica in trochæum incidat, quem rhythmum oportet insistere et claudi, s. clausula stabiliri. Ita Bud. Comm. βάσιν paulo post exponens Rhythmi positionem. Βάσις ἡ βεβηκυῖα in VV. LL. apud Hermog. exp. Clausula hærens et firma, quæ a Trapezuntio constans et impedita dicatur. Βάσιν item ead. VV. LL.

annotant ab Hermog. dici Partem exordii, quæ colligat ejus propositionem cum redditione, i. e. Comprobationem, quum βάσις sit ἡ τῶν κώλων κατάληξις, Clausula : et βάσιν forsan esse quæ ab Aldo Depositio dicitur : commode vero Exitum exp. posse. Βάσιν ἰαμβικὴν ead. VV. LL. ex Aristoph. Schol. interpr. Versum monometrum iambicum, ut, τί πείσομαι· βάσιν ἀναπαιστικὴν, Versum anapæsticum monometrum, ut [Aristoph. Nub. 450] : Κέντρων μιαρός· βάσιν δακτυλικὴν, Versum dactylis duobus constantem, ut [ibid. 475] : Ἄξια σῇ φρενί. [Βάσις, Incessus rhythmicus saltantium. Scholiasta Hermogenis p. 381 : Τὴν γὰρ ἐν χοροῖς βάσιν ὁρίζονται οὕτως οἱ μουσικοί· βάσις ἐστὶν ἄρσεως καὶ θέσεως ποδῶν σημείωσις. Τὸ γὰρ αἴρειν τὸν πόδα, εἶτα τιθέναι, ἄρσιν καὶ θέσιν ὠνόμασαν· ἄρσις οὖν καὶ θέσις ἡ ἐν τῷ ἄρχεσθαι καὶ λήγειν τῶν χορευτῶν ὁρμὴ λέγεται. Pindarus Pyth. 1, 4 : Φόρμιγξ ... τᾶς ἀκούει μὲν βάσις, ἀγλαΐας ἀρχά. Ubi scholiasta, Βάσιν ἔνιοι τὸν ῥυθμόν φασι· πρὸς γὰρ τὸν ῥυθμὸν ἡ ἁρμονία τῶν μελῶν διατυποῦται· οἱ δὲ τὴν τῶν χορδῶν κροῦσιν· προκατάρχονται γὰρ αἱ ᾠδαὶ παρὰ τῆς κιθάρας, εἶθ' οὕτως ἕπεται ὁ τῶν χορευτῶν ῥυθμός. Aristophanes Thesm. 968 : Εὐκύκλου χορείας εὐφυᾶ στῆσαι βάσιν. Rhythmici autem βάσιν triplici significatu dicunt. Primo pedes rhythmice compositos, incessum numeri : quo sensu Plato παντοδαπὰς βάσεις dixit l. l. (ubi Astius Longinum comparat de sublim. 39, 2 : Βάσιν ἐνδούς τινα ῥυθμοῦ) et De legg. 2, p. 670, D : Ξυνακολουθεῖν ἕκαστον ταῖς τε βάσεσι τῶν ῥυθμῶν καὶ ταῖς χορδαῖς ταῖς τῶν μελῶν. Aristidem Quintil. p. 38 : Τροχαῖος ἐκλήθη ἀπὸ τοῦ τὴν βάσιν ἐπίτροχον ποιεῖσθαι, addit Hermann. Opusc. vol. 2, p. 108. Adde ibid. p. 57 : Δυσδιάκριτον ποιεῖ τὴν βάσιν· et Santen. ad Terent. Maur. p. 51. Deinde ad singulos pedes vel dipodias transfertur. Ejusmodi sunt βάσις ἰωνικὴ et βάσις χοριαμβικὴ, h. e. ionicus unus et choriambus unus, apud schol. Aristoph. Nub. 652, et frequentissima illa βάσις ἰαμβικὴ, βάσις τροχαϊκὴ, dipodia iambica, dipodia trochaica. Bacchius Senior p. 14 : Ὅταν ὅλος ῥυθμὸς κατὰ βάσιν ἢ κατὰ διποδίαν γένηται. Ibid. p. 25 : Δόχμιος ἐξ ἰάμβου καὶ ἀναπαίστου καὶ παιᾶνος τοῦ κατὰ βάσιν. Etiam solam thesin, quam veteres rhythmici vocant, βάσιν dictam esse Hermannus l. l. ostendit Aristoxeni exemplis p. 292, 296 ed. Morell. et Pselli p. 301. Denique clausulam sive κατακλεῖδα, quam grammatici dicunt, significat. Scholiast. Hephæstion. p. 169 ed. Gaisf., ubi de choliambis agit : Τὸ μὲν γὰρ ὀρθὸν τὴν τελευταίαν βάσιν ἰάμβῳ ἢ πυρριχίῳ ἀπαρτίζει ... τὸ δὲ χωλὸν τὴν μὲν κατακλεῖδα, ἤτοι τὴν βάσιν, σπονδειακὴν ἀπαιτεῖ ἢ τροχαϊκήν. Similiter clausulam numeri oratorii βάσιν vocant rhetores, quorum locos apposuit Weiskius ad Longin. p. 444. Theodorus Metoch. p. 116 de Josepho : Αἱ βάσεις οἰκείως σχεδὸν διὰ πάντων τῶν αὐτοῦ δακτυλικαί τε καὶ ἰαμβικαὶ καὶ τροχάζουσαι. G. Dind.] || Est etiam vocab. Mathematicorum, ut βάσις κέντρου, Basis centri, Punctum medium. [Archimedes De sphæra 1, 17 : Ἡ ἀπὸ τοῦ κέντρου τῆς βάσεως ἐπὶ τὴν πλευρὰν τοῦ κώνου κάθετος ἀγομένη. Sic ibid. 19, et alibi. G. Dind.] || Item apud architectos nota vox est, qua et Lat. utuntur : Fulcimentum sc. et quidam veluti Pes columnarum, statuarum s. fabricarum, quæ a fundamento consurgunt et superpositæ fabricæ sustinent pondus : quo spectat phrasis illa ἐκ βάσεως ἀποτμηθῆναι, Penitus et ex ipsis fundamentis excisum esse. Ap. Vitruv. [10, 10 ed. Schneid.] in Catapultæ descriptione, βάσις Sedes est, in qua statuitur columella, quæ machinam sustinet. [Hesychius : Βάσις· στήριγμα, ἕδρα, στάσις. Sic βάσις ἀνδριάντων ap. Pollucem 3, 90, et alibi sæpissime. Τρία Μύρωνος ἔργα κολοσσικὰ ἱδρυμένα ἐπὶ μιᾶς βάσεως, Strabo 14, p. 637. Βάσιες βλεφάρων, sedes oculorum, Rufinus in Anthol. Palat. 5, 87. Βάσις ἐγκεφάλου Plutarch. Moral. p. 899, A, ab Routhio, Rufus p. 36, a Weigelio citatus. Adde Alexandr. Trall. 1, p. 84. *Basis cerebri* apud Celsum 5, 26, 2. Ἡ βάσις τῆς καρδίας καλεῖται κεφαλὴ, Pollux 2, 218. Βάσις τραχήλου Plutarch. V. Pyrrhi c. 34. Βάσις ὠτὸς Oribasius p. 2 ed. Mai. Τροχῶν βάσεις Sophocles Electr. 718, ab Seagero citatus. Ἐπάλξεων βάσεις Theodosius Acroas. 3, 154. Βάσις γραμματικῆς Damocharis quidam dicitur apud Paulum Silent. in Anthol. Palat. 7, 588. Βάσιν καὶ ὕλην ταῖς τέχναις παρέχει, Plutarchus Moral. p. 158, D. Timæus Locrus p. 97, E : Ῥίζα πάντων καὶ βάσις τῶν ἄλλων ἁ γᾶ ἐρήρεισται. Philo vol. 1, p. 265, 36 : Ἀὴρ ὕδατι βάσει χρώμενος· p. 641, 17 : Ἀὴρ οὗ βάσις μέν ἐστι γῆ, κεφαλὴ δὲ οὐρανός· et similiter p. 642, 42. Βάσις λόγου idem vol. 1, p. 108, 39. G. Dind. Βάσεις i. q. βαλβῖδες. Mœris p. 103 : Βαλβῖδες· αἱ ἐπὶ τῶν ἀφέσεων βάσεις ἐγκεχαραγμέναι, αἷς ἐπέβαινον οἱ δρομεῖς, ἵνα ἐξ ἴσου ἵσταιντο. Schæf. Adde Suidæ locum s. v. βαλβὶς allatum. G. Dind.] Βάσεις etiam vasorum, dicuntur Ea, quæ eorum collocandorum causa parata sunt : ut sunt Orbiculi. [Javolenus Dig. 32, leg. 100 : « Cui Corinthia vasa legata essent, ei βάσεις quoque eorum vasorum collocandorum caussa paratas deberi Trebatius respondit. Labeo autem id non probat, si eas βάσεις testator numero vasorum habuit. Proclus vero recte ait, si æneæ quidem sint, non autem Corinthiæ, non deberi. » G. Dind. || Βάσις Ἑρμοῦ, Alimus, ap. Diosc. in Nothis 1, 120. Boisson.]

[Βάσκα. V. Βάσκη.]

Βασκαίνω, de quo nunc dicturus sum, vel in Φάος, vel in Καίνω collocari posset, sequendo eam, quæ illi a plerisque tribuitur, etymologiam : quænam autem ea sit, mox docebo.

Βασκαίνω, Fascino; primum enim huic signif. locum esse dandum censeo, quæ etiam cum etymo convenire videtur. Volunt enim plerique Gramm. βασκαίνω dici quasi φασκαίνω, i. e. φάεσι καίνω, Oculis occido, i. e. Aspectu. [Etymol. M. p. 190, 26. At inepta hæc etymologia est. Hodie nemo dubitat βασκαίνειν productiorem esse formam verbi βάσκειν, cui affinia sunt βάζειν et φάσκειν. G. Dind.] Quo pertinet hic Virgil. locus, Ecl. 3, [v. 102] : His certe neque amor causa est, vix ossibus hærent. Nescio quis teneros oculus mihi fascinat agnos. Sic et ὀφθαλμὸς βάσκανος, Oculus fascinator, apud Plut., ut paulo post docebo. Quin etiam et apud Horat. Epist. 1, 14 : Non istic obliquo oculo mea commoda quisquam Limat, quidam obliquo oculo interpr. Invido. Sed interficiendi quoque vim oculis fascinatoribus inesse, discimus e Plin., scribente 7, 2 : Esse ejusd. generis in Triballis et Illyriis, adjicit Isigonus, qui visu quoque effascinent, interimantque quos diutius intueantur, iratis præcipue oculis : quod eorum malum facilius sentire puberes. Proxime autem præcedentia verba sunt hæc, In eadem Africa familias quasdam effascinantium, Isigonus et Nymphodorus tradunt : quarum laudatione intereant probata, arescant arbores, emoriantur infantes. De quo loco disseram mox, quum agam de pass. Βασκαίνομαι, pro Fascinor. Βάσκανος, inquit Schol. Theocr. [5, 13], proprie ὁ τοῖς ὀφθαλμοῖς καίνων, καὶ φθείρων τὸ δραθὲν ὑπ' αὐτοῦ. Sic et apud Etym. ὁ τοῖς φάεσι καίνων, quasi φάσκαινος. Et a βάσκανος vult esse verbum βασκαίνω. Sed crediderim potius βασκαίνω præcedere, præsertim quum in eo verbum καίνω incorruptum exstet, et quædam a similibus verbis similem formam habentia nomina inveniantur. Parvi alioqui refert utri priorem locum demus. Quæcunque autem sit hujus verbi etymologia, accipi pro Fascinare constat, quum alibi, tum apud Aristot. Probl. 34, 20 : Ἐπιλέγουσι γοῦν, ὅταν τῆς αὐτῆς τραπέζης ἰδίᾳ τὶ προσφέρωνται, μεταδιδόντες, Ἵνα μὴ βασκάνῃς με. Sic et apud Alex. Aphr. Probl. 2, 53 : Διὰ τί τινὲς βασκαίνουσι, καὶ μάλιστα παῖδας. Quod autem addit καὶ μάλιστα παῖδας, pertinet ad hæc, quæ e Plin. attuli de fascinatoribus, Quod eorum malum facilius sentire puberes. Apud Plut. quoque Symp. 5, 7 habes quæ huc pertinent, ubi exstat et comp. καταβασκαίνω in ead. signif. Sic pass. Βασκαίνομαι, Fascinor, Theocr. 6, [39] : Ὡς μὴ βασκανθῶ δὲ, τρὶς εἰς ἐμὸν ἔπτυσα κόλπον, ubi Schol. annotat, suo etiamnum tempore id solitas facere mulieres, nimirum sinui suo inspuere, τὸ νεμεσητὸν ἐκτρεπομένας. Atque huc certe pertinet quod in Plinii loco paulo ante habuimus, de illa laudatione familiarum quæ effascinant. Itidem enim hic pastor dicit, postquam sibi tam pulcher visus fuisset, se ter in sinum suum spuisse, ne

fascinari posset: quasi laudatione illam de sua forma opinionem consequente, a qua laudatione periculum impenderet. Ita enim existimo intelligendum esse h. l.: ejus tamen expositionem aliorum judicio relinquens, quibus attentius eum expendere vacabit. Utitur porro passiva illa voce et Aristot. Probl. 34, 20. || Βασκαίνω, Invideo, quoniam sc. qui fascinant, id faciunt quod invideant, ut discimus ex iis etiam quæ leguntur apud Alex. Aphr. Probl. 2, 53. Dicitur autem βασκαίνω σοι, vel βασκαίνω σοι τοῦτο, aut τούτου. Item, βασκαίνω ἐπὶ τούτῳ. Demosth. [p. 464, 10]: Εἰ μὲν γάρ τις ἔχει πολλὰ, μηδὲν ὑμᾶς ἀδικῶν, οὐχὶ δεῖ δήπου τούτῳ βασκαίνειν. Ap. Philostr. Ep. 12 duplicem constr. habet hoc verbum, diversis in ll.: in priore, cum dat. personæ; in posteriore, cum accus. rei. Ita enim orditur illam suam Epistolam: Οὐδὲ ὁ θεσπέσιος Πλάτων τοῖς σοφισταῖς ἐβάσκηνε· καὶ σφόδρα ἐνίοις δοκεῖ τοῦτο· sed repono hic, εἰ καὶ σφόδρα κ. τ. λ. Aliquanto post, Καὶ βασκαίνει μέν τις τὰ μὴ ἑαυτῷ ἐφικτά· ἃ δὲ ἄμεινον ἢ μὴ χεῖρον διαθήσεται, φιλοτιμεῖται πρὸς ταῦτα. (Ubi obiter observa etiam quod sit discrimen inter verb. Φιλοτιμεῖσθαι et verbum Βασκαίνειν: itidem certe φιλοτιμία distinguitur ἀπὸ τοῦ φθόνου, ut ibi videbis.) Sic apud Herodian. βασκαίνειν cum accus. rei: [2, 4, 11]*: Ἐβάσκηνε πάντα καὶ ἀνέτρεψε πονηρὰ τύχη. [Cum dativo personæ et genitivo rei. Dio Chrysost. vol. 2, p. 428: Ἐκείνους μὲν οὐ ζηλῶν οὐδὲ βασκαίνων αὐτοῖς τῆς τρυφῆς. Philostr. V. A, 6, 12, p. 250 indicat Schæferus: Σοὶ μὲν οὐδενὸς ἂν βασκήναιμι ἐγὼ λόγου. Basilius M. vol. 1, p. 23, B: Οὐ βασκαίνουσα ἡμῖν τῆς γνώσεως. Vita Gregorii Naz. vol. 1, p. CXLIX ed. Benedict.: Βασκαίνων αὐτοῖς τῆς ὠφελείας. Georgius Progymnas. in Rhetor. vol. 1, p. 575, 11: Ποῖος τελχίν μοι τῆς ἀπραγμοσύνης ἐβάσκηνε; G. Dind.] Sed et cum dat. personæ et accus. rei simul junctum reperitur; interdum cum dat. pers. et gen. rei. Quin etiam cum gen. solo. Lucian. Philopseude [c. 35]: Τοῦτο ἐγὼ πάνυ ἐσπουδακὼς, οὐκ εἶχον ὅπως ἐκμάθοιμι παρ' αὐτοῦ· ἐβάσκαινε γὰρ αὐτοῦ, καίτοι πρὸς τὰ ἄλλα προχειρότατος ὤν. Sic autem utuntur et verbo φθονῶ, et quidem frequentius quam hoc. Eodemque modo Lat. verbum Invideo usurpant, sed cum accus. Quamvis autem in isto Luciani loco non additus sit ille dat. personæ, ex eo tamen probari illa constr. potest: quod relinqui subaudiendum, longe manifestissimum sit. Apud eund. Lucian. [Navig. c. 17,] exstat cum præp. ἐπὶ, ubi scribit, Βασκαίνειν ἐπὶ ταῖς εὐτυχίαις. [Dio Chrysost. vol. 2, p. 423: Βασκαίνειν ἐπ' αὐτῷ τοῖς ἔχουσιν ἀδύνατον. G. Dind.] Liban. junxit etiam accus. personæ hoc verbum, ut testatur Suid., qui hanc constr. improbare videtur; scribit enim, Βασκαίνω σοι ἀεί· ὁ δὲ Λιβάνιος αἰτιατικῇ, Τὸν προσήκοντα βασκαίνουσι. [De hac constructione vid. Herodian. Piersoni p. 470; Thom. Mag. p. 148. Schæf. Dativo utitur Libanius alibi, ut vol. 4, p. 190: Βασκαίνεις ἀποθανεῖν βουλομένῳ· ibid. p. 320: Τί μοι βασκαίνεις; et p. 426. G. Dind. Deuteron. 28, 54 et 56: Βασκανεῖ τῷ ὀφθαλμῷ αὐτοῦ.] || Criminor, Reprehendo, ap. Dem. et Plut. ut testatur Bud., qui ex illo affert, [291,] Ὁ δὲ, σιγήσας ἡνίκ' ἔδει λέγειν, ἄν τι δύσκολον συμβῇ, τοῦτο βασκαίνει, Hoc criminatur s. reprehendit. Sic autem Harpocr. a Demosth. poni testatur βασκαίνει pro αἰτιᾶται et μέμφεται, ac συκοφαντεῖ. Hesych. Βασκαίνει, λυπεῖ, φθονεῖ, μέμφεται. [Diodorus Sic. 4, 6: Πρὸς τοὺς βασκαίνοντάς τι τῶν καλῶν τοῦτον κολαστὴν παρεισάγοντες. Schæf. Libanius vol. 4, p. 519: Βασκαίνει τοὺς λόγους, ὑφαρπάσαντας νίκην ὅπλοις ὀφειλομένην. Ibid. p. 732: Τοὺς τὴν σὴν βασκαίνοντας δύναμιν. Passivum βασκαίνομαι. Strabo 14, p. 654: Ὑπὸ τῶν ἀντιτέχνων βασκανθῆναι. Apud scriptores ecclesiasticos tum hujus verbi tum vocabulorum βασκανία et βάσκανος infinita est exemplorum multitudo. G. Dind.]

Βασκᾰνητικὸς, quod legitur apud Plutarch. Symp. 5, [p. 682: Φθονητικὴν καὶ βασκανητικὴν ἕξιν], derivandum esset e Βασκανητής. [Libri duo βασκανιτικήν. Recte Wyttenbachius βασκαντικήν. Ἔθνος βασκαντικὸν καὶ φθοροποιὸν dixit Stephanus Byz. in Θίβα, ubi codex Vratislav. eodem errore βασκανιτικόν. G. Dind.]

Βασκᾰνία, ἡ, Fascinatio: (sicut βάσκανος, Fascinator). Aristot. Probl. 34, 20: Διὰ τί τὸ πήγανον βασκανίας φασὶ φάρμακον εἶναι; Sæpius autem Invidia, s. Invidentia. Philo V. M. 1, [vol. 2, p. 81, 10]: Ἀλλ' ἔγωγε τὴν τούτων βασκανίαν ὑπερβὰς, τὰ περὶ τὸν ἄνδρα μηνύσω. Chrys. De sacerd.: Βασκανίας τροφὴ αἱ τῶν πλησίον εὐδοκιμήσεις. Interdum etiam est Obtrectatio. Bud. συκοφαντίαν exp. ap. Dem. [311]: Πολλαχόθεν μὲν τοίνυν ἄν τις ἴδοι τὴν ἀγνωμοσύνην αὐτοῦ καὶ τὴν βασκανίαν. [Plato Phædon. p. 95, B: Μή τις ἡμῶν βασκανίσ περιτρέψῃ τὸν λόγον τὸν μέλλοντα λέγεσθαι. Callimachum fragm. 292, p. 541: Ἔλλετε βασκανίης ὅλοὸν γένος, et poetam apud Suidam s. v. Παλαμήδης, Ὄμμα βάλλοι μήποτε βασκανίη, indicat Schæf. Βασκανίαν καὶ πικρίαν, Philo vol. 2, p. 27, 5. Quemadmodum βάσκανον καὶ πικρὸν conjunxit vol. 1, p. 429, 33. Βασκανία καὶ φθόνος, vel φθόνος καὶ βασκανία, apud eundem vol. 1, p. 145, 9; 543, 8; 595, 38; 636, 45; vol. 2, p. 120, 10; 404, 18. Joannes Chrysost. qui sæpissime hoc vocabulo utitur, vol. 1, p. 391, D: Ἡ παμφάγος αὐτὸν τῆς βασκανίας περιστοιχίζεται φλόξ. Cyrillus Alexandr. in Genes. lib. 4, vol. 1, p. 108: Τὰ ἐκ φθόνου βέλη καὶ τὸ ἐκ τῆς βασκανίας τοῖς νενικημένοις ἐντύφεται πῦρ. Nec raro numero plurali, ut apud Joannem Chrysost. vol. 2, p. 168, B: Φθόνους καὶ βασκανίας καὶ μῖσος ἔτεκε. Nicolaus Progymn. in Rhet. vol. 1, p. 357, 23: Βασκανίαν τὴν συκοφαντίαν ποιούμενος. G. Dindorf.]

[De fascinatione repellenda loc. memorabilis Chrys. t. 3, p. 320, 32: Βόρβορον αἱ γυναῖκες ἐν τῷ βαλανείῳ λαμβάνουσαι τροφοὶ καὶ θεραπαινίδες, καὶ τῷ δακτύλῳ χρίσασαι, κατὰ τοῦ μετώπου τυποῦσι τοῦ παιδίου· κἂν ἐρηταί τις, τί βούλεται ὁ βόρβορος, τί δὲ ὁ πηλός; ὀφθαλμὸν πονηρὸν ἀναστρέφει, φασὶ, καὶ βασκανίαν, καὶ φθόνον. Hase.]

Βασκάνιον, τὸ, Fascinum. Βασκάνιον dicunt antiqui, inquit Phrynichus [p. 86 ed. Lob.], non προσβασκάνιον, cum præp. πρός. Ubi simul observa istam vocem Προσβασκάνιον, quam a nonnullis pro βασκάνιον usurpatam fuisse, ex ejus verbis colligimus. In VV. LL. βασκάνιον redditur non solum Fascinum, sed et Odium. In lisd. annotatur ex J. Poll., βασκάνια vocata fuisse Quædam ridicula, quæ ap. vett. fabri ferrarii ante fornaculam appendere solebant, invidiæ avertendæ gratia. Affertur autem ab J. Poll. [7, 108], et in numero singulari, ex Aristoph.: Πλὴν εἴ τις πρίαιτο δεόμενος βασκανίου ἐπὶ κάμινον ἀνδρὸς χαλκέως. Sed ap. J. Poll. pro βασκανίου legitur βασκάνου et βασκανία pro βασκάνια, non sine manifesta depravatione utrobique. [Recte codex Falckenb. βασκάνιον. Explicatius Phrynichus in Bekkeri Anecd. p. 30, 5: Βασκάνιον· ὃ οἱ ἀμαθεῖς προσβασκάνιον. Ἔστι δέ τι ἀνθρωποειδὲς κατασκεύασμα, βραχὺ παρηλλαγμένον τὴν ἀνθρωπείαν φύσιν, ὃ πρὸ τῶν ἐργαστηρίων οἱ χειρώνακτες κρεμαννύουσι τοῦ μὴ βασκαίνεσθαι αὐτῶν τὴν ἐργασίαν. Fascinum autem illud fuit πήλινος Ἥφαιστος: de quo dixit Lobeckius Aglaoph. p. 971. Strabonem 16, p. 776, addit Schneiderus: Περίκεινται δὲ τοῖς τραχήλοις κογχία ἀντὶ βασκανίων. G. Dindorf.]

Βάσκᾰνος, ὁ, ἡ, Fascinator, Fascinatrix: ὀφθαλμὸς, Plut. Symp. 5, 7: Περὶ τῶν καταβασκαίνειν λεγομένων καὶ βάσκανον ἔχειν ὀφθαλμὸν ἐμπεσόντος λόγου παρὰ δεῖπνον. [Alciphro 1, 15: Δυσμενὴς καὶ βάσκανος ὁ τῶν γειτόνων ὀφθαλμός. Ubi vid. Bergler. Nicephorus Greg. p. 114, A: Βάσκανον τοῖς ἀγαθοῖς ὀφθαλμὸν ἐπιβάλλειν. Βάσκανοι καὶ γόητες conjuncti apud Strabonem 14, p. 654, et alios, Τελχὶς καὶ βάσκανος apud Synesium p. 570; conf. Bergler. ad Alciphr. 1, 12 ab Schæf. indicatum. G. Dind.] Sic a Virg. dicitur Oculus fascinare, ut antea docui. Apud Plut. De virt. mul. [p. 254, E], Βασκάνου τάφος redditur Fascinationis sepulcrum: in Polycrita, de qua hæc inter alia scribit: Αὐτὴ δὲ πρὸς ταῖς πύλαις γενομένους τοὺς πολίτας, ἁπάντων αὐτῆ, μετὰ χαρᾶς καὶ στεφάνων ὑποδεχομένους καὶ θαυμάζοντας, οὐκ ἤνεγκε τὸ μέγεθος τῆς χαρᾶς, ἀλλ' ἀπέθανεν αὐτοῦ πεσοῦσα πρὸς τὴν πύλην ὅπου τέθαπται· καὶ καλεῖται Βασκάνου Τάφος, ὡς βασκάνῳ τινὶ τύχῃ τὴν Πολυκρίτην φθονηθεῖσαν ἀπολαῦσαι τῶν τιμῶν. Ibi enim quidam interpretatus est Fascinationis sepulcrum (quam interpr. et VV. LL. servarunt), itidem-

que βασκάνῳ τινὶ τύχῃ, Invidi cujuspiam fascinatione. Alii βασκάνου τάφον reddere maluerunt Invidiæ Sepulcrum s. Livoris : sic tamen ut in βασκάνῳ, quod sequitur, Fascinationis et ipsi signif. inesse voluerint. At ego non video cur huic dat. potius quam illi gen. significatio ista tribuenda sit : qua de re dicam et in proxime sequente tmematio, ubi agam de Βάσκανος significante Invidum. Sed et illud suspectum esse possit, quod adjectivo Βασκάνου tribuitur substantivi βασκανίας interpretatio. Quamvis enim dici possit τὸ βάσκανον pro ἡ βασκανία (ut passim adjectivis hunc substantivorum usum dari videmus), non fuerit tamen verisimile βασκάνου itidem pro βασκανίας usurpatum hic fuisse. || Invidus. Plut. in eo loco qui paulo ante allatus fuit, Βασκάνῳ τινὶ τύχῃ, Invida quadam fortuna, Invidia quadam fortunæ. Quidam tamen interpr. Invidi cujuspiam fascinatione : quidam Invidia quadam fortunæ fascinata. Sed non magis crediderim nomini βάσκανος ullam hic subesse Fascinationis signif., quam inest verbo βασκαίνω, in illo Herodiani loco quem paulo ante attuli, Ἐβάσκηνε πάντα καὶ ἀνέτρεψε πονηρὰ τύχη. Redditur etiam Obtrectator, Malevolus. Dem. [p. 307] : Πονηρὸν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, πονηρὸν, ὁ συκοφάντης, καὶ πανταχόθεν βάσκανον, καὶ φιλαίτιον. Quo e l. crediderim Harpocr. sumsisse occasionem exponendi ap. eund. Oratorem, Βάσκανον πολίτευμα, φιλαίτιον καὶ συκοφαντικόν· [p. 262] : Βάσκανον δὲ καὶ πικρὸν καὶ κακόηθες οὐδέν ἐστι πολίτευμα ἐμόν. In genere fem. ap. Aristoph. Πλ. [571] : Οὐ ψεύδει τούτων γ' οὐδέν, καίπερ σφόδρα βάσκανος οὖσα. [Βάσκανον καὶ συκοφάντην conjungit Strabo 14, p. 640. Δύσκολος καὶ βάσκανος Plutarch. V. Fabii c. 26. Βάσκανος καὶ πικρὸς, quod ex Demosthene citat Stephanus, ex Philone attuli in Βασκανία, nec rarum apud alios est. Sic Manetho 5, 102 : Ἡ Ἡαφίη δὲ πικρὴ καὶ βάσκανός ἐστ' ἐπὶ λέκτροις. Basilius vol. 2, p. 92, A : Βάσκανός εἰμι καὶ πικρὸς καὶ ἐπιτρίβει με τὰ τοῦ φίλου καλά. Βάσκανος Ἐρινὺς Dionysius Halic. Ant. R. 9, 45. Plutonem et Parcas βασκάνους appellant poetæ : v. Jacobs. ad Antholog. vol. 6, p. 189; vol. 12, p. 267. Βάσκανος ἀκοὴ Eustathius Epist. p. 347, 17. Βάσκανος λίθος Æmilianus in Antholog. Palat. 9, 756. Quod φθονερὴ λίθος dixit Addæus ibid. 544. Hos versus attulit Schæf., qui superlativi exemplum addit ex loco comici apud Plutarch. Moral. p. 469, B; 515, D : Ἄνθρωπε βασκανώτατε. Prava scriptura Βάσκαινος est in inscriptione Pontica apud Bœckh. vol. 2, p. 126, 31 : Βασκαίνου δαίμονος. G. Dindorf.]

[Βασκαντικός. Vid. Βασκανητικός.]

[Βάσκαντρον, Fascinus. Gl.]

Βασκάνως Invide, Invido animo, φθονερῶς. [Joseph. A. J. 11, 4, 9 : Ἀπεχθῶς πρὸς αὐτοὺς καὶ βασκάνως διακείμενοι. Scott.]

Βασκαρίζειν, Cretenses dicere pro σκαρίζειν, tradit Hesych. Dicitur et Ἀσκαρίζειν pro eod.

[Βάσκας· ὄρνεόν τι, Hesychius. Id aut Βασκὰς scribendum aut Βασκᾶς. Eodem accentus vitio ap. Aristot. H. A. 8, 3, libri partim βάσκας partim βόσκας. Quod ap. Aristoph. Avium v. 885, inter ἐλεᾷ et ἐλασᾷ positum legitur βάσκᾳ, in βασκᾷ mutandum videtur. Nam quod scholiasta scribit : Ἡ βάσκα καὶ καταρράκτης εἰσὶ παρὰ Καλλιμάχῳ ἀναγεγραμμέναι, eo minoris momenti est, quod is etiam καταρράκτας, qui masculino genere dicuntur, pro feminino videtur habuisse. Βασκᾶς autem avis ex genere anatino est, de quo vide in Βοσκὰς et Φασκὰς sive Φασκᾶς. G. Dindorf.]

Βασκευταὶ Hesychio sunt φασκίδες, ἀγκάλαι. [Latinum *fascis* comparat Sopingius.]

[Βάσκη, ἡ.] Βάσκα ponitur pro βασκανία, si Hesychii exempl. non mentiuntur. In iis enim scriptum est, Βάσκα, μακέλη, βασκανία. Sed suspicor βασκανία cum illis verbis jungi non debere : seorsim enim ab Hesych. cum sua expositione scriptum fuisse. Apud eund. legitur Βάσκας, sed pro Quodam avis genere. [Cum Hesychii glossa Salmasius ad Tertullian. De pallio p. 123, alteram ejusdem grammatici contulit, Μάσκη· δίκελλα, et alia vocabula memoravit, in quibus similiter inter β et μ variatur. Recte : nam conjectura ab Lobeckio in Aglaoph. p. 175 laudata, δείκηλα pro δίκελλα, speciosior quam verior est. Significat igitur βάσκη et μάσκη ligonem. Nam βάσκη, non βάσκα, esse scribendum altera glossa evincit : μακέλη autem in μάκελλα mutandum. Quod in fine additum est βασκανία, nihil cum hac glossa commune habet. De avis nomine Βάσκας vide supra. G. Dind.]

Βάσκιλλος, Hesychio κίσσα, Pica.

Βάσκιοι, Hesychio sunt δέσμαι φρυγάνων, Sarmentorum fasciculi.

[Βάσκισα, τὰ, Bascisa, mons Marmaricæ. Ptolemæus Geogr. 4, 5. G. Dindorf.]

Βασκισμὸς, ὁ, Saltatio, VV. LL. [Corruptum ex Βαυκισμός. G. Dindorf.]

Βάσκον, Hesych. affert pro χῶρον.

Βασκοσύνη, ἡ, Fascinatio, Fascinum, VV. LL. [Poeta de viribus herbarum apud Fabricium Bibl. Gr. vol. 2, p. 638, v. 51, de pentadactylo : Πρός τε φόβους καὶ βασκοσύνας καὶ δαίμονας ἐχθροὺς ἔστιν ἄκος πανάριστον. Similiter in Nothis Dioscoridis p. 477, 478. Angl. Ex poeta illo nunc ex codice Vindob. integrius edito alterum accedit exemplum v. 210 : Βασκοσύνης ἕνεκεν. G. Dindorf.]

Βάσκω, poet. pro βαίνω, ut Il. [B, 8] : Βάσκ' ἴθι, οὖλε ὄνειρε· quæ posita sunt ἐκ τοῦ παραλλήλου, q. d. Proficiscere, vade. [Hoc monuerunt præter Gellium 13, 24, Eustathius et scholiastæ ad h. l. contra Tyrannionem, qui ὑφ' ἓν scribi volebat βάσκιθι. Βάσκ' ἴθι ex Apollonio Rh. 3, 486, indicat Schæfer. Apud tragicos βάσκειν bis legitur, in Persis Æschyli v. 664, 671, ubi βάσκε. Composito διαβάσκει utitur Aristophanes, sed in versu tetrametro anapæstico Avium 486. Hesychius : Ἔβασκεν· ἐπορεύετο. G. Dind.] || Βάσκειν Hesychio non solum πορεύεσθαι et ἀνίστασθαι, sed etiam λέγειν et κακολογεῖν, quod tamen φάσκειν potius dicitur. Idem et pass. Βάσκου affert, usurpatum pro πορεύου. [Passivum hic et alibi sæpissime pro medio dicit H. St. Hesychii autem glossa Βάσκου· πορεύου vitiosa videtur esse repetitio superioris glossæ Βάσκε· πορεύου. G. Dindorf.]

[Βασμίς. Vid. Βαθμίς.]

[Βασμός. Vid. Βαθμός.]

[Βᾶσσα forma Dorica v. Βῆσσα, quod vide.]

Βασσαῖος, αία, αῖον. Βασσαίας, ita enim malo quam βασσέας, assentiente serie alphabetica, Hesychius dici ostendit τὰς ἐν βήσσῃ γεγονυίας : addens, βήσσας dixisse τοὺς κοίλους καὶ δενδρώδεις τόπους, s. τοὺς βασίμους τῶν ὀρῶν· i. e. Loca cava et arboribus densa, vel Loca in montibus, per quæ gradi possumus.

Βασσάρα s. Βασσάρη, ἡ, Nomen ὑποδήματος cujusdam, ita dicti παρὰ τὸ τῇ βάσει ἀρηρέναι : ut Lex. meum vet. et Etym. tradunt. Hesychio vero auctore βασσάραι fuerunt χιτῶνες, οὓς ἐφόρουν αἱ Θρᾴκιαι βάκχαι, Tunicæ, quas gestabant Thracicæ bacchæ [alii Lydis hoc vestimenti genus tribuunt : de quo Jablonsk. infra in Βασσαρίς] : forsan e vulpinis pellibus : quia βασσάραι dicuntur etiam αἱ ἀλώπεκες, s. ἀλωπέκων τινὰ εἴδη, ut Lycophr. Schol. [771] tradit. Pro quibus ap. Etym. hæc inverso ordine leguntur : Λέγονται Βασσάραι αἱ Θρᾴκιαι βάκχαι· χιτῶνας οὖν ἐφόρουν ἀπὸ τοῦ βάκχου Διονύσου, ἀπὸ τῶν βησσῶν. Sed non sine mendi suspicione : quantum quidem attinet ad postrema illa vv., ἀπὸ τοῦ βάκχου Διονύσου, ἀπὸ τῶν βησσῶν : nam quod ad prius attinet, βασσάρας dici τὰς βάκχας, confessum est; paulo ante enim et ipse ex Orione annotarat βασσάραν proprie signif. τὴν βάκχην : et Lycophr. Schol. eod. modo. [« Etymologus ita corrigi potest, Λέγονται βασσάραι χιτῶνες οὓς ἐφόρουν αἱ Θρᾴκιαι βάκχαι, ἀπὸ τοῦ βασσάρου Διονύσου, ἢ ἀπὸ τῶν βησσῶν. Huic emendationi favet aliquatenus Ms. Dorvillianus, qui postrema sic exhibet, ἀπὸ τοῦ βα διον. ἢ ἀπὸ τῶν βησσῶν. Voces βασσάρου Διονύσου reperiuntur conjunctæ apud Clement. Alex. Cohort. p. 19, 12 : Ὄργιον Διονύσου βασσάρου. Nam locutio βάκχου Διονύσου, quamvis per se non damnanda, aliena ab hoc loco. » Gaisford. ad Hephæstion. p. 70. Recte Gaisfordius. Grammaticus Bekkeri Anecd. p. 222, 26 : Βασσάραι· χιτῶνες, οὓς ἐφόρουν αἱ Θρᾴκιαι βάκχαι, καλούμενοι οὕτως ἀπὸ τοῦ βασσαρέως Διονύσου. Ἦσαν δὲ ποικίλοι καὶ ποδήρεις. Unde Etym. βασσαρέως restituendum. G. Dind.] Quinetiam ex Athen. 5 [p. 198], idipsum patet; is enim in Bacchicæ cujus-

dam pompæ descriptione. Μετὰ δὲ ταῦτα, inquit, μακέται, αἱ καλούμεναι μιμαλλόνες, καὶ βασσάραι καὶ λυδαὶ, κατακεχυμέναι τὰς τρίχας, καὶ ἐστεφανωμέναι, τινὲς μὲν ὄφεσιν, αἱ δὲ σμίλαξι καὶ ἀμπέλῳ καὶ κισσῷ· κατεῖχον δὲ ταῖς χερσὶν, αἱ μὲν, ἐγχειρίδια, αἱ δὲ, ὄφεις. Eust. vero [p. 989, 31 et Eudocia p. 87] βασσάρας esse dicit τὰς εἰρημένας τοῦ Διονύσου τροφοὺς, ita nominatas διὰ τὸ βάσιν ἐπ' ἀρᾶ ποιεῖσθαι διὰ τὸ μανιῶδες : ut et paulo ante dixerat τὰς περὶ Βάκχον, s. τὰς τοῦ Βάκχου τιθήνας, dictas fuisse βασσάρας, λυδὰς, μακέτας, et μιμαλλόνας : allegorice autem τὰς ἀμπέλους. [Βασσάρας et βάκχας distinguit Artemidorus 2, 37, p. 216 : Ὁ δὲ χορὸς ὁ περὶ τὸν Διόνυσον, οἷον βάκχοι καὶ βάκχαι καὶ βασσάραι. G. Dind.] Proprie itaque βασσάρα signif. τὴν βάκχην : ex hoc vero βασσάρα dicta est ἡ κατωφερὴς καὶ πόρνος γυνὴ, ut Etym. et Lex. meum vet. tradunt, sed ille gemino σ scriptum habens eam v., hoc simplici. Ita vero Lycophr. usum esse dicunt : cujus vv., ad quæ respiciunt, hæc sunt in Alexandra, de Penelope Ulyssea [771] : Ἡ δὲ βασσάρα Σεμνῶς κασωρεύουσα κοιλανεῖ δόμους Θοίναισιν, ὅλβον ἐκχέασα τλήμονος. Ubi Tzetz. quoque annotat, βασσάραν alias dici τὸν βολβὸν, καὶ τὸ ὕδνον, καὶ εἶδος ἀλώπεκος, καὶ τὴν βάκχην : h. autem in l. τὴν πόρνην : quod patet etiam e sequenti κασωρεύουσα, quod est πορνεύουσα, ut et Duris Samius scribit τὴν Ηηνελόπην συγγενέσθαι πᾶσι τοῖς μνηστῆρσι. Vocat igitur eam βασσάραν, quod veluti furore quodam in libidines rueret, ut αἱ βάκχαι, quæ βασσάραι dicuntur, Bacchico quodam et lymphato furore perhibentur agitatæ fuisse. Rursum Etym. et hunc senarium affert, sed sine auctoris nomine, Τῆς παντομόρφου βασσάρας λαμπυρίδος. Ubi βασσάραν pro Vulpe accipi patet e duobus illis epithetis παντομόρφου et λαμπυρίδος : quorum illud ei ab omniformi versutia, hoc vero ab albicante et nitente cauda, a qua et λαμπουρὶς nominatur, inditum est. [Versus ille Lycophronis est 1393, ubi non de vulpe agitur, sed de Mestra, Erysichthonis filia. Βασσάρας Scholiasta recte explicat τῆς κατωφεροῦς καὶ πόρνης. G. Dind.] Nec vero βασσάρα solum nominatur illa ipsa Vulpes, sed et Βάσσαρος : nam, ut Etym. refert, λέγεται Βάσσαρος ἡ ἀλώπηξ κατὰ Ἡρόδοτον. Itidemque Suid. βάσσαρος, inquit, ἀλώπηξ κατὰ Ἡρόδοτον. [Βάσσαρος apud Herodotum non legitur, sed βασσάρια, de quo paullo post. G. Dind.] Pro quo Βάσσαρος Hesych. habet Βασσαρὶς : sic nimirum scribens, Βασσαρὶς, ἀλώπηξ, καὶ Βασσάρη, ita enim pro βασσάτη reponendum videtur, quod in vulg. ejus Edd. legitur, παρὰ Κυρηναίοις. [Codex βασ-
τ
σα.] Ac præterea apud Eund. est posses. Βασσάρειος ab eodem βασσάρα s. βασσάρη signif. Vulpem. Βασσάρεια, inquit, τὰ ἀλωπέκεια οἱ Λίβυες λέγουσι, i. e. Vulpina. [Recte Heinsius Βασσάρια ex Herodoto 4, 192, et ἀλωπέκια Alberti.] Ut vero ad Βασσαρὶς redeam, sciendum est ipsum demin. signif. non solum τὴν βασσάραν τὴν ἀλώπεκα, sed etiam τὴν βασσάραν τὴν βάκχην : ut Etym et Lex. meum vet. testantur. Βασσαρίδες, inquiunt, αἱ βάκχαι· παρὰ τὸ διάγειν ἐν βήσσαις, ὅ ἐστιν ὀρεινοῖς τόποις, ἢ παρὰ τὸ βασσάρη τὸ λεγόμενον ὑπόδημα : sed præpostere etymologias has accommodantes derivato βασσαρὶς, quum primitivo ipsius βασσάρα deferre eas debuissent. Adhæc ut βασσάρα dicitur ἡ πόρνη, ita et βασσαρὶς a Suid. exp. ἑταίρα, πόρνη, afferente ex Epigr. [Agath. 27] : Βασσαρὶς Εὐρυνόμη σκοπελοδρόμος, ἡ ποτὲ ταύρων Πολλὰ τανυκραίρων στέρνα χαραξαμένη. [Anacr. ap. Heph. p. 69 : Διονύσου σαῦλαι Βασσαρίδες. Βασσαρίδες Æschyli tragœdia fuit, secunda tetralogiæ Lycurgeæ fabula : v. Schol. ad Aristoph. Thesm. 135. Plurima apud Nonnum exempla sunt, ex quibus unum attulit Schæfer. 46, 147 : Βασσαρίδων ἀπέδιλος ἔην κεμαδοσσόος ἄγρη. G. Dind.] Præterea a βασσάρα, Baccha, est possess. Βασσαρικὸς, ἡ, ὸν, i. q. Βακχικὸς, Bacchicus : ut accipi videtur in Epigr. [Phalæci 3] : Στρεπτὸν βασσαρικοῦ ῥόμβον θιάσοιο μύωπα· ubi tamen Suid. exp. πορνικοῦ. Idem sane Suid. βασσαρικὰ esse dicit i. q. Διονυσιακὰ, quum tradit Soterichum sub Diocletiano imperatore scripsisse Βασσαρικά. Sed et Dionys. Afer, cujus Περιήγησις etiamnum exstat, Βασσαρικὰ scripsisse fertur, ut Eust. in ejus vita refert. Atque adeo Steph. B. ea Dionysii Βασσαρικὰ citat v. Εὐρύσθεια, et v. Μαλοί. Ibi enim e Dionysii Βασσαρικῶν 1 refert Μαλοὺς fuisse ἔθνος Ἰνδικὸν τῶν ἀνθεστηκότων τῷ Διονύσῳ μετὰ Δηριάδου. E quibus vv. satis liquet Βασσαρικῶν argumentum esse res a Baccho gestas : de quibus et Nonni Διονυσιακά. [De Bassaricis Dionysii vid. Bernhardy ad Dionys. Perieg. p. 492, 507, 515. G. Dindorf.]

[Βασσαρεὺς, έως, ὁ, cognomen Dionysi. Cornutus c. 30, p. 219 Gal. : Καὶ βασσαρέα καλοῦσιν (Dionysum) ἀπὸ τοῦ βάζειν. Alium locum indicavi in Βασσάρα. Horatius Od. 1, 18, 11 : Non ego te, candide Bassareu, invitum quatiam. Macrobius Saturn. 1, 18. Βάσσαρον dixit scriptor hymni Orphici 44, 2, et Clemens Alex. de quo supra in Βασσάρα. G. Dindorf.]

[Βασσαρέω, Bacchor. Anacreon ap. Athen. 10, p. 427 : Ὡς ἀνυδριστὶ ἀνὰ δεῦτε βασσαρήσω. Schneider.]

[Βασσάρη, Βασσαρικὸς, Βασσάριον. Vid. Βασσάρα.]

[« Βασσαρὶς, ίδος, ἡ, genus vestimenti apud Lydos. Scholiastes Horatii Od. 1, 18, 11 : « Bassaris est genus vestis, ad pedes usque demissæ, dictæ a Bassara, loco Lydiæ, ubi fit. » Et sic etiam Pollux 7, 59 : Λυδῶν δὲ Βασσάρα χιτών τις Διονυσιακὸς ποδήρης. Alii Thracibus tribuunt et Bacchis Thracicis. (Vide Βασσάρα.) Potuit Lydis et Thracibus commune hoc fuisse vestimentum, atque ex pellibus vulpinis confectum fuisse. Græci ἀλωπεκέας istas vestes dicerent. Ejusmodi galeas habuisse Thraces, Herodotus narrat 7, 75 : Θρῄϊκες ἐπὶ μὲν τῇσι κεφαλῇσι ἀλωπεκέας ἔχοντες. Bassares autem sunt vulpes. Non autem hæc vox est Græca, sed Thracica, et fortasse etiam Lydia. Prius docet Scholiastes Persii Sat. 1, 101 : Quidam, ait, a vulpibus, quarum pellibus Bacchæ succingebantur. Vulpes Thraces Bassares dicunt. Istiusmodi autem vestimenta Hunnis, Scythis, Parthis, Thracibus aliisque gentibus fuisse usitata, viri docti jam pridem observarunt. » Ex Jablonskii Opusc. vol. 3, p. 83. || De duabus aliis significationibus, Baccha et Meretrix, dictum in Βασσάρα.]

[Βάσσαρος, ὁ, Vulpis, ex Herodoto afferunt grammatici supra in Βασσάρα indicati. Qui in errore versantur : nisi forte βάσσαροι invenerunt ubi nunc βασσάρια legitur, 4, 192. || Βάσσαρος Διόνυσος. Vide Βασσαρεύς. G. Dindorf.]

[Βασσαχεῖται, οἱ, Bassachitæ, populus Marmaricæ. Ptolemæus Geogr. 4, 5. Ubi Βασσαχῖται scribendum ex codice Coislin. apud Montef. Bibl. Coisl. p. 668. G. Dindorf.]

[Βασσιάδαι. Vid. Βασσίδαι.]

[Βασσίδαι, οἱ, Bassidæ, Bassi progenies. Nomen gentis Ægineticæ apud Pindar. Nem. 6, 53. De quo vid. Mueller. Æginet. p. 138; Scholiasta Pindari forma Βασσιάδαι utitur. G. Dindorf.]

[Βάσσος, ὁ, Bassus. De viris qui hoc nomen gesserunt disseruit Barkerus in Diario classico Londin. fasc. lx, lxi, lxii. Ab nomine Βάττος nonnisi forma differre conjicit Bœckh. Inscript. vol. 1, p. 588; 2, p. 213. G. Dindorf.]

Βάσσος, τὸ, i. q. βῆσσα, ἡ, ut Hesychius [Βάσσος· οὐδετέρως ἡ βῆσσα] et Etym. [p. 191, 1] testantur. [Βήσσεα ποιήεντα apud Homer. hymn. in Ven. v. 99, lectum Ruhnkenius in πίσεα recte mutavit Epist. crit. 1, p. 53. G. Dindorf.]

Βάσσων, irregularis comparativus est a βαθὺς, ut θάσσων a ταχὺς, βράσσων a βραδὺς vel βραχύς : unde ap. Epicharmum βάσσον χωρίον pro βαθύτερον s. βάθιον, h. e. εὔγειον. [Apud Etymol. M. p. 191, 8, et Herodian. Περὶ μονήρους λέξεως p. 37, 11. G. Dindorf.]

Βαστὰ Itali vocant ὑποδήματα, ut tradit Hesych. [Non Ἰταλοὶ, sed Ἰταλιῶται, h. e. magnæ Græciæ incolæ. G. Dindorf.]

Βαστάγη, ἡ, Hesychio βάρος : forsan pro Onere, quod bajulatur. [Gl. Βασταγή· Devectio. V. Ducangium.]

Βάσταγμα, τὸ, Onus, quod portatur. Gall. *la portée*. [Eur. Suppl. : Δεινὸν μὲν ἦν βάσταγμα. Plutarch. Moral. p. 59, B : Παρρησίαν ὥσπερ ἐξαίρετον βάσταγμα φιλίας. Joseph. A. Jud. 6, 9, 1 : Δόρυ δὲ ἦν οὐ κοῦφον βάσταγμα : 9, 19, 2 : Εἶναι βαρὺ βάσταγμα βασιλείαν. Scott. Eustathius Opusc. p. 340, 1 : Θατέρα μὲν ταῖν

χεροῖν ὀχῶν ἔτι τὸν τίμιον χάρτην εἰς βάσταγμα. Tafel. Ὑποστήριγμα καὶ οἱονεὶ βάσταγμα τῆς κοίλης φλεβὸς Theophilus Protosp. p. 837. Weigel.]

[Βασταγμὸς, ὁ, Gl. Bajulatio. Symm. Ps. 80, 7. Angl.]

Βαστάζω, [fut. άσω], Porto, ut bajuli onera portantes. Aristot. De mundo [p. 400, 2] : Βαστάζειν γέροντας ἐπὶ τῶν ὤμων. Hinc οἱ βαστάζοντες, qui Bajuli Cic., Geruli Gellio. Scribit tamen Suid. βαστάζειν Att. non esse ἆραι, sed Rem aliquam manu contrectando ejus pondus explorare. Miror autem ab eo in hujus signif. exemplum non afferri Od. Φ, [405] : Αὐτίχ' ἐπεὶ μέγα τόξον ἐβάστασε καὶ ἴδε πάντη. Hic enim, ut opinor, signif. Eum manibus versasse arcum, aut ejus pondus sc. aut aliud explorantem. At Eust. ἐβάστασε dictum esse tradit κοινότερον, aliud non addens. Suid. βαστάζω exp. etiam δοκιμάζω, non solum in Βαστάζω, sed et in Ἐβάστασε : quam signif. ab illo, quem dixi, explorationis modo ad alios translatam existimo. Vide Διαβαστάζω. [Suidæ glossa ἐβάστασε est ex Aristoph. Thesm. 438 : Πάντα δ' ἐβάστασεν φρενί. Æschylus Prom. 888 : Ἐν γνώμᾳ τόδ' ἐβάστασε. Polyb. 7, 13 : Πᾶν ἐβάσταζε πρᾶγμα καὶ πᾶσαν ἐπίνοιαν ἐψηλάφει. Angl.] || Pro Sepelio, e Soph. affertur : [hoc effictum videtur ex Ajacis v. 827 : Ὡς με βαστάσῃ πεπτῶτα τῷδε περὶ νεορράντῳ ξίφει, ubi βαστάσῃ nihil aliud est quam Tollat. G. Dind.] sicut et συγκομίζειν hac in signif. ab eo [Ajac. 1048] poni scribit Schol. [Βαστάζω, Tollo, Porto. Homer. Il. Λ, 594 : Σίσυφον ... λᾶαν βαστάζοντα πελώριον ἀμφοτέρῃσιν. Sophocl. Electr. 1129 : Νῦν μὲν γὰρ οὐδὲν ὄντα βαστάζω χεροῖν. Euripid. Alcest. 19 : Γυναικὸς, ἣ νῦν κατ' οἴκους ἐν χεροῖν βαστάζεται. Rhes. 274 : Μάχας πρὸ χειρῶν καὶ δόρη βαστάζομεν. Iph. Aul. 36 : Δέλτον τήνδ', ἣν πρὸ χερῶν ἔτι βαστάζεις. Artemidorus 2, 68, p. 249, a Wakefield. indicatus : Ἐπὶ δίφρου βασταγῆναι. Aristoteles Rhet. 3, 12 : Βαστάζονται δὲ οἱ ἀναγνωστικοὶ, « feruntur, probantur qui inter legendum delectant ». Μισθὸν ἔφερες apud Aristoph. Acharn. 137 Scholiasta interpretatur ἐλάμβανες, ἐβάσταζες, ut solent recentiores scriptores βαστάζειν et φέρειν perinde habere. Sic ὄνομα βαστάσαι Cyrillus Hieros. p. 204, B. Εἰκόνα θεοῦ βαστάζειν corpus hominis dicitur in Clement. Homil. in Cotelerii Patr. vol. 1, p. 692. Nicephorus Greg. p. 61, D : Διάπυρόν τινα ζῆλον ἐν καρδίᾳ βαστάσασιν. Distinxit Joannes Xiphilinus in Matthæi Anecd. vol. 2, p. 35 : Ὁ παράλυτος πρὸς τὸν Χριστὸν φέρεται βασταζόμενος· et paullo post βαστάζοντες αὐτὸν ἔφερον. || Interdum solam contrectandi significationem habet. Æschyl. Agam. 34 : Χέρα βαστάσαι χερί. Ubi Blomfieldus comparat Sophocl. OEd. Col. 1105 : Τὸ μηδαμὰ ἐλπισθὲν ἥξειν σῶμα βαστάσαι δότε. Eurip. Alc. 917 : Φιλίας ἀλόχου χέρα βαστάζων. || Extollo, Illustrem facio. Pindarus Ol. 12, 27 : Θερμὰ Νυμφᾶν λουτρὰ βαστάζεις. Ubi schol. ὑψοῖς καὶ ἐπαίρεις. Isthm. 3, 14 : Χρὴ δὲ κωμάζοντ' ἀγαναῖς Χαρίτεσσιν βαστάσαι. || E medio tollo, Aufero, Asporto. Hunc usum Atticis abjudicat Suidas in βαστάσας, Βαστάσαι οὐ τὸ ἆραι δηλοῖ παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς, ἀλλὰ τὸ ψηλαφῆσαι καὶ διασκῶσαι καὶ διασκέψασθαι τῇ χειρὶ τὴν ὁλκήν. Athenæus 15, p. 693, E : Βασταχθῆναι τὰς τραπέζας, quod usitatius dicitur αἴρεσθαι vel ἀφαιρεῖσθαι τραπέζας : vide Wyttenb. ad Plutarch. vol. 6, p. 939. Idem Athenæus 2, p. 46, F : Βασταχθέντος τοῦ μέλιτος, ablato melle. Suidas : Βασταχθείη· ἀρθείη, κλαπείη. « Ὁ δὲ Λακύδης σφραγισάμενος διὰ τῆς ὀπῆς τὸν δακτύλιον ἐρρίπτει, ὡς μηδέποτε αὐτοῦ περιαιρεθείη καί τι βασταχθείη ». Ex Diogene L. 4, 59, ubi paullo post eodem sensu ἐβάσταζον, ad quod vid. Menag. et, quem Schæf. affert, Villoison. ad Longum p. 15; Huet. in Orig. Comm. in Matth. 11, 9, addit Routh. Proclus apud Photium Bibl. p. 322, 10 : Βαστάσαντες τῶν τριπόδων ἕνα. Alexander Trall. 3, p. 176 : Ἀτρέμα βαστάξας τὸ ἐπικείμενον ἔριον· et similiter ibid. p. 202. Paulus Ægin. 7, p. 267, 5 : Βαστάσας ἀπὸ τοῦ πυρὸς τὴν χύτραν. Insolentius Appianus de B. C. 1, 56 : Ὁ Σύλλας ἐπελθὼν ἐβάστασε τὴν ἀργίαν, sustulit ferias, quod paullo post dicitur ἀναιρεθείσης τῆς ἀργίας. Quod notavit Wakef. In Alexandri Trall. loco notanda Aoristi forma βαστάξας. Clement. Homil. in Cotelerii Patr. vol. 1, p. 640 : Ὃν διὰ τοὺς καμάτους βαστάξαντες ἠνέγκαμεν πρὸς ὑμᾶς. Apophthegm. Patr. in Cotelerii Monum. vol. 1, p. 819 : Βαστάξαι τὸν κόπον. Mauricius in Strategico p. 83 : Τοὺς κόντους ἄνω βαστάξειν. Sed βαστάσαι ibid. p. 97, 212, 295. Exempla nonnulla ex libris V. T. attulit Schleusner. in Thesauro V. T. G. Dindorf.]

[Βαστακτέος, α, ον, Ferendus. Schol. Aristoph. Ach. 258. Scott.]

[Βαστακτὴς, Bajulator. Gl.]

[Βαστακτικῶς, Bajulantis modo. Moschopulus Περὶ σχεδῶν p. 43, 190. Boisson. Schol. Æschyli Agam. 243 ab Scotto indicatus, ἀέρδην· βαστακτικῶς. Βαδιστικῶς in βαστακτικῶς corruptum vide sub Βαδιστικῶς. G. Dindorf.]

[Βαστακτὸς, ἡ, ὸν, Portatus, Portandus, Ferendus. Meleager 7, 5 : Ἐμοῖς βαστακτὸς ἐπ' ὤμοις. Angl Hesychius in Οὐ φορητὸν et in Ὑποιστά. Dahler.]

[Βάσταξ, ὁ, i. q. βαστακτὴς, Bajulator. Theoph. Protosp. 4, 1 : Οἱονεὶ δὲ βάσταξ τῆς κεφαλῆς ὑπάρχει ὁ τράχηλος. Alterum exemplum præbet compositum νεκροβάσταξ, quod v. Angl.] || Βάστακας Hesych. dici scribit τοὺς πλουσίους καὶ εὐγενεῖς, Divites et nobiles, Opibus et genere claros. Itidemque Etym. [p. 191, 13.]

[Βαστάρναι, οἱ, Bastarnæ, ἔθνος ὑπὲρ τὸν Ἴστρον οἰκοῦν. Διονύσιος (Perieg. 304), Stephanus Byz. Βαστάρνης πεντάπηχυς Athen. 5, p. 213, B. Βαστέρναι Memno apud Photium Biblioth. p. 233, et Zosimus 1, 71. Quam formam apud Laurentium Lydum De ostentis p. 192, 258, præbet codex Paris. : sed Βαστάρνων apud eundem p. 92, quod Βασταρνῶν recte scribit Hasius p. 325. Eadem fluctuatio codicum inter *Bastarnæ* et *Basternæ* in scriptoribus Latinis. G. Dind.]

[Βασταρνικὸς, ἡ, ὸν, Bastarnicus. Strabo 7, p. 296 : Βασταρνικὰ ἔθνη. G. Dindorf.]

[Βάστας, ὁ, Bastas. Hesych. : Βάστας ὁ Χῖος· Δημοκρίτου ἐπώνυμον, καθὰ καὶ Εὔπολις ἐν Βάπταις. Ἔστι δὲ ἱστοριογράφος. Ubi Vossius Luciani locum affert Pseudolog. 3 : Δόξαν ἔχεις ... ὑπὲρ τὸν Χῖον ἐκεῖνον Βάσταν. Democritum non Abderitam, sed musicum Chium intelligi, memoratum ab Diogene L. 9, 49, monet Hemsterhusius. De proxima Hesychii glossa : Βάστα Κάρας, vide in Βάτα. G. Dindorf.]

[Βάστειρα. V. Μάστειρα.]

[Βαστέρναι. V. Βαστάρναι.]

[Βάστρακες vel Βάστραχες. V. Βαστραχηλίζω.]

[Βαστραχηλίζω, Collum resupino.] Βαστραχηλίζει Hesychius explicat τραχηλίζει, subjungens, Bœotos βάστραχας dicere τοὺς τραχήλους. Eadem tradit Etymologus [p. 191, 11 : Βαστραχαλίσαι· τραχηλιάσαι. Βάστραχας γὰρ τοὺς τραχήλους λέγουσι. Quocum consentit Suidas, nisi quod βαστραχαλῆσαι vitiose scriptum habet. G. Dind.]; at Lex. meum vet. sic habet : Βαστραχηλιάσαι, τραχηλιάσαι. Βάστραχας γὰρ τοὺς τραχήλους λέγουσι.

Βασυνίας, ὁ, sub. ἄρτος vel πλακοῦς, dicitur ἐφθὸν πύρινον σταῖς σὺν μέλιτι, ut Athen. refert 14, [p. 645], in sermone de placentis : ubi etiam hæc verba affert ex Semo, Deliadis libro 2, ἐν τῇ τῆς Ἑκάτης νήσῳ τῇ Ἰριδι θύουσι Δήλιοι τοὺς βασυνίας καλουμένους, Placentas quæ basyniæ dicuntur, id est placentas ex massa farinæ triticeæ cum melle.

[Βατὰ, ῶν, τὰ, Bata, pagus et portus Sarmatiæ. Strabo 11, p. 496, 497. G. Dindorf.]

Βάτα Κάρας, Proverbialiter ἐπὶ τῶν παχέων καὶ δυνατῶν dici Suid. ait, qui et κατὰ διαστολὴν leg. hæc duo vv. addit. Erasmus ἀδυνάτων legit, ut qui de pinguibus et impotentibus dictum esse scribat. Idemque putat v. esse comp. e βατὰς, quod Hesych. ap. Tarentinos signif. Pronum indicat, et κάρα, Caput : atque ita dici in hominem tardi ingenii : quia capite esse dejecto, hebetioris ac segnioris animi signum esse solet. Forsan aliquid huc confert βάστα κάρας apud Hesychium. [« Hoc proverbium Ruhnkenius restituit Joanni Siceliotæ in scholiis in Hermogenem : Καὶ Διονύσιος ὁ Ἁλικαρνασεὺς καὶ Σμυρναῖος ὁ Ἀριστείδης περὶ ἰδεῶν τε καὶ τέχνης γράψαντες βάτα κάρας ἡ παροιμία φησί. In Ms. erat βούτα. Βάτα κάρας ποιεῖσθαί τι vel γράφειν est quod Latini dicunt *crassa Minerva.*

De ipso proverbio Appendix Proverb. Vaticana : Βάτα Κάρας. Ἐπὶ τῶν παχέων λέγεται τοῦτο. Τινὲς οὖν ἐνόμισαν ἓν ὄνομα τοῦτο εἶναι, καὶ ἐχρήσαντο τῇ παροιμίᾳ ἐπὶ τῶν παχέων· ἔστι δὲ υἱὸς ὁ Κάρας τοῦ Βάτα, ὡς ἐν τῷ Ἡραίῳ τῷ Σαμίῳ ἐπιγέγραπται.... Huc etiam pertinet locus Hesychii : Βάστα Κάρας· δύο ταῦτα ὀνόματα· ἐπιγέγραπται δὲ ἐπὶ ἀναθήματος ἐν Σάμῳ ἐν τῷ τῆς Ἥρας ἱερῷ οὕτω, Βάστα Κάρας Σάμιος τήνδ' Ἥρῃ θήραν ἔθηκε· qui versus satis docet, Hesychium aliosque grammaticos, qui Βάστα Κάρας pro duobus nominibus acceperint, graviter errare. Etenim si Caras est Bastæ filius, Βάστα est genitivus Doricus, qui, optime observante Ruhnkenio, non corripi debebat, sed produci. Est igitur Βαστακάρας, saltem apud Hesychium, unum nomen ». Kœn. ad Gregor. Cor. p. 125. In scholio ad Hermogenem quum codex βούτα præbeat, fortasse Βάτου potius scribendum quam Βάτα, quemadmodum in Appendice Vaticana codex Ms. bis βάτου habet pro Βάτα : vide Schott. ad Adag. p. 381. De Hesychio multum fallitur Kœnius : neque enim numeris inclusa fuit inscriptio illa Samia, sed prosa oratione scripta, servandaque codicis lectio : Ἥρῃ τήνδε θήρην ἀνέθηκε, quam Kœnius tacite interpolavit. Quod Suidæ restitui voluit Erasmus ἀδυνάτων pro δυνατῶν, id ipsum præbet Apostolius 5, 39, p. 56 : sed in δυνατῶν consentit grammaticus a Bastio ad Gregor. l. l. ex codice SGerm. 177 citatus, Βάτα Κάρας· ἐπὶ τῶν παχέων καὶ δυνατῶν, ἢ ἐπὶ τῶν ἀναισθήτων· εἴρηται δὲ ἀπὸ ἐπιγραφῆς οὔσης ἐν Σάμῳ ἐν τῷ Ἡραίῳ, καταπλανησάσης ὑπ' ἀγνοίας τοὺς ἀναγνόντας. Ἐπέγραφον γὰρ πατρόθεν προτάσσοντες τὸν πατέρα, καὶ ἔστι τὸ μὲν Βάτα γενικὴ πτῶσις, τὸ δὲ Κάρας ὀρθή, ἵνα ᾖ Κάρας ὁ Βάτα υἱὸς, ἦγουν ὁ υἱὸς τοῦ Βάτα, ὑφ' ἓν δὲ ἐξενεχθὲν ἐπλάνησε πολλούς. Ὅθεν καί φασιν ἐπὶ τῶν ἀναισθήτων εἰρῆσθαι τὴν παροιμίαν. Βατακάρας conjunctim scriptum apud Apostolium. Ceterum ex his satis videtur apparere veram proverbii scripturam esse Βάτα Κάρας, vitiosam Hesychii Βάστα Κάρας, quæ fortasse ex præcedenti glossa Βάστας orta est, sive ipsius hic error Hesychii est sive antiquioris grammatici. G. Dindorf.]

[Βαταβάκης. V. Βαττάκης.]

[Βαταίνει· καλεῖ, Hesych. Conf. Βαπαίνω. G. D.]

[Βατάκης. V. Βαττάκης.]

[Βατάλειος, α, ον, Bataleus. Βατάλεια αὐλήματα. Vid. in Βάταλος.]

[Βατάλη, Hemsterhusii conjectura dubia, de qua vide in Βατύλη.]

[Βαταλίζομαι, Effeminatam, turpem vitam duco. Suidas : Βατταλίζεσθαι· μαλακῶς καὶ αἰσχρῶς διάγειν. Etymol. p. 191, 20 : Βάταλον ὄνομα παρὰ τοῖς παλαιοῖς τῶν μαλακιζομένων τὸν πρωκτόν· ἀπὸ τοῦ τύπτεσθαι ἐν τῷ ἔργῳ καὶ βατταλίζεσθαι. Schol. Æschinis p. 742 : Βαταλίζεσθαι, οἱονεὶ τύπτεσθαι. Theano Epist. 1 : Κακοσχολεῖ πρὸς ἡδονὴν καὶ βαταλίζεται περιαγόμενον. Angl. Vera verbi scriptura βατταλίζομαι est : vide infra in Βάτταλος. G. Dindorf.]

Βάταλος, ὁ, Hesych. καταπύγων καὶ ἀνδρόγυνος, κίναιδος, ἔκλυτος [ubi Schrevelius Clement. Alex. affert Pædag. 3, 3, p. 266 : Οὐκ ἄνδρας, βατάλους δὲ καὶ γύννιδας καλεῖν τούτους χρή] : quæ ferme signiff. et τῷ βάκηλος supra datæ fuerunt. Harpocr. scribit Æschin. II. παραπρεσβ. [p. 41, 14] hoc nomine Demosthenem vocare, quoniam κεκωμῴδηται ἐπὶ μαλακίᾳ. Eupolidem vero τὸν πρωκτὸν dicere βάταλον : indeque forsitan τοὺς κιναίδους appellari βατάλους. Meminit Suid. quoque; ita enim vocitatum fuisse Dem. tradit, quum juvenis adhuc esset, veluti γυναικώδη : ætate autem provectum, dictum fuisse ἀργᾶν, a serpente sic nominato : uterque autem exp. βδελυρὸς, αἰσχρός. Plut. Demosthene 1554 meæ Ed. [c. 4,] scribit eum ab initio fuisse κάτισχνον καὶ νοσώδη, dicique eum τὴν λοιδορουμένην ἐπωνυμίαν τὸν βάταλον εἰς τὸ σῶμα σκωπτόμενον ὑπὸ τῶν παίδων λαβεῖν : fuisse autem Batalum, ut quidam perhibent, αὐλητὴν τῶν κατεαγότων, et ob hoc ipsum ab Antiphane Comœdia quadam taxatum [addit Plutarchus : Ἔνιοι δέ τινες ὡς ποιητοῦ τρυφερὰ καὶ παροίνια γράφοντος τοῦ Βατάλου μέμνηνται] : sed videri et τῶν οὐκ εὐπρεπῶν τι τοῦ σώματος μορίων ap. Atticos tunc nuncupatum fuisse βάταλον : ut Etym. quoque tradit βάταλον secundum quosdam nominatum fuisse ap. veteres τῶν μαλακιζομένων τὸν πρωκτόν : qui et ipse dicit hoc fuisse Dem. ἐπώνυμον : antiquos autem ita vocasse τὸν μαλακὸν, καὶ βδελυρὸν, καὶ αἰσχρὸν, a Batalo quodam tibicine, qui quum μαλακὸς esset, Mollis et effeminatus, talia etiam αὐλήματα repererit. [Grammaticus Bekkeri Anecd. p. 221, 26 : Βάταλος· ἐπώνυμόν ἐστι Δημοσθένους. Ὁ δὲ Βάταλος ἐκαλεῖτο παρὰ τοῖς παλαιοῖς μαλακὸς, ἀπὸ Βατάλου τινὸς αὐλητοῦ μαλακοῦ, ὃς καὶ Βατάλεια ταῦτα ἐξεῦρεν. Conf. Schol. Æschinis p. 742 ed. Reisk. Photius Bibl. p. 495, 40, consentiente Libanio in vitæ Demosthenis init. : Ἱστόρηταί τις Ἐφέσιος Βάταλος αὐλητὴς γενέσθαι, ὃς πρῶτος ὑποδήμασι γυναικείοις ἐπὶ τῆς σκηνῆς ἐχρήσατο καὶ μέλεσι κατεαγόσι, καὶ ὅλως τὴν τέχνην ἐμαλάκισεν· ἀφ' οὗ τοὺς ἐκλύτους καὶ ἀνάνδρους Βατάλους ἐπονομάζουσι. Scholiasta Hermogenis Περὶ ἰδεῶν p. 408, 33 : Βάταλος λέγεται ὁ μυξώας. Ubi Reiskius in indice ad Demosthenem μυξώδης corrigit. Batalum tibicinem memorat Lucianus Adv. indoct. c. 23, vol. 3, p. 119. G. Dind.] Meminit ipse etiam Dem. hujus convitii in Or. II. στεφ. [p. 288, 17] : conversa enim ibi ad Æschinem oratione dicit : Ἐμαυτὸν μὲν, ὃν ἂν σὺ λοιδορούμενος καὶ διασύρων καλέσαις βάταλον. Inde Βαταλίζεσθαι dicitur τὸ μαλακῶς καὶ αἰσχρῶς διάγειν, Mollem, effeminatamque, et turpem vitam ducere : quam ob rem et βάταλον appellatum fuisse Dem. Plutarchus rursum in Vita decem Oratt. [p. 847, E] tradit; ait enim esse qui dicant eum ἀσώτως βιῶναι, γυναικείαις τε ἐσθῆσι χρώμενον καὶ κωμάζοντα ἑκάστοτε : unde βατάλου cognomen ei impositum fuisse. Quosdam tamen velle eum ὑποκοριστικῶς a nutricis nomine ita λελοιδορῆσθαι. Sed hoc Æschines negat, ab ipsa re eum hoc cognomen invenisse dicens; nam in Or. c. Tim. p. 21 [p. 18, 28], de hac ἐπωνυμίᾳ loquens : Οὐ κακῶς, inquit, ὑπὸ τῆς φήμης, ἀλλ' οὐχ ὑπὸ τῆς τίτθης (ubi notandum hoc τίτθης, pro quo Plut. habet τροφοῦ) βάταλος προσαγορεύεται, ἐξ ἀνανδρείας τινὸς καὶ κιναιδείας ἐνεγκάμενος τοὔνομα : aperte explicans quo modo ipsum intelligi velit, nimirum Effeminatum hominem eum esse et cinædum : quamobrem ei etiam exprobrat τὰ κομψὰ χλανίσκια, καὶ τοὺς μαλακοὺς χιτωνίσκους : quæ si ei detraherentur, dicit dubitaturos judices εἴτε ἀνδρὸς, εἴτε γυναικὸς εἰλήφασιν ἐσθῆτα. Veruntamen et ipse Dem. ap. eum p. 20 [p. 17, 42] dicit : Εἰ μὴ καὶ ἐμὲ δεῖ ὑπακούειν τοῖς ὄχλοις μὴ Δημοσθένην καλοῦμενον, ἀλλὰ βάταλον, ὅτι ταύτην ἐξ ὑποκορίσματός τινος τίτθης τὴν ἐπωνυμίαν ἔχω. [Vera nominis scriptura videtur Βάτταλος, pariterque in derivatis. Βάτταλος apud Etymol. et Thomam M. s. h. v. scriptum et in codicibus quibusdam Æschinis et Demosthenis, apud Liban. vol. 4, p. 312. Hedylus apud Athen. 4, p. 176, D : Καὶ τὸν ἐν ἀκρήτοις Βάτταλον ἡδυπότην. Ubi duo apographa βάταλον. G. Dindorf.]

[Βάτανα. V. Βατανέαι.]

[Βατάναβος, Ἀραβίας σταθμός· τὸ ἐθνικὸν Βαταναβηνὸς, Stephan. Byz. Vulgo Βαστάναβος et Βαστἀναβηνός. Codex Vratisl. Βατάναβος favente literarum ordine. G. Dindorf.]

[Βατανέαι, συνοικία Συρίας, ἡ καὶ Βατανέα ἑνικῶς. Τὸ ἐθνικὸν Βατανεώτης· ἔστι καὶ Βάτανα πρὸς τῷ Εὐφράτῃ, Steph. Byz. Cod. Vrat. Βαταναῖαι et Βαταναῖα. Βαταναία sæpius ap. Joseph. Et Suidas : Βαταναία· χώρα. Βατάνεια et Βατάνεα apud Stephanum in Ἀγβάτανα. G. Dind.]

[Βατάνη, ἡ, Patina. Matro Athenæi 4, p. 136, D : Κεῖτο δέ τις βατάνη (codex βατάνης), ἧς οὐδεὶς ἥπτετο δείπνῳ. G. Dindorf.]

[Βατάνιον, τὸ, Patella.] Βατάνια Hesychio sunt τὰ λοπάδια, qui Siculis peculiare esse h. v. addit; ut et ap. Athen. 1, [p. 28, C], laudantur Κνίδια κεράμια, Σικελικὰ βατάνια, Μεγαρικὰ πιθάκνια. Et Alexis ap. Eund. 4, [p. 169, D] : Οὕτως δ' ὀψοποιεῖν εὐφυῶς Περὶ Σικελίαν αὐτὸς ἔμαθον, ὥστε τοὺς Δειπνοῦντας ἐς βατάνιά γ' ἐμβαλεῖν ποιῶ Ἐνίοτε τοὺς ὀδόντας ὑπὸ τῆς ἡδονῆς. Ibidem ex Antiphane : Πολύπους τετμημένος Ἐν βατανίοισιν ἐφθός. Ita enim reponendum pro βατάνοισιν (quod vulgatæ Edd. habent), postulante metro. Ibidem et per π dici πατάνια tradit, afferens ejus exempla ex Antiphane et aliis. At 12, [p. 516, F], ap. Eund. Alexis βατάνια eduliis annumerare videtur,

quum ait: Ἀλλ' ἀπαλλάγηθί μου Κανδαύλους λέγων καὶ χοίρεα καὶ βατάνια, nisi intelligas Patellas cum incoctis opsoniis. [Apud Athenæum 4, p. 169, libri pene constanter diphthongo utuntur βατανει... et πατανει... Alexandrinis hoc vocabulum tribuit Antiatticista p. 84, 13: Βατάνια· τὰς λοπάδας, ὡς Ἀλεξανδρεῖς. Ἀντιφάνης Γάμοις. Quod etiam Pollux subindicat 10, 108: Ἄλεξις ἐν Ἀσκληπιοκλείδῃ πατάνια εἴρηκεν· ἐν δὲ τοῖς Ἱππάρχου Πανυχίσιν εὑρῆσθαί φασι κατὰ τὴν τῶν ἰδιωτῶν συνήθειαν εἰρημένον βατάνιον. Βατάνιον cum βοτάνιον confusum vide in Βοτάνιον. De altera forma πατάνιον dicetur suo loco. G. Dindorf.]

[Βατάνωχος, ὁ, Batanochus, Persa, apud Æschyl. Pers. 982. G. Dindorf.]

[Βατάρα· πυκλιή, Μακεδόνες, Hesych. ubi pro πυκλιὴ Vossius legendum putabat πυετίη, Albert. κοτύλη, equidem πυελίς. Saltem πατάρα auctore Steph. Byz. est ἄγγος vel κίστις. Sed πύελος est ἔμβασις, ὄρυγμα, ἐμβατή, ἔνθα ἀπολούονται (v. Schol. Aristoph. Eq. 1057, et Suid.), et πυελὶς teste Suida aliisque est σφαγιδοφυλάκιον. Sturz. Non satisfaciunt hæc. Codex βαθάρα. Quod addit Hesychius, πυρλὸς Ἀθάμαντες (h. e. Ἀθαμᾶνες), in πύελος mutabat Sopingius. G. Dindorf.]

[Βαταρίζω et derivata vide in Βατταρίζω.]

[Βάτας, Batas. V. Βάτα Κάρας.]

Βατὰς, Tarentinis ὁ καταφερὴς, Hesych. [Hoc βάτας potius scribendum. Conf. Βάτης. Similem significatum Hesychius tribuit vocabulo βαδὰς, de quo supra. G. Dindorf.]

[Βάτεια, ἡ, Batea, Teucri filia, Dardani uxor. Apollodorus 3, 12, 1; Berkel. ad Stephan. Byz. in Βατίεια. ‖ Nais, OEbali uxor. Apollodorus 3, 10, 4. ‖ De nomine loci Βάτεια vide in Βατίεια. G. Dindorf.]

[Βατέταρα, πόλις Αιγύων, θηλυκῶς. Τὸ ἐθνικὸν Βατεταραῖος, Stephan. Byz. G. Dindorf.]

Βᾰτεύω, εύσω, Ineo, ὀχεύω. Theocr. 1, [87]: Ὦ πόλος ὅκκ' ἐσορῇ τὰς μηκάδας οἷα βατεῦνται: ubi volunt βατεῦνται pro βατεύονται positum esse; regulariter tamen Dor. pro βατοῦνται poni, dicendum esset. [Euripides Suppl. 1003: Πυρὸς φῶς τάφον τε βατεύουσα τὸν αὐτόν. Ubi verbum ματεύειν requiri vidit Marklandus. Indicatum in Scap. Ox. Utraque scriptura coaluit apud Xenophontem Conviv. 4, 27, ubi libri ἐμβατεύετε, h. e. ἐβατεύετε. G. Dindorf.]

Βᾰτέω, ήσω, Vado. [Hesych.: Βατεῖν· πορεύειν, πορεῖν.] ‖ Βατεῦνται vero, Dor. pro βατοῦνται, ἐπὶ ζώων μίξεως, De coitu animantium, a Theocr. [1, 87] dici, Eust. [p. 741, 48] auctor est. [Anth. Pal. 9, 317: Τοὶ δὲ τραγίσκοι εἰς ἐμὲ δερκόμενοι τὰς χιμάρας ἔβλεπον. Ubi Salmasius ἐβάτευν. Schæf.] ‖ Βατέω est item Calco, pro πατέω, lingua Delphorum. Plut. [Mor. p. 292, E]: Τὸ πατεῖν βατεῖν, καὶ τὸ πικρὸν βικρὸν ἐπιεικῶς καλοῦσι.

[Βᾶτη, ἡ, Bate, δῆμος τῆς Αἰγηίδος φυλῆς· ... τὸ ἐθνικὸν ἐπιρρηματικῶς Βατῆθεν, Steph. Byz. Pravo accentu Βάτη, δῆμος Ἀττικῆς scriptum apud Herodian. Περὶ μονήρους λέξεως p. 42, 24. Diogen. L. 10, 6: Ἀμυνομάχῳ Βατῆθεν· ubi Menagius in Hesychii glossa Βατιῆθεν· ἐκ δήμου Βατῆς τῆς Αἰγηίδος φυλῆς, Βατῆθεν corrigit contra literarum ordinem: recte fortasse, quanquam Βατιῆθεν a poeta dici potuit pro Βατῆθεν, quemadmodum Βατίεια et Βάτεια dictum fuit. Inscriptio apud Bœckh. vol. 1, p. 196, 18: Δρακοντίδου Βατῆθεν. Isocrates p. 373, B: Νικομάχῳ Βατῆθεν. Gentile Βατῆς legitur in inscriptione Fourmonti apud Bœckh. vol. 1, p. 314, nisi forte ἐκ Βατῆς scribi debuit. G. Dind.]

Βᾰτὴρ, ῆρος, ὁ, Qui graditur s. incedit: ὁ βαίνων, βαδιστικὸς, Hesych. ‖ Item Limen, ἐφ' οὗ καὶ βαίνομεν, apud J. Poll. [2, 200,] qui h. l. Amipsiæ citat, Ἐπ' αὐτὸν ἥκεις τὸν βατῆρα τῆς θύρας. ‖ Item in πεντάθλῳ ἁλτικῷ est, Unde cursores desiliebant: τὸ ἄκρον, s. ἡ ἀρχὴ, ut Eust. [p. 1404, 56,] habet, τοῦ σκάμματος τῶν πεντάθλων, ἀφ' οὗ ἅλλονται τὸ πρῶτον· ut Hesych. exp.; unde illud, Αὐτὸν κέκρουκας τὸν βατῆρα τοῦ λόγου, i. e. πρῶτον καὶ ἐπικαιρότερον, ut Eust. exp. [et Etym. p. 192, 3. Grammaticus Bekkeri p. 224, 12: Βατήρ· τὸ ἄκρον τοῦ τῶν πενταέθλων σκάμματος, ἀφ' οὗ ἅλλονται τὸ πρῶτον. Σέλευκος. Σύμμαχος δὲ τὸ μέσον, ἀφ' οὗ ἁλλόμενοι (Bekkerus ἁλόμενοι)

πάλιν ἐξάλλονται· ἄμεινον ὡς Σέλευκος· σημαίνει δὲ καὶ τὸν τῆς θύρας οὐδὸν, ὃν Ὅμηρος βηλὸν, οἱ δὲ τραγικοὶ βαλόν. G. Dind.] ‖ Item Meta, J. Poll. 3, c. 30, [sect. 147], Π. δρόμου γυμνικοῦ: Ἵνα δὲ παύονται, τέλος, καὶ τέρμα, καὶ βατήρ. ‖ Ap. Nicandr. vero Θ. [377]: Ὀροιτύπτοιο βατῆρα Κόψαντες ῥάδικα πολυστεφέος κοτίνοιο, Schol. exp. βακτηρίαν, κατ' ἀφαίρεσιν τοῦ κ· mox addit, aliis esse τὴν ποιμενικὴν ῥάβδον, μεθ' ἧς βόσκουσι· Demetr. vero Chlorum tradere βατῆρα dici, ἐπειδὴ τὰ βοτὰ ἐλαύνει· Antigonum autem παρὰ τὸ τὴν βάσιν τηρεῖν. [‖ I. q. χορδότονον. Nicomach. Music. p. 13: Εἰς τὸν τοῦ ὀργάνου βατῆρα, ὃν χορδότονον ὠνόμαζε. Indicavit Schneiderus. Adde ibid. p. 19. G. Dind.]

[Βατηρία, ἡ.] Βατηρίαν Hesych. pro βακτηρίαν poni dicit, i. e. ῥάβδον. [Schol. Nicandri Ther. 377, ex Herodis hemiambis, Μή σ' ἐκπερῶν ὁ πρέσβυς οὐλῇ κατ' εὐθὺ βατηρίῃ καλύψῃ. Wakef.]

Βᾰτήριος, ία, ον, Scansorius. Phocyl. [13, 175]: Μήδ' ἀλόγοις ζώοισι βατήριον ἐς λέχος ἔλθοις.

[Βᾰτηρὶς, ίδος, ἡ, Scansoria. Zonas in Anth. Pal. 7, 365: Βατηρίδος ἐκβαίνοντι κλίμακος. Schneid.]

Βάτης, ου, ὁ, ἀναβάτης πίθηκος, Hesych. [Non hoc scriptum est apud Hesychium, sed βάτης· πίθηκος ἀναβάτης· quod dubitatur pro una an duabus interpretationibus haberi oporteat. Τράγος βάτης, Hircus admissarius, Hesych. in Ἔβρος. Idem, Θόρος· βάτης, ἀφροδισιαστής. Tarentinum βάτας, i. q. καταφερὴς, vide supra. υ-. G. Dind.]

[Βάτης, ὁ, Bates, eunuchus, urbi Gazæ præfectus, ap. scriptorem de toleranda obsidione inter Mathemat. vet. p. 361, ex Arriano Exped. Alexandri 2, 25, 6, ubi nunc Βάτις legitur. G. Dind.]

Βατία, Hesychio ὁ τῆς καλάμης καρπὸς, quem et Ἄβρυνα et Μορέα vocari tradit. Sed suspectum est illud καλάμης: nam βατία proprie sunt τὰ βατώδη μόρα, Mora sylvestria, quæ rubi ferunt, ut Athenæus quoque docet lib. 2, apud quem tamen proparoxytonως scriptum Βάτια. Quin et pro μορέα apud Hesych. reponendum μόρα ex Athenæo. [Quæ Hesychius tradit, emendatius leguntur in grammatico Bekkeri p. 224, 18: Βάτια· συκαμίνου ὁ καρπὸς, ὑπὸ Σαλαμινίων· καλεῖται δὲ καὶ ἄβρυνα καὶ μόρα. Unde Ruhnkenius in Auctario ad Hesych. emendavit quod apud Athenæum legebatur 2, p. 51, F: Σαλαμώνιοι δὲ τὰ αὐτὰ ταῦτα (ἄβρυνα et μόρα dicit) βάτια. Hoc igitur ab nominativo τὸ βάτιον est. Feminino ἡ βατία utitur, quèm Hesychii interpretes afferunt, Pindarus Ol. 6, 90: Κέκρυπτο γὰρ σχοίνῳ βατίᾳ τ' ἐν ἀπειράτῳ· ubi libri plures et Scholiasta metro vitiato βατείᾳ, quod Eustathius quoque legit p. 351 extr.: Ἐκ τῶν βάτων, αἵπερ καὶ βάτειοι τρισυλλάβως λέγονται, ὡς ὁ Πίνδαρος δηλοῖ ἐν τῇ εἰς τὸν Ἀγησίαν ᾠδῇ. Etymol. p. 191, 51: Βάτεια ... Λέγεται δὲ καὶ τῆς συκαμίνου ὁ καρπὸς ὀποβάλσαμος καὶ μόρα. ‖ Βατία i. q. Βατὶς apud Hesychium, cujus locum vide infra in Βατίς. ‖ Βατία, ἡ, Poculi species. Hesychius: Βατιθῇ (probabiliter Salmasius Βατίῃ)· φιάλῃ· οἱ δὲ εἶδος ποτηρίου. Dubia scriptura est in Alexandri epistola apud Athen. 11, p. 784, B: Ἄλλα ποτήρια μικρὰ, ῥυτὰ καὶ βάτια καὶ λυκιουργοὶ ἐπίχρυσοι. Codex Paris. βασία καὶ, qui paullo ante pro βατιάκαι præbet βάτια καί. G. D.]

[Βατίαι, αἱ, Batiæ, urbs Epiri. Strabo 7, p. 324. G. Dind.]

Βατιάκη, ἡ, Poculi genus, teste Athen. 11, [484, A, ubi Περσικὴ φιάλη vocatur] afferente e Diphilo l. [p. 484, E]: Τραγέλαφος, πρίστις, βατιάκη, λαβρώνιος. Idem et Βατιάκιον vocatur per demin. Philemo ibid. [p. 497, F]: Ἱπποτραγέλαφοι, βατιάκια, σαννάκια. Ibid. [p. 484, F.] Didymus τὸν λαβρώνιον dicit ὅμοιον εἶναι βομβυλιῷ ἢ βατιακίῳ. Aliquanto ante [p. 480, A] βατιάνιον legitur de vase itidem: κρατὴρ χρυσοῦς, Κυρηναίων ἀνάθημα, βατιάνειον ἀργυροῦν. [Βατιάνιον nihili est. Recte codex Venetus βατιάκιον. Ceterum de hoc poculo vide Hemsterhus. ad Hesych. vol. 1, p. 706. In loco Aristotelis Περὶ Θ. Ἀ. (p. 834, 4 ed. Bekker.), quo utitur Hemsterhusius, libri variant inter βατιακὰς, βατιανὰς et βατιατικάς. G. Dind. Bochart. Hieroz. t. 2, p. 878, confert Chald. בטיח *Bathiach.* Angl.]

[Βατιάκιον. Vid. Βατιάκη.]
[Βατιάτης. Vid. Βατίεια.]
[Βατιδοσκόπος. Vid. Βατίς.]

Βατίεια, ἡ, [Hom. Il. B, 813,] in Bœotia, Collis quidam circa Trojam, dictus ἀπὸ τῶν περὶ αὐτὸν βάτων, quasi Rubetum diceres. Eandem ob rem Campaniæ quoddam oppidum dictum fuit Rubi. [Stephanus Byz.: Βατίεια· τόπος τῆς Τροίας ὑψηλός. Κέκληται ἀπὸ Βατείας τινὸς, ὡς Ἑλλάνικος ἐν πρώτῃ Τρωικῶν· ἢ ἀπὸ τοῦ πάτου τῶν ἵππων, ἤγουν τῆς τροφῆς, τροπῇ τοῦ π εἰς β· ἢ ἀπὸ τῶν βάτων. Τὸ ἐθνικὸν Βατιεὺς καὶ Βατιειάτης. Etymol. M. p. 191, 37—48, triplicem agnoscit nominis formam, Βατία, unde ἐθνικὰ duci Βατιεὺς et Βατιάτης, Βατίεια et Βάτεια, et de postrema addit, ἐγὼ εὗρον ἐν τοῖς ῥητορικοῖς (conf. λέξεις ῥητορικὰς in Bekkeri Anecd. p. 221, 31,) τὴν λέξιν οἰκίαν τινὰ σημαίνουσαν, ἀπὸ Βάτωνος ἐπωνομασμένην δεσπότου· ἢ σκεῦος, ἢ κόσμον, ἢ χωρίον τι. Hinc Berkelius Stephano Βατιάτης restituit, inventum in codice Vossiano, et in lemmate Βατία. Βατίεια igitur epica fuit, ut videtur, nominis forma: vulgaris Βάτεια vel Βατία. Apud Strabonem 13, p. 597, codices plures Βάτειαν præbent pro Βατίειαν. Eustathius ubi de origine loci exposuit, Ὅρα δὲ, inquit p. 351, 36, καὶ ὅτι πρωτότυπον ἡ Βάτεια· ὅθεν κατὰ πλεονασμὸν ἡ Βατίεια, ὁμοίως ἴσως τῷ ὑγεία ὑγίεια. Apud Dion. Chrysost. vol. 1, p. 315, ubi loci Homeri mentio fit, Βαττείαν scriptum. G. Dind.]

[Βάτινος, η, ον, Rubeus. V. Βάτος.]

[Βάτιον, τὸ, Rubus. Gl. Βάτιον, Rubetum. Vide Βατία.] Βάτιον, τὸ, demin. pro βάτος dicitur, ut Aristoph. Il. [1011] docet, ubi anus de adolescente amasio suo loquens ait, Εἰ λυπουμένην γ' αἴσθοιτό με, Νιτάριον ἂν καὶ βάτιον ὑπεκορίζετο, Abblandiens mihi me appellabat νιτάριον et βάτιον. Ubi Schol. quoque annotat hæc ὑποκορίσματα habere φιλοφρονητικὴν προσφώνησιν· νιτάριον autem esse qui exp. νεόττιον, ut sit pro κοράσιον: βάτιον autem, pro βατύλην, i. e. μικρὰν θήλειαν, Fœminam pusillam: alios dicere esse demin. e propr. nomm. Νίταρος et Βάτος, quorum ille sit πολὺς ἐπὶ μαλακίᾳ, hic vero et ipse ὀνειδιζόμενος ἐν ταῖς κωμῳδίαις. Addit etiam, βάταλον vocatam fuisse τὴν ἕδραν, παρ' ὃ καὶ τὸ βάτιον· vel βάτιον accipi posse pro τρυφερὸν καὶ μαλακὸν, οἷος ὁ βάτος τὸ ἰχθύδιον. Sunt alii qui putent esse demin. illud a νίτρον, hoc a βάτος: ut dicat, eam, si quando ægro animo esset, et doleret, amariorem fuisse in modum nitri et rubi; ambo enim ea astringunt et offendunt linguam. Rursum Schol. Aristoph. addit, ἀνόητον esse τὸ συνεσταλμένως ἀναγινώσκειν· innuens duplici τ scrib. νιττάριον et βάττιον: quam scripturam si sequamur, erunt potius e propr. nomm. Νίτταρος et Βάττος, quam ex νίτρον et βάτος. Suid. quoque gemino τ ea scripta habet. Vid. et Βατία. [Irrita omnis hæc disputatio est. Libri plures νιττάριον ἂν καὶ βάττιον· unde recte Bentleius νηττάριον ἂν καὶ φάττιον. G. Dind.]

[Βατιοσκόπος, lectio vitiosa, pro Βατιδοσκόπος, de quo vide in Βατίς. G. Dind.]

[Βάτις. Vid. Βάτης.]

Βατὶς, ίδος, ἡ, demin. dicitur βάτος ὁ ἰχθὺς, quem mollem esse et delicatum, tradit Aristoph. Schol. in Βάτιον citatus. Idipsum patet e comp. Βατιδοσκόποι [quod βατιοσκόποι male scriptum apud Schol. Aristoph. Vesp. 506. G. Dind.]: nam eo nomine dicuntur Qui avidius inhiantes ταῖς βατίσι, utpote opsonio delicatiori, eas in foro piscario intentiore oculo persequuntur, modo huc, modo illuc respectantes. Aristoph. Εἰρ. [811]: Γοργόνες, ὀψοφάγοι, βατιδοσκόποι, ἰχθυολῦμαι. Et Σφ. [510]: Οὐδὲ χαίρω βατίσιν, οὐδ' ἐγχέλυσιν, ἀλλ' ἥδιον ἂν Δικίδιον σμικρὸν φάγοιμ' ἄν, ἐν λοπάδι πεπνιγμένον. Plin. 32, c. ult. anguillam et batidem inter peculiares mari pisces numerat. Mentio ejusdem piscis ap. Athen. 4 et 7. [Mœris: Βατὶς, θηλυκῶς, τὸ θαλάττιον, Ἀττικῶς· βάτος, Ἑλληνικῶς· ubi Sallier.: « Sensus est nomen Βατὶς, quod piscem significat, apud Atticos femininum esse, apud ceteros vero masculinum Βάτος. Revera quidem femininum faciunt Aristoteles compluribus in locis Hist. Anim. et comici apud Athen. 7, p. 286. Non deerunt tamen qui contendant masculinum etiam

Atticis non incognitum, quum eo Aristot. ibidem usum reperias. Sed ibi discrimen aliquod βατίδα inter et βάτον statuere videtur. Hinc Hesychius: Βατίδες· εἶδος ἰχθύος· ἢ βατία· διαφέρει δὲ τοῦ βάτου ἰχθύος, ὡς Ἀριστοτέλης ποιεῖ φανερόν. Confundit quoque Thomas M. ut constat ex his illius verbis, Βατὶς θηλυκὸν ὁ ἰχθὺς, οὐχὶ βάτος. » Hesychius alio loco: Βάτος καὶ Βατίς· ἰχθύες διαφέρουσιν ἀλλήλων. Βατίδας et βάτους distinguit Epicharmus apud Athenæum l. c.: Ἦν δὲ νάρκαι καὶ βατίδες, ἦν δὲ ζύγαιναι, πρήστιες, καμίαι τε καὶ βάτοι, ῥῖναί τε τραχυδέρμονες. Quæritur igitur Βατὶς et Βάτος utrum specie an sexu tantum differant: de quo ambigebat Schneid. in Hist. Pisc. p. 146. Valde dubia est Dorica nominis forma Βότις, de qua Athenæus ibidem: Σώφρων δ' ἐν μίμοις ἀνδρείοις βότιν καλεῖ τινα ἰχθὺν ἐν τούτοις· « Κέστραι βότιν κάπτουσαι· » καὶ μήποτε βοτάνην τινὰ λέγει. Βάτιν, quod Βατίδα scribendum erat, in Aristophanis versum corruptum apud Athen. 3, p. 96, C, inferebat Seidlerus. Βάτις pravo accentu scriptum erat apud Athen. 3, p. 104, E. G. Dind.] || Est vero et Avis, quam Gaza Rubetram vocat apud Arist. Hist. Anim. 8, 3, [8], ubi inter aves σκωληκοφάγους recensetur. [Libri alii hic βάθις, βατίος, βάπος.] || Sed et Herbæ nomen est βατίς. Plin. 25, 15, loquens de herbis sponte nascentibus, quibus utuntur in cibis: In Italia paucissimas novimus, fraga, tanum, ruscum, batin marinam, batin hortensianam: quam aliqui Asparagum Gallicum vocant. Meminit ejusdem ibid. c. 27. Procul dubio autem a rubi similitudine aliqua hoc nomen invenit. [|| Βατὶς, ίδος, Batis, Epicurea, Metrodori soror, Idomenei uxor, de qua Diogen. L. 10, 23. Conf. Luzac. Lectt. Att. p. 113. coll. G. Dind.]

[Βάτναι, πόλις τῆς Ὀσροηνῆς· τὸ ἐθνικὸν Βατναῖος, Stephanus Byz. Julianus Ep. 27, ab Holstenio citatus: Αἵ γε μὴν Βάτναι, βαρβαρικὸν ὄνομα τοῦτο, χωρίον ἐστὶν Ἑλληνικὸν, et Procopius De ædif. 2, 7 extr. Gentile Βατνηνὸς, memorat Stephanus in Χωχή. Conf. Wesseling. ad Itinerar. p. 190, 191. G. Dind.]

[Βατοδρόπος, ὁ, ἡ, Rubos decerpens. Hom. hymn. in Merc. 190. Schneid. Etymol. p. 191, 56: Βάτος καὶ παρὰ τὸ δρέπω δρόπος, καὶ βατοδρόπος. Φίλων. Hemsterh.]

Βατόεις, εσσα, εν, et Βατώδης, Rubeus, Rubo assimilis, Qui est rubi e genere: s. Qui est e rubo: ut Rubeam virgam Maro [Georg. 1, 266,] dixit τὴν ἀπὸ βάτου s. ἐκ βάτου: Nunc facilis rubea texatur fiscina virga. Legitur autem βατόεις apud Theocr. [Videtur Nicandrum dicere voluisse Alex. 267: Βατόεντα πτορθεῖα, ab Schneidero indicatum. G. Dind.]: βατώδης apud Athen. 2, [p. 51, E,] ubi Phænias dicit βατῶδες μῶρον [μόρον], Morum rubeum, h. e. Morum duris hærens rubetis, ut Ovid. loquitur, qui et Rubum vocat idipsum, sed addito epith. puniceo, coloris nomine ab arbore discriminans: Illis pompa fuit decussa Cydonia ramo, Et dare puniceis plena canistra rubis. [Glossæ: Βατώδης τόπος, Rubetum. Polybius 2, 28, 8: Τινὰς τῶν τόπων βατώδεις ὄντας· idem 12, 22, 4: Ὀφρὺν τοῦ ποταμοῦ ἀπότομον οὖσαν καὶ βατώδη. Strabo 4, p. 194: Τὰς τῶν θάμνων λύγους, βατώδεις ὄντας. Hæc Scottus indicavit.]

[Βάτον, τὸ, Rubum. Diodorus Sic. 1, 34: Τὰ δὲ βάτα καλούμενα συνάγεται μὲν κατὰ τὴν ἀποχώρησιν τοῦ ποταμοῦ (τοῦ Νείλου), διὰ δὲ τὴν γλυκύτητα τῆς φύσεως αὐτῶν ἐν τραγήματος μέρει καταναλίσκεται. Scott.]

[Βατόρριζα, ἡ, Rubi radix. Geopon. 8, 37, 3, ubi Needhamus βάτου ῥίζα. Indicavit Bastius.]

Βάτος, ἡ, Rubus, Sentis. Od. Ω, [229]: Χειρὶδάς τ' ἐπὶ χερσὶ, sub. δέδετο, βάτων ἕνεκα, Propter rubos: ne sc. ab iis vellicaretur et pungeretur. Plut. II. πολυφιλ. [p. 94, E]: Βάτον ἐπιλαμβανομένην ὑπερβάντες καὶ διωσάμενοι, βαδίζομεν ἐπὶ τὴν ἐλαίαν καὶ ἄμπελον. Apud Diosc. 4, 39, [38,] est βάτος Ἰδαία, Rubus Idæus: sic dictus ab Ida monte, in quo frequens est. [Βάτος Ἰδαία, helenii nomen, Dioscor. Noth. 1, 27. Boisson. De genere vocabuli ita præcipit Mœris p. 99: Βάτος, τὸ τῆς ἀκάνθης εἶδος· ἡ βάτος θηλυκῶς, Ἑλληνικῶς· ubi Piersonus: « Malim Βάτος, ... εἶδος ἀρσενικῶς, Ἀττικῶς, vel Ἀριστοφάνης. Eum enim hoc

modo usum esse voce Βάτος genere masculino notat Schol. Theocrit. 1, 132. » Antiatticista p. 84, 28 : Βατὸς (corr. Βάτος)· ἀρσενικῶς. Apud Theophrastum constanter ὁ βάτος : nam Hist. Pl. 3, 18, 4, pro vulgato τῆς βάτου codex Urbinas τοῦ βάτου præbuit, ubi Schneiderus Hippocratis locum affert Morb. mul. p. 639 : Μόρα τὰ ἀπὸ τοῦ βάτου τὰ ἐρυθρά. Feminini tamen βάτος longe frequentior usus. Lucianus Q. H. C. c. 33 : Βάτοι ἐκκεκομμέναι εἰσί. Ex Anthologia locos plures præbet index Jacobsii. De utroque dixit Thirlb. ad Justin. Mart. p. 265, ab Schæf. citatus. Ἡ βάτος ἐπιλαμβάνεται proverbii instar dictum : vide Wyttenbach. ad Plutarch. Moral. vol. 6, p. 647. G. Dind.] Fructus hujus arboris Βάτινον dicitur, teste Gal. De alim. fac. 2, 13, [vol. 6, p. 346] : Τὸν τῶν βάτων καρπὸν ὀνομάζουσιν οἱ παρ' ἡμῖν ἄνθρωποι βάτινον, καθάπερ μόρα τε καὶ συκάμινα· καλοῦσι γὰρ ἑκατέρως αὐτά. Quibus vv. innuit, non βάτινον solum dici τὸν ἀπὸ βάτων καρπὸν, sed etiam μόρον et συκάμινον : quemadmodum Athen. quoque 2, [p. 51, F] scribit Salmonium βάτια vocare quæ Parthen. ἄβρυνα nominari dicit, συκάμινα nimirum s. μόρα. [De hoc loco vide in Βάτιον.] Phænias certe ibi σφαῖραν συκαμινώδη vocat τὸ μῶρον τὸ βατῶδες i. e. τὸν τῆς ἀγρίας συκαμίνου καρπὸν, Fructum mori sylvestris : quæ est ἡ βάτος. Sed recte addit βατῶδες τῷ μῶρον s. μόρον, et ἀγρίας τῷ συκαμίνου, ad differentiam nimirum hortensium et sativarum. Nam quum absolute συκάμινον et μόρον dicitur, hortense illud s. sativum intelligi solet : ut et Gal. l. c. : Ἔστι δὲ στυπτικώτερα τὰ βάτινα τῶν μόρων· ubi etiam nota illud βάτινα : quocum intelligi puto τὰ συκάμινα vel μόρα : aut leg. βάτια, ut ap. Athen. Nam βάτινος, e quo neutr. illud βάτινα, signif. Rubeus, Qui e rubo est. [Nihil mutandum. Galenus vol. 13, p. 491 : Ἔστι μὲν γὰρ καὶ τὸ διὰ τῶν βατίνων ἰσχυρότερον τοῦ διὰ τῶν μόρων· ibid. p. 499 : Ἀντὶ δὲ τοῦ τῶν μόρων χυλοῦ βάλλεται καὶ ὁ τῶν βατίνων ὀνομαζομένων χυλός. Ap. Alex. Trall. 4, p. 224, τὰ διὰ τῶν βαττίνων scriptum non insolito librariis errore. Sic apud Paulum Ægin. 7, p. 277, 37, βαττίνων legitur, sed βατίνων p. 278, 4, 5. G. Dind.] Meminit porro et Ovid. horum rubi mororum. Metam. 1, [v. 105] : Cornaque et in duris hærentia mora rubetis. || Βάτος est et Piscis, qui demin. βατὶς etiam dicitur. Ejus meminit Schol. Aristoph. infra [supra] in Βάτιον : et Plin. 32, 7 : Auribus utilissimum bati piscis fel recens. Sunt qui Raiam interpr. Hesych. tamen dicit τὴν βατίδα esse εἶδος ἰχθύος πλατὺ, et διαφέρειν τοῦ βάτου ἰχθύος· idque manifestum esse ex Aristot. || Dicitur Βάτος et Viri nom. esse : sed is frequentius nominatur Βάττος gemino τ. [Vide Βάτων. G. Dind.] || Βάτος, Mensuræ genus, Hebr. peculiare, ut Luc. 16, [6] : Ἑκατὸν βάτους ἐλαίου· ubi vet. Interpr. Centum cados olei : forsan secutus ea exemplaria, reperiuntur enim quædam, quæ ibi κάδους habent : nisi forte βάτον et κάδον pro eodem accepit : nam, ut aperte probat Georg. Agricola, apud Hebræos בת Mensura fuit rerum liquidarum, prorsus respondens Atticæ amphoræ, quæ Gr. non modo μετρητὴς, sed etiam κάδος et κεράμιον dicitur. Hieron. Comm. in Es. 5, tradit et ipse Batum in liquidis speciebus dici, sed capere decimam partem cori : æqualisque mensuræ esse ephi in aridis. Itemque 14 Comm. in Ezech. 45. Porro Batus, inquit, qui Hebr. appellatur בת, eadem mensura est quæ et ephi : et in speciebus tantum liquidis, vini, et olei, et hujusmodi. Corus triginta habet modios, et in utraque mensura, h. e. tam aridarum quam liquentium, tenet principium. Decima pars cori in his, quæ modio mensurantur, appellatur Epha, i. e. tres modii : et decima pars cori in speciebus liquidis vocatur Batus s. Vadus : ut ejusdem mensuræ sit epha et batus. Rursum in l. paulo ante c. dicit batum facere tres amphoras, ut hic epha s. ephi facere tres modios : amphoram et modium pro eadem et æquali mensura accipiens, sed illam in liquidis speciebus, hunc in arentibus. Hesych. βάτον s. βάδον esse dicit πεντήκοντα ξεστῶν, ut supra ex eo docui : Erasmus vero sextariorum LXXII, ex Josepho A. J. 8, 2. [Vide Βάδος. νν.]

Βᾰτὸς, ἡ, ὸν, Pervius : βάσιμος, περάσιμος· ut βατὴ τρίβος, ὁδὸς βατὴ πολλοῖς· et βατὴ γῆ, apud Naz. [Xenoph. Exped. Cyri 4, 6, 17 : Βατὰ τοῖς ὑποζυγίοις ἔσται, ubi ἄβατα præcedit. Eadem sibi opposita sunt apud Sophoclem in Aloadarum fragmento, 109 ed. m. : Δεινὸς γὰρ ἕρπειν πλοῦτος ἕς τε τἄβατα καὶ πρὸς τὰ βατὰ, χὠπόθεν πένης ἀνήρ...· ubi mirus est Plutarchi et Stobæi in scriptura metro perniciosa consensus. G. Dind.] Sic Arrian. [4, 21, 5] : Οὕτω πάντα ὤετο χρῆναι βατά τε αὐτῷ καὶ ἐξαιρετέα εἶναι. [Βατὴν χθόνα, Nonni Paraphr. 11, 25. Βατῆς ἄλὸς, 75, 16. Lex. Polyb. Anthолog. Epigr. ἀδέσπ. 539. Angl. || Etym. M. p. 192, 13 : Βάτην· τὴν γῆν Μεσήνιοι. Obscura Hesychii glossa est inter Βατὸν et Βάτος posita, Βάτνος· αὐλός. Μεσήνιοι.]

[Formulâ execrationis : Μὴ γῆ βατὴ, μὴ θάλασσα πλωτὴ ἔσται, Bœckh. Inscr. gr. vol. 1, p. 531. Luc. De dipsad. 2 : Ὁπότε ... ἡ ψάμμος νοτισθείη, καὶ ἀμηγέπη βατὰ [f. βατὴ] γένοιτο. Hase.]

[Βᾰτουσιάδης, ὁ, Batusiades. Archiloch. apud Hephæst. p. 129 et ap. Priscian. vol. 2, p. 396. G. D.]

Βάτρα, Hesychio βάσις βασιλέως. [Vide Βάθρα.]

[Βατραχάρτα, Batracharta, urbs Babyloniæ. Ptolemæus Geogr. 5, 20. G. Dindorf.]

Βᾰτράχειος, ὁ, ἡ, q. d. Ranalis; ut βατράχειος μοῖρα apud Suidam. [Suidæ verba Stephanus non magis videtur intellexisse quam Kusterus, qui βατράχειος χροιὰ corrigebat. Non *partem ranalem* ille dicit, sed *factionem prasinam* Circi, cui vestem βατραχίδα tribuit Dio Cassius : de quo vide infra in Βατραχίς. G. Dind.] At βατράχειον, τὸ, sc. χρῶμα, Coloris species, quo facies illinebatur, antequam personæ repertæ fuissent : ut tradit Aristoph. Schol. [ad verba βαπτόμενος βατραχείοις Equit. 523. Coloris autem species viridis est sive vitrei. Nicetas Acom. De statuis p. 26 ed. Wilk. : Ὑπὲρ τὸ βατράχειον χρῶμα ἐχλώριζε. G. Dind. Philostratus V. Apoll. 2, 22, p. 73 : Ξυγκεράννυσι τὰ κυανᾶ τοῖς βατραχείοις. Scap. Ox.]

[Βατράχεος, i. q. Βατράχειος. Nicander apud Athen. 9, p. 370, A : Βατραχέη κύμη τε κακόχροος. G. Dind.]

[Βατράχη, ἡ, Batracha, urbs Sarmatiæ. Ptolemæus Geogr. 5, 9. G. Dindorf.]

[Βατραχίδιον, τὸ, Ranunculus. Pseudoplutarchus Ὑπὲρ εὐγενείας vol. 5, p. 984 ed. Wyttenb. : Τὸ Αἰσώπου βατραχίδιον. M.]

Βατραχίζω, In morem ranæ nato. Apud Hippocr. [non apud Hippocratem, sed in Hippiatricis, unde Schneider. βατραχήσῃ vitiose scriptum affert. G. Dind.] accipitur pro In modum natantis ranæ extendi, quum de luxatione membrorum agitur : Ὅταν τροχάζων ὀλισθήσῃ καὶ πεσὼν διασυρῇ, καὶ ὃ λέγουσι βατραχίσῃ, VV. LL. [De forma Ionica Βαθρακίζω vide in Βαθακίζω. G. Dindorf.]

Βατράχιον, τὸ, Herba est, quæ Lat. Ranunculus dicitur : de qua Diosc. 2, 206; Plin. 26, c. ult. [Hippocrates p. 634, 36 : Βατράχιον μίξαι ἐν ὄξει. Scott. Adde ibid. p. 570, 43; 571, 31. G. Dind.] Alio nomine σέλινον ἄγριον dicta et πολυάνθεμον apud eosdem auctores. [Βατράχιον ἢ χρυσάνθεμον Geopon. 2, 6, p. 103; Pausanias 9, 21, 1 : Ἔχουσιν (οἱ Τρίτωνες) ἐπὶ τῇ κεφαλῇ κόμην οἷα τὰ βατράχια ἐν ταῖς λίμναις χρόαν τε καὶ ὅτι τῶν τριχῶν οὐκ ἂν ἀποκρίναις μίαν ἀπὸ τῶν ἄλλων. Paulus Ægin. p. 169, 19 : Σαρδόης πόα εἶδος οὖσα βατραχίου· et 172, 32; 233, 9. G. Dind. Conf. Βατραχίς.]

[Βατράχιον, τὸ, Ranunculus, pars ungulæ equi. Ptolemæus in Petavii Uranolog. p. 77, B : Ὁ ἐν τῷ ἐμπροσθίῳ βατραχίῳ τοῦ Κενταύρου ἐπιτέλλει. Et similiter in reliquis locis ubi de ortu aut occasu hujus sideris agitur, p. 78, B; 81, C; 82, D; 85, E; 87, E; 88, E; 90, E; 91, C; 93, A; restituendumque tribus aliis locis, p. 76, A (ubi vulgo βραχίονι); 86, D (ubi vulgo ποδὶ) et 80, A, ex Codice Saviliano apud Fabric. B. G. vol. 4, p. 435, 444, 440. G. Dindorf.]

[Βατραχιοῦν, τὸ, obscuri nomen dicasterii Atheniensis ex uno cognitum loco Pausaniæ 1, 28, 8 : Βατραχιοῦν δὲ καὶ Φοινικιοῦν ἀπὸ χρωμάτων καὶ ἐς τόδε διαμεμένηκεν ὀνομάζεσθαι. Quod Reinesius suspicatur a colore fuisse ductum, quo palus ante fores positus vel januæ obex tinctus fuerit. G. Dindorf.]

[Βατραχὶς, ἴδος, ἡ, Ranula. Nicander Ther. 417 : Ἀγρώσσων λειμῶσι μολουρίδας ἢ βατραχῖδας. Wakef. Theognost. Can. 108 in cod. Barocc. 50 : Γυρῖνος (γύρινος) ἡ μήπω πόδας ἔχουσα βάτραχος· ubi βατραχὶς corrig. videtur. G. Dindorf.]

Βατραχὶς, ίδος, ἡ, Vestis colore βατραχείῳ tincta, ut Aristoph. Schol. docet [Eq. 1406] : Εἶδος ἐσθῆτος ἀνθινῆς, ὅμοιον τῷ ὀνόματι ἐχούσης τὸ χρῶμα, Vestis florida ad ranarum colorem accedens. Hesychio vero ἱματίου χρῶμα, ὃ βάπτεται ὑπὸ βατραχίου [βατραχείου in Bekkeri Anecd. p. 224, 23. G. Dind.] πόας. Dio Cassius 59, [p. 918, 1] : Ἰσχυρῶς γὰρ τῷ τὴν βατραχίδα ἐνδύνοντι καὶ διὰ τοῦτο ἀπὸ τοῦ χρώματος τῷ πρασίνῳ καλουμένῳ προσέκειτο. [Vid. Syllog. Inscr. p. 85 et Addenda. Osann. || Ranunculus herba. Alexander Trall. 3, p. 190 : Βατραχίδος τῆς βοτάνης. Scap. Ox.]

[Marm. Elgin. Bœckh. Inscr. gr. vol. 1, p. 247 inter vestes memorat βατραχίδα, ut ib. p. 249, 3 : Βατραχὶς, ἔγκυκλον ποικίλον. Hase.]

Βατραχίσκος, ὁ, Pars quædam in cithara, Hesych. [Βατραχίσκοι· μέρος τι τῆς κιθάρας.]

Βατραχίτης λίθος, Batrachites lapis. Plin. 37, 10: Coptos et batrachitas mittit : unam ranæ similem colore, alteram ebori, tertiam rubetis e nigro.

[Βατραχίων, Batrachio, nomen coqui Larisæi apud Lucian. adv. Indoct. c. 21. G. Dindorf.]

Βατραχομυομαχία, ἡ, Ranarum et murium pugna : cujus nominis poemation Homero ascribitur. Plutarch. [Moral. p. 873, E, ex codd. correctus] : Ὥσπερ βατραχομυομαχίας γινομένης· sed in vulg. Exempll. legitur βατραχομαχίας, quod signif. Ranarum pugnam. [Proclus apud Bekkerum in præfat. ad Schol. Homerica p. 1 inter scripta Homeri affert βατραχομαχίαν ἢ μυομαχίαν. Μυοβατραχομαχίαν dixit scholiasta recens ad Sophoclis Antig. 101, ab Scotto indicatus. Adde Chœrobosc. apud Bekker. p. 1185; Thomam Mag. p. 2, 16; 284, 4 ed. Ritsch. et codicem Jenensem hujus carminis apud Gœttling. ad Theodos. p. 244. G. Dindorf.]

Βάτραχος, ὁ, Rana, dicta quasi βοάτραχος, quemadmodum et βότραχος pro βάτραχος ap. Hippocr. scribi Galenus auctor est, παρὰ τὸ βοὴν τραχεῖαν ἔχειν, ut Etym. docet. [Etymologia valde inepta. Veriorem v. in Βαρραχεῖν. G. Dind.] Auctor Batrachom. [80] : Βάτραχος ὑψώσας ὠχρὸν δέμας ὕδατι λευκῷ. [Βάτραχος γύρινος apud Platonem in Theæt. p. 161, D, de quo vide in Γύρινος. Βάτραχος δενδρίτης apud Julium Afric. Cestor. p. 279. Hunc βάτραχον ἐπὶ δένδρου ᾄδοντα dicit Theophrastus Περὶ σημείων 1, 15, p. 786. Βάτραχος Σερίφιος proverbio de mutis dicebatur propter narrationem de mutis ranis Seriphiis : vide Beckmann. ad Antig. Caryst. p. 8. Βάτραχος χερσαῖος i. q. φρῦνος Geopon. 2, 18, p. 140. Βατράχους ἐκ τῶν λεπύρων τῶν ῥοιῶν τὰ παιδία γλύφουσιν, Schol. ad Aristoph. Nub. v. 881. Aristoteles Περὶ ἐνυπνίων c. 3 : Ὥσπερ οἱ πεπλασμένοι βάτραχοι οἱ ἀνιόντες ἐν τῷ ὕδατι τηκομένου τοῦ ἁλός. Ubi vid. quæ de his βατράχοις ξυλίνοις annotavit Michael Ephesius. Βάτραχοι inscripta est Aristophanis fabula et fuit Magnetis et Calliæ comicorum. G. Dind.] || Est etiam Piscis nomen, quem Plinius modo Batrachum modo Ranam vocat, Aristot. [H. A. 1, 5; 2, 13] autem inter σελάχη recenset. [Athenæus 7, p. 286, D. Aliorum scriptorum locos collegit Schneiderus Histor. Pisc. p. 119—122. Βάτραχος ἁλιεὺς apud Aristotelem H. A. 9, 37. G. Dind.] || Dicitur etiam διόγκωσις τῶν ὑπὸ τὴν γλῶσσαν μερῶν, μάλιστα δὲ τῶν φλεβῶν, ut Aetius tradit [8, 39. Conf. Bernard. ad Theophanem Nonn. vol. 1, p. 355. G. D.], Tumor, inquit Gorræus, phlegmonodes partium, quæ sub lingua sunt, sed maxime venarum, pueros præsertim infestans. Quem morbum interprr. modo Ranam, modo Ranunculum vocant. [|| Βάτραχος, Pars tenerrima in media ungula equi : de quo Nicolaus ad Geopon. vol. 4, p. 1104. Wakef.] || Hesychio est etiam ἐσχάρας εἶδος. [|| Βάτραχος, Batrachus. Inter Hesiodi scripta ἐπικήδειον εἰς Βάτραχόν τινα ἐρώμενον αὐτοῦ memorat Suidas in Ἡσίοδος. || Nomen delatoris cujusdam, qui triginta tyrannorum tempore vixit, apud Lysiam p. 107, 11; 124, 32, cujus oratio quoque fuit περὶ Βατράχου φόνου, memorata ab Harpocratione et Suida s. Φηγούσιον. Hunc dicere videtur Archippus apud Athenæum 7, p. 329, C : Βάτραχον τὸν πάρεδρον τὸν ἐξ Ὠρεοῦ. || Βάτραχος ὁ πορνοβοσκὸς apud Plutarch. Moral. p. 18, D. || Batrachus, Laco, architectus et sculptor, qui Pompeji Magni tempore Romæ vixit : vide Plinium H. N. 36, 4, 5. || Βάτραχος, portus Marmaricæ, apud Ptolemæum 4, 5, ubi vulgata scriptura Βάθρακος est : sed Βάτραχος codex Coislinianus apud Montef. p. 667. Ad hunc locum referuntur numi quidam rana insignes : vide Eckhel. vol. 4, p. 116. G. Dindorf. Vice proverbii Pallad. Vita Chrys. p. 94, D : Βατράχου ἀπραγώτερος, Rana rebus agendis minus idoneus; et Chrys. t. 4, p. 485, D : Καὶ λαγωοῦ καὶ βατράχου δειλότερος. De ranis atque lacertis, a Batracho Sauroque inscalptis spiris columnarum, cfr. Sillig. Catal. artif. p. 106; Viscont. Mus. Piocl. t. 1, p. 14 et 96. Hase.]

[Dialectorum varietates. 1° Βάθρακος Ionica nominis forma restituenda Herodoto 4, 131, ubi nunc βάτραχος legitur. Eustathius ad Homer. p. 1570, 18 : Ὅτι δὲ πολλαὶ τοιαῦται ἀφώνων τροπαὶ γίνονται Ἰωνικῶς δηλοῖ πρὸς ἄλλοις καὶ τὸ ἐνθεῦτεν καὶ ὁ βάθρακος, τὰ παρὰ τῷ Ἴωνι Ἡροδότῳ. Quæ ex antiquiore grammatico excerpta esse arguit scholion ad Iliad. Δ, 243 : Θάπος καὶ μεταλλαγῇ στοιχείων τάφος, ὡς παρ' Ἡροδότῳ βάθρακος ὁ βάτραχος καὶ μονόχυτρον μονόκυθρον. Cum Ionico κιθὼν componit Gregor. Cor. p. 414, et alius grammaticus ibid. p. 649. Aliud exemplum præbet Ionica verbi βατραχίζω forma βαθρακίζω. 2° Βότραχος sive βρόταχος Ionica forma altera. Etymol. M. p. 214, 44 : Βρόταχος· τὸν βάτραχον Ἴωνες, καὶ Ἀριστοφάνης, καὶ παρὰ Ξενοφάνει. Βάτραχος καὶ καθ' ὑπερβιβασμὸν βράταχος καὶ βρόταχος. Ubi scribendum videtur ὡς παρὰ Ξενοφάνει, deletis καὶ Ἀριστοφάνης. Dubiam hujus formæ auctoritatem apud Hippocratem fusse ostendit Galenus Glossar. p. 448 : Βοτράχου· τοῦ βατράχου λέγει. Τινὲς δὲ ἄντικρυς βατράχου γράφουσι. Βράταχος autem nonnisi ex Hesychii glossa cognitum est, Βρατάχους· βατράχους. Qua scriptura fortasse epici poetæ usi sunt sicubi corripienda esset prima vocabuli syllaba, ut in locis quibusdam Batrachomyomachiæ. Hæc quum memoriter scripsissem non inspectis singulis illius carminis locis, commodum me admonuit doctus amicus sententiæ meæ in primis favere versum 294 : Ὅς ῥα τότε βατράχοισιν ἀρωγοὺς εὐθὺς ἔπεμψεν. Cui nunc ipse addo Marcell. Sidet. De pisc. v. 21 in Fabric. B. G. vol. 1, p. 17 : Ἵπποι τε βάτραχοί τε καὶ ὀξύκομοι κόκκυγες. Hic quoque βράταχοι scrib. 3° Βόρταχος. Hanc formam Æolicam esse suspicatur Kœnius ad Gregor. Cor. p. 455. Hesychius vol. 1, p. 743 : Βόρταχος· βάτραχος. Sed ibidem p. 770 quod legitur βόρταχος editores in βρόταχος mutant postulante literarum ordine. 4° Βρούχετος. Hesychius : Βρούχετος· ... βάτραχος, Κύπριοι. Ad hanc formam prope accedit Βρύτιχος apud eundem grammaticum. 5° Βάβακος. Hesychius : Βάβακοι· ... ὑπὸ Ποντικῶν βάτραχοι. 6° Βριαγχόνη. Hesychius : Βριαγχόνην· βάτραχον Φωκεῖς. Cui affine apud eundem Βρόαγχος (codex βρόγχος)· βάτραχος. 7° Ex ignotis dialectis sunt Βάρακος (et Βαρακὶς pro βατραχὶς), Βλακὰν, Βλίκανος, Βλίχαρος, Βλίταχος, Βλίχαν, Βύρθακος : de quibus Stephanus suis locis. 8° Formæ neo-græcæ Ἀβορδακὸς, Βόθραχος, Βορδακὰς, Βορθακὰς, Βορθακὸς ap. Ducangium : quibus adde Βαθρακὸς, ex Theodoro Ptochoprodromo in Ἀτάκτοις ab Corae editis vol. 1, libro 2, 99, 409. Altero in loco codex Paris. βατραχοὺς, quod legitur v. 236. G. Dindorf.]

[Βατραχώδης, ὁ, ἡ, q. d. Ranosus, Ranarum ritu immundus ac rancidus. Greg. Nyss. t. 1, p. 200, A : Ἡ τράπεζα ... εὑρίσκεται δὲ βατραχώδης καὶ πολύσαρκος τοῦ πρὸς τὸν βορβορώδη βίον εἰλυσσομένου. Ib. C : Ὁ βατραχώδης βίος· p. 201, B : Τῆς βατραχώδους ζωῆς· C : Τοῖς ῥυπαροῖς τούτοις καὶ βατραχώδεσι λογισμοῖς· t. 2, p. 50, C : Τὰς βατραχώδεις ἑαυτῶν φωνάς. Hase.]

[Βαττάκης, ὁ, Battaces. Photius in Excerptis e Diodoro Sic. p. 390, 36 : Ὅτι Βαττάκης τις ὄνομα ἦκε, φησὶν, ἐκ Πισσινοῦντος τῆς Φρυγίας, ἱερεὺς ὑπάρχων τῆς μεγάλης τῶν θεῶν μητρός. Ubi Wesselingius (vol. 2,

p. 537, 53) Polybii fragmentum affert ex Suida in Γάλλος, Παραγίνονται Γάλλοι παρὰ Ἄττιδος καὶ Βαττάκου, τῶν ἐκ Πεσσινοῦντος ἱερέων τῆς μητρὸς τῶν θεῶν, ἔχοντες προστηθίδια καὶ τύπους, φάσκοντες προσαγγέλλειν τὴν θεὸν νίκην καὶ κράτος· et Plutarchum in vita Marii c. 17 : Περὶ τοῦτον δέ πως τὸν χρόνον ἀφίκετο Βαταβάκης ἐκ Πεσσινοῦντος ὁ τῆς μεγάλης μητρὸς ἱερεὺς ἀπαγγέλλων ὡς ἡ θεὸς ἐκ τῶν ἀνακτόρων αὐτῷ ἐφθέγξατο νίκην καὶ μέγα κράτος πολέμου Ῥωμαίοις ὑπάρχειν. Ubi aliquot libri βατάκης, et paullo inferius βατάκην pro Βαταβάκην, h. e. Βαττάκης et Βαττάκην, quæ restituenda sunt spreta Corais conjectura Βαβάκης et Βαβάκην. G. Dindorf.]

[Βατταλίζομαι. Vid. Βαταλίζομαι.]

[Βάτταλος. Vid. Βάταλος.]

Βατταρίζω, i. q. βαττολογέω, h. e. Titubanter et inconstanter loquor, Impedite et hæsitanter loquor, Balbutio, Offendo sæpius in loquendo, Lingua impingo et impeditus sum, atque ita inter titubandum repeto verbum unum aut alterum quod impeditus mutilaram et truncaram : ideoque Inarticulate loquor et ita ut difficilius intelligar : in modum Batti illius ἰσχνοφώνου καὶ τραυλοῦ : licet Hesych. κατὰ μίμησιν τῆς φωνῆς πεποιῆσθαι ipsum velit, ut ποππύζειν. [Idem Straboni visum 14, p. 662, cujus verba repetiit Eustathius infra in Βατταρισμὸς citatus. Phrynichus in Bekk. Anecd. p. 30, 24 : Βατταρίζειν· ἄσημα καὶ ἀδιάρθρωτα διαλέγεσθαι. Ex Hipponacte hoc verbum memorat Antiatticista ibid. p. 85, 20. Dio Chrysost. vol. 1, p. 317, a Wakef. indicatus : Οἱ δέ τινες αὐτῶν βατταρίζουσι καὶ ἀσαφῶς λέγουσιν. Themistius 21, p. 253, C : Βατταρίζοι τε καὶ ὑλακτοίη· idem 22, p. 278, A : Αυγιζομένην καὶ βατταρίζουσαν. Joann. Damasc. Ep. ad Theoph. De Imagg. p. 116 ed. Combef. addit Boisson., Eustathium Opusc. p. 260, 70 : Οὐ χελιδόνες οὕτως ἂν βατταρίζοιεν, Tafel. G. Dind.] Cic. ad Att. 6, 5 : Τῆς ξυναόρου τῆς ἐμῆς ὁ ἐξελεύθερος ἔδοξέ μοι θαμὰ βατταρίζων καὶ ἀλύων ἐν τοῖς ξυλλόγοις· pro quo Ep. præcedente dixerat, Τῆς δάμαρτός μου ὁ ἀπελεύθερος ἔδοξέ μοι πρώην, ἐξ ὧν ἀλογευόμενος παρεφθέγγετο, πεφυρακέναι τὰς ψήφους. Ubi nota vicinæ signif. vv. βατταρίζειν, ἀλύειν, ἀλογευόμενον παραφθέγγεσθαι : et βατταρίζειν optime respondet τῷ παραφθέγγεσθαι, i. e. Perperam voces et sonos efferre, lingua nimirum impedita, s. titubante et hæsitante, ut τῶν τραυλῶν lingua impingere sæpe et offendere in loquendo solet nec expedite enuntiare animi sensa. Bud. interpr. ibi, Visus est mihi præ timore et conscientia vix effari posse; recte : signif. enim μόγις λαλεῖν et hæsitare : ut et ap. Lucian. Jove Tragœdo [27] de Timocle quodam dicitur, Ἐν πλήθει δὲ εἰπεῖν ἀτολμότατός ἐστι, καὶ τὴν φωνὴν ἰδιώτης καὶ μιξοβάρβαρος· ὥστε γέλωτα ὀφλισκάνειν διὰ τοῦτο ἐν ταῖς συνουσίαις, οὐ συνείρων, ἀλλὰ βατταρίζων καὶ ταραττόμενος. Ubi aperte indicatur quid sit βατταρίζειν, nimirum οὐ συνείρειν, sed ταράττεσθαι in dicendo : h. e. non perpetuo et æquali tenore quasi nexa proferre verba, sed in iis turbari ac hæsitare, eaque ista hæsitatione et titubatione intercidere et a se invicem divellere. Etym. quoque et ipse a Batto illo Cyrenes principe, μογιλάλῳ ὄντι, tradit βατταρίζειν dictos fuisse τοὺς μὴ εὐθυστόμους, μηδὲ τρανῇ κεχρημένους τῇ γλώττῃ, ἀλλ' ἐπισεσυρμένως φθεγγομένους καὶ παρασήμως. Annotat tamen et ipse hoc βατταρίζειν, ut βαρβαρίζειν et ποππύζειν, dictum videri κατὰ μίμησιν τῆς φωνῆς : idque videri verisimilius; nam ὁ Βάττος, inquit, πρὸς τὸ ἐπέχεσθαι τὴν φωνὴν ὠνόμασται, τραυλίζων καὶ τὸν τοιοῦτον ἦχον προφερόμενος. || Nec vero pro Balbutire solum ponitur, sed etiam pro Blaterare, Garrire, Inanes nugas deblaterare, Effutire meras nugas : quibus nimirum aures audientium non minus offenduntur quam balborum titubantia.

[Βαττάρισμα, τὸ, i. q. Βατταρισμός. Tzetz. Chil. 6, 347 : Ἐκ τῶν βατταρισμάτων. G. Dindorf.]

Βατταρισμὸς, ὁ, Titubantia et hæsitantia, Linguæ impedimentum et offensio in loquendo. Theophyl. discriminare βατταρισμὸν videtur a βαττολογίᾳ : quum enim βαττολογίαν esse dixisset τὴν φλυαρίαν, subjungit paulo post, Βατταρισμὸς δέ ἐστιν ἡ ἀναρθρος φωνὴ, ὡς ἡ τῶν παιδίων. Hesych. tamen pro uno eodemque accipit βατταρίζειν et βαττολογεῖν, itidemque βατταρισμὸν et βαττολογίαν. Nam ut βατολογία ei est ἀργολογία et ἀκαιρολογία, ita βατταρισμοῖς quoque exp. φλυαρίαις. Notandum vero apud eum simplici τ scribi βατολογία, ut Βάτος quoque pro Βάττος unico τ scriptum reperiri supra docui. Sed et Βαταρισταῖς itidem uno duntaxat τ scriptum habet, quod exp. τοῖς βαταρίζουσι : nam et hoc unico ap. eum τ exaratum est : ut apud Eust. quoque p. 367, ubi βαταρίζειν et τραυλίζειν dici ait ἐπὶ τῶν δυσεκφόρως, καὶ σκληρῶς, καὶ τραχέως λαλούντων. [Vitiosa est simplicis τ scriptura, ex loco Strabonis supra allato corrigenda. Χελιδόνων βατταρισμὸν dicit idem Eustathius p. 1914, 32, ab Hemsterhusio indicatus. G. Dindorf.]

Βατταριστὴς, οῦ, ὁ, Is qui solet βατταρίζειν, i. e. Titubator, Hæsitator, Qui impedite loquitur, Qui in loquendo sæpe impingit et offensat : vel etiam Nugator, Blatero. [Hesychius : Βαταριστα῀ς· τοῖς βαταρίζουσιν.]

[Βατταρῖτις, ἡ, Battaritis, radix. Cedrenus vol. 1, p. 305, D : Φασὶ δὲ ὅτι ἐν τῇ κατὰ τὴν Καισάρειαν τῆς Φιλίππου, ἐν τῇ ἀρκτῴᾳ θέσει τῆς φάραγγος, ῥίζαν γίνεσθαι φλογοειδῆ, ἣν καλοῦσι βατταρῖτιν, ἀφ' ἧς περὶ τὴν ἑσπέραν ἐξαστράπτον φῶς ἀπροσπέλαστον εἶναι καὶ ἀπρόσιτον παρασκευάζει, διὰ τὸ παραχρῆμα τὸν ἐγγίζοντα ἀποθνήσκειν. Βατταρίτης apud Ducangium in Appendice p. 36. G. Dindorf.]

[Βαττία, ἡ. Synesius Ep. 125, p. 260, D : Ἰδοὺ γὰρ καὶ Βαττίαν ἐπενείμαντο καὶ Ἀπρασύλεως ἥψαντο. Margo γρ. Βαττείαν. G. Dindorf.]

[Βαττιάδης, s. Βαττίδης, ου, ὁ, Battiades, De stirpe Batti. Callimachus in Apoll. 96 : Οὐδὲ μὲν αὐτοὶ Βαττιάδαι Φοίβοιο πλέον θεὸν ἄλλον ἔτισαν. Anthолog. Pal. 7, 42 : Ἃ μέγα Βαττιάδαο (Callimachi) σοφοῦ περίπαστον ὄνειαρ· et 415 : Βαττιάδεω παρὰ σῆμα φέρεις πόδας. Ἐνὶ τῶν Βαττιαδῶν Proverb. App. Vatic. 1, 27, et Hesychius in Βάττου σίλφιον, ubi codex Βαττάδων, Suidas autem in eadem glossa Βάττων præbet. Pindarus Pyth. 5, 36 : Βαττιδᾶν ἀφίκετο δόμους. Ubi Scholiasta vulgari forma Βαττιαδῶν utitur. G. Dindorf.]

[Βάττικες, γυναῖκες, Βοιωτοὶ, Hesychius. Angl. Vide Βανά.]

[Βαττόλαλος, Garrulus. Glossæ.]

Βαττολογέω, Loquor ἰσχνῶς et τραυλῶς, ut Battus ille; i. e. Exili voce balbutio, Exili voce sum et lingua impedita balbaque, Lingua titubo et hæsito, Impedite loquor et balbutio veluti Battus ille ἰσχνόφωνος καὶ τραυλός. Sunt qui velint esse Unum idemque verbum bis terve repeto inter hæsitandum et titubandum lingua : a Batto quodam poeta inepto, qui in hymnis suis eadem crebrius iterabat : indeque poni pro Nugari s. Nugas deblaterare, Garrire, Multa inaniter garrire, quæ vix intelligi queant, ut nec ὁ τῶν ἰσχνοφώνων καὶ τραυλῶν λόγος facile percipitur : nam ut ipsi loquuntur impedite, ita aures audientis eorum verba percipere expedite et facile non possunt. [Simplicius ad Epictet. p. 340 : Περὶ τῶν καθηκόντων βαττολογῶν. Schneid. Apophthegm. Patrum in Cotelerii Monum. vol. 1, p. 537 : Οὐκ ἔστι χρεία βαττολογεῖν. Alia exempla vide sub Βαττολογία. G. D.]

[Βαττολόγημα, τὸ, i. q. Βαττολογία. Theodor. Icon. De mart. Ceryci, ed. Combef. p. 232, l. 3 : Ῥήματα ... ξένα τῆς παρὰ Χριστιανοῖς ἐλπίδος περιέχοντα βαττολογήματα, Nugas a spe Christiana alienas. Hase.]

Βαττολογία, ἡ, exp. non solum Titubantia et offensio in loquendo, Hæsitantia, sed etiam Multiloquium : Hesychio ἀργολογία et ἀκαιρολογία. Sane accipi pro πολυλογίᾳ conjuncta cum ἀκαιρολογίᾳ et ἀργολογίᾳ, discimus e Matth. 6, [7,] ubi Christus quum dixisset : Προσευχόμενοι δὲ μὴ βαττολογήσητε, ὥσπερ οἱ ἐθνικοὶ, subjungit, Δοκοῦσι γὰρ ὅτι ἐν τῇ πολυλογίᾳ αὐτῶν ἐξακουσθήσονται· damnans preces non simpliciter longas, sed quæ et prolixæ simul sunt et inanes; vanum enim plerumque est multiloquium s. loquacitas : unde et Theophyl. [vol 1, p. 31 ed. Venet.] ibi βαττολογίαν esse dicit τὴν φλυαρίαν : quale in precibus esse ait τὸ αἰτεῖν τι τῶν γηΐνων, δόξαν, πλοῦτον, νίκην· et βαττολογεῖν, τὸ φλύαρον εἶναι. Etym. quoque βαττολογίαν signif. ait τὴν πολυλογίαν : sed aliam nominis rationem afferens, nimirum ἀπὸ Βάττου τινὸς Ἕλληνος, μακροὺς καὶ πολυμήκεις στίχους ποιή-

σαντος εἰς τὰ εἴδωλα, ταυτολογίαν ἐχοντας. [Nicolaus Methon. Refutat. Procli p. 142 : Τὴν περὶ αὐτῶν σοφοῦ τοῦδε βαττολογίαν. Asterius in Cotelerii Monum. vol. 2, p. 7 : Βλασφημίας ἄγευστα καὶ βαττολογίας ἀμέτοχα. G. Dind.]

[Βαττολόγος, ὁ, ἡ, Garrulus. Joann. Chrysost. vol. 3, p. 27, C, ed. Montef. ab Lobeckio citatus Aglaoph. p. 401. G. Dind.]

Βάττος, ὁ, nomen cujusdam Cyrenæorum principis : quem in maximo honore habuerunt, ideoque ei ἐξαίρετον ἔδοσαν τὸ σίλφιον, et in numismatum altera parte Ammonis effigiem cuderunt, in altera silphii, in ipsius honorem : quæ planta erat pretiosa et valde odorata. Inde proverb. Βάττου σίλφιον dicitur ἐπὶ τῶν σπανίας τιμὰς λαβόντων, ut prolixius docet Aristoph. Schol., Suid. et Erasm. in Adagiis. Ab eodem et Βάττου σκοπιὰ, Batti specula, nominatus est Locus quidam in Libya, ut testatur Hesych. Meminit Suid. et Batti cujusdam ἰσχνοφώνου καὶ τραυλοῦ, Exili voce præditi et balbi. Sed idem is est cum priore, ut ex Herod. patet, 4, [155,] p. 171, 172. Ibi enim de Cyrenaici illius Batti genere loquens, inter alia et ipse dicit, Χρόνου δὲ περιϊόντος, ἐξεγένετό οἱ παῖς ἰσχνόφωνος καὶ τραυλὸς, τῷ οὔνομα ἐτέθη Βάττος. Ipse vero Herod. eum post adventum in Libyam ait transnominatum esse Βάττον, quoniam Λίβυες τὸν βασιλέα βάττον καλέουσι, ipseque Libyæ regnum obtinuit. [De Batto et Battiadis vide Thrig. Res Cyren. p. 103, et de proverbio Βάττου σίλφιον p. 312. Frequens autem fuit nomen hoc inter Cyrenenses, quo etiam Callimachi poetæ patrem usum esse scimus : unde Callimachus Βαττιάδης dicitur in versibus supra indicatis. || Βάττος, dux Corinthiorum, apud Thucyd. 4, 43. G. Dind.]

[Βαττοφόρος corruptum ex Βαιτοφόρος, de quo vide s. Βαίτα.]

Βατύλη, ἡ, Femina pusilla, Pusio feminini sexus, Nana. Scribit enim Schol. Aristoph. Il. [1011], τὰς μικρὰς θηλείας dictas fuisse βατύλας : et Theopompi quoddam δρᾶμα esse inscriptum Βατύλη. Reposui autem βατύλας pro βατύλους, ut apud eum scriptum est, quod sic apud Suid. reperiam in Νιττάριον, et ea scriptura rationi sit magis consentanea. [Falsa videtur Hemsterhusii conjectura βατάλη p. 363. G. Dindorf.]

[Βατώδης. Vid. Βατόεις.]

[Βάτων, ωνος, ὁ, Bato, Amphiarai auriga. Pausanias 2, 23; Apollodorus 3, 6, 6, ubi vide Heynii Obs. p. 252. || Novæ comœdiæ poetam aliosque Batones memorant Fabricius B. G. vol. 2, p. 426, et Ebert. Dissert. Sicul. p. 92—95. Batonem, obscuræ hominem memoriæ, afferunt grammatici in Βατίεια indicati. Βάττων vitiose scribitur in apographis quibusdam Athenæi 7, p. 289, C; 14, p. 662, C, et apud Suidam, ubi de Batone comico agit, quemadmodum Batonis statuarii nomen apud Plinium H. N. 34, 8, 19, in libris pluribus *Batton* scriptum est. Alius error Βάθων est, de quo supra dictum. Βάτος et Βάτων confusa apud Arrian. Diss. Epictet. 1, 2, 26; ubi vid. Corais annotatio vol. 2, p. 302. Schol. Pindari Isthm. 3, 104. Βάτων et Κάτων apud Athen. 6, p. 251, E; 15, p. 678, F. Βάτων et Πλάτων : vid. Meinek. ad Menandr. p. 150. G. Dind.]

[Βαύ. Vid. Βαύζω. Βαῦ. Vid. Βαῦς.]

[Βαυβαλίζω. Vid. Βαυκαλίζω.]

[Βαυβάω.] Βαυβᾶν, pro κοιμᾶσθαι dici κατὰ γλῶσσαν tradit Eust. [p. 1761, 27. Sophoclis, quod sequitur, fragmentum apertum est e dramate satyrico sumptum esse. G. Dind.], velut, inquit, ἡ δὲ προυκαλεῖτό με βαυβᾶν μετ' αὐτῆς. Additque, inde esse illud apud Cratinum, Λόγος τις ὑπῆλθ' ἡμᾶς ἀμαθὴς συβαύβαλος· sed non exp. quanam signif. id usurparit. Meminit vero et Hesych. τοῦ βαυβᾶν, exp. etiam ipse καθεύδειν : quum tamen paulo ante βαυβᾷ exposuisset κοιμίζει, Sopit. [Antiatticista p. 85, 10 : Βαυβᾶν· ἀντὶ τοῦ καθεύδειν. Εὐριπίδης Συλεῖ, Βαυβῶμεν εἰσελθόντες· ἀπόμορξαι σέθεν τὰ δάκρυα. Κάνθαρος Μηδείᾳ, Βαυβήσομεν. Angl. Codex βαβᾶν, βαβῶμεν et βαβήσομεν. Arcadius p. 149, 13 et Chœrobosc. in cod. Barocc. 50, fol. 167 : Βαβῶ, τὸ καθεύδω, quod recentioris linguæ vitium videtur. Conf. quæ s. Βαβὼ dicta sunt. G. Dindorf.]

[Βαυβυκᾶνες· πελεκᾶνες, Hesychius. Vid. Βαϊβυξ.]

Βαυβὼ, οῦς, ἡ. A Βαυβᾶν procul dubio dicta Βαυβὼ, τιθήνη Δήμητρος, Nutrix Cereris, quod eam infantem adhuc ἐβαύβα et ἐκοίμιζε : quamvis idipsum et κοιλίαν signif. apud Empedoclem dicat idem Hesych. [De Baubo vide Kuster. ad Suidam vol. 1, p. 245, et Lobeck. Aglaoph. p. 818. Interdum in Βαβὼ corruptum esse supra dictum est. Ceterum ὡς παρ' Ἐμπεδοκλεῖ in glossa Hesychiana Musuri emendatio est. Codex ὥσπερ ἐν πεδοκλεῖ. G. Dind.]

ptura in titulis Laconicis exstat, βίδεος et βίδυος, nusquam βιδιαῖος nec βειδιαῖος.—In scriptura βίδυος latet etymon. Grammaticos si audimus, βείδιος est vel ἔνδοξος, ut Suidas exponit, vel ἄρχων, quæ Eustathii (p. 1453, 11) explicatio est : sed his auctoritatibus cave te induci patiaris. Bidei teste Pausania ludos epheborum curant : ephebis inter ludos maxime præfecti sunt; ludorum et epheborum sunt testes et judices : sunt ἴδυοι, et quoniam verbum εἴδω digamma habet, dicuntur Fίδυοι, βίδυοι. Quinque bideos fuisse Pausanias tradit : sed in duabus inscriptionibus diserte sex sunt ». Bœckh. Corp. Inscr. vol. 1, p. 609. Chœrobosc. in cod. Barocc. 50, fol. 181 : Βείδιοι· τοῦτο διὰ τῆς ει διφθόγγου γράφεται. Βείδιοι λέγονται οἱ ἄρχοντες παρὰ τοῖς Λακεδαιμονίοις. Cramer.]

[Βίδος (codex Vratisl. Βεῖδος, superscripto ι), φρούριον ἐν Σικελίᾳ, οὐδετέρως· εὕρηται δὲ καὶ διὰ διφθόγγου καὶ διὰ τοῦ ι· ἔστι καὶ ἕτερον ἐν τῇ Ταυρομενιτῶν χώρᾳ Βίδιος φρούριον· τὸ ἐθνικὸν Βιδῖνος, Stephan. Byz. Quum Βεῖδος dictum sit, probabile est Βίδος producto iota Bῖδος scribendum esse. G. Dindorf.]

[Βιέλοπες. V. Βειέλοπες.]

[Βίεννος, Biennus, urbs Cretæ. Gentile Βιέννιος. Steph. Byz. G. Dindorf.]

[Βιζάκιον, τὸ, Lapillus. Vide exempla apud Ducangium.]

Βιζῆαι, Hesychio κοῖται, στιβάδες.

[Βιζύη, ἡ, Bizya, urbs Thraciæ. Steph. Byz. Gentile Βιζυηνὸς frequens in numis. Βιζυανῶν scriptum in numis apud Eckhel. vol. 2, p. 25; Mionnet. vol. 1, p. 374, et in Supplem. vol. 2, p. 232. Βιζηνῶν numus apud Eckhelium. G. Dindorf.]

[Βιζώνη, ἡ, Bizona, urbs Thraciæ. De gentili Stephanus Byz. : Ἠδύνατο Βιζωναῖος ἢ Βιζωνίτης, ἔστι δὲ Βιζώνιος, ὡς Παλλήνιος. G. Dindorf.]

Βιήμαχος, ὁ, ἡ, Vi et robore, non arte, pugnans. Epigr. [Agathias in Antholog. Palat. 4, 3, 48 : Βιήμαχον ὄμμα τανύσσῃ. Paulus Silent. ibid. 5, 293 : Θεσμὸν Ἔρως οὐκ οἶδε βιημάχος. Angl. Recte positus accentus in loco Pauli Silent. βιημάχος, quum non ab μάχη, sed ab μάχεσθαι derivetur. Vide canonem Eustathii p. 1021, 50. G. Dindorf.]

[Βιήνωρ. V. Βιάνωρ.]

Βίηφι, Poet. paragoge pro βίῃ s. βίᾳ. Od. A, [403] : Ὅστις ἀέκοντα βίηφι Κτήματ' ἀποῤῥαίσῃ. H : Βίηφι δὲ καρτεροὶ ἦσαν. [Z, 6 : Βίηφι δὲ φέρτεροι ἦσαν. Schol. ad Il. M, 153 : Τὸ δὲ βίηφι χωρὶς τοῦ ι ἐστίν. G. Dind.]

[Βίθ. V. Βάδος.]

[Βιθύαι, ἔθνος Θρᾴκης, ἀπὸ Βίθυος τοῦ Ἄρεος καὶ Σήτης τῆς Ῥήσου ἀδελφῆς, Steph. Byz. || Βιθύας, ου, Bithyas, dux Numidorum, apud Appian. Punic. c. 111, 114, 120. || Βιθύας ποταμὸς apud eundem De bello Mithrid. c. 1. || Βιθίας male apud Suidam. *Bithiæ* inscriptæ sunt epistolæ Latinæ Libanii duæ p. 782. G. Dindorf.]

[Βιθυνία, ἡ, Bithynia, Asiæ minoris provincia. Stephanus Byz. : Βιθυνία, πρὸς τῷ Πόντῳ χώρα, ἀπὸ Βιθυνοῦ τοῦ Διὸς καὶ Θρᾴκης τῆς Τιτανίδος, ἣ ἐκ μὲν Διὸς ἔσχε Βίθυν (Bithynum vocant Stephanus ipse s. v. Δόλογκον, ubi genitivus legitur Βιθυνοῦ, et Eustathius ad Dionys. 793, ex Arriano : sed Βίθυν Appianus De bello Mithrid. c. 1), ἐκ δὲ Κρόνου Δόλογκον. Τὸ ἐθνικὸν Βιθυνὸς καὶ Βιθυνὴ καὶ Βιθυνὶς καὶ Βιθυνίας (corrige Βιθυνιάς). Gentile Βιθυνὸς ubique obvium. Βιθυνὶς Apollonius Rh., 2, 4 : Βιθυνὶς Μελίη. Ibid. 177 : Ἀντιπέρην γαίης Βιθυνίδι πείσματ' ἀνῆψαν, ubi libri plures male Βιθυνηίδι, quod recte legitur apud Cyrum in carmine in Maximinum in Antholog. Palat. 9, 808 : Πάνθ' ὁρόω γαίης Βιθυνηίδος ἀγλαὰ ἔργα, quemadmodum Βιθυνῶν anapæstus est apud Gregor. ibid. 8, 93 : Φεῦ κόνιν ἐκ Βιθυνῶν δεξάμεθ' αὖ σε πέδου, contra antiquiorum poetarum usum, ut recte monet Jacobs. ad Antholog. Palat. vol. 3, p. 634, qui ibid. p. 429 *Bithyni* correpta syllaba prima ex Juvenali memorat 7, 15. Orac. Sibyll. 12, 253 : Καὶ φύγεται μετέπειτα καὶ εἰς Βιθυνῶν πέδον ἥξει· sed antiqua mensura 13, 137 : Μυσοῖς Βιθυνοῖς θ'... Βειθυνίδος scriptum in lapide ap. Bœckh. Inscr. vol. 2, p. 33. G. Dindorf.]

[Βιθυνιακὸς, ἡ, ὸν, Bithyniacus. Arriani Βιθυνιακὰ, quæ legit Photius cod. 93; Demosthenis Βιθυνιακὰ sæpius citata ab Stephano Byz. Forma Βιθυνικὸς apud Appian. B. C. 4, 84; 5, 49 et 70. Conf. s. Βιθυνόπολις. G. Dindorf.]

[Βιθυνιαπολίτης. V. Βιθυνόπολις.]

[Βιθύνιος. Orac. Sibyll. p. 568 : Βιθύνιοι κλαύσουσιν ἐὴν χθόνα· ubi Jacobsius ad Antholog. Palat. vol. 3, p. 634, Βιθυνοὶ recte corrigit. G. Dindorf.]

[Βιθυνίς. V. Βιθυνία.]

[Βιθυνόθεν, Ex Bithynia. Ephraem. Cæsar. 9123 : Γραφήν τις ἐκπέπομφέν οἱ Βιθυνόθεν. G. Dindorf.]

[Βιθυνόπολις, πόλις ἀπὸ Βίθυος· τὸ ἐθνικὸν ὤφειλε Βιθυοπολίτης· εὗρον δὲ Βιθυνιαπολίτην παρὰ Ἀρριανῷ ἐν πέμπτῳ Βιθυνιακῶν (codex Perus. βιθυνικῶν)· δεῖ δὲ τοῦ Βιθυνόπολις εἶναι Βιθυνοπολίτης, Steph. Byz. G. Dind.]

[Βιθυνός. V. Βιθυνία.]

[Βίθυς. Vid. Βιθυνία, Βιθυνόπολις. || Bithys, Lysimachi regis parasitus. Athen. 6, p. 246, D; 14, p. 614, F. || Δημητρίου στρατηγὸς apud Plutarch. V. Arati c. 34. Confer nomen Βίτυς : de quo infra. G. Dindorf.]

Βικίον et Βικίδιον, τὸ, demin. Urnula, Urceolus, Doliolum : vel Laguncula : aut etiam generalius Vasculum. Diosc. 1, 96 : Βάλε εἰς βικίον ὑελοῦν, ἔχον μέλι· καὶ τὴν ἀρχὴν τοῦ λίνου περιδήσας τῷ στόματι τοῦ βικίου, πωμάσας ἀπόθου. [Epiphanius vol. 2, p. 182, B : Ἀλάβαστρον μύρου βικίον μέν ἐστιν ὑέλινον. Geopon. 10, 69, 1 : Ἐν ὑελίνῳ βικίῳ. In Ὀρνεοσοφίῳ p. 204 ed. Rigalt. βίκιον ὑέλινον. Interdum βυκίον scriptum, ut apud Alexandrum Trall. 7, p. 327; 10, p. 573, et in exemplis apud Ducangium. Βηκίοις ὑελοῖς apud Paulum Ægin. 7, p. 292, 8. G. Dind.] Apud Suidam vero alterum demin. βικίδιον legitur. [|| Vicia, Faba. Vid. Βίκος. G. Dindorf.]

Βίκος, ὁ, Hesychio est στάμνος ὦτα ἔχων, Vas aut Urna habens ansas. Aut etiam Doliolum. Hieron. enim, quod LXX Interprr. ap. Ier. 19 vocant βίκον ὀστράκινον, reddit Doliolum testeum. Eubulus sane ap. Athen. 1, [p. 29, D,] σταμνάρια et βίκους pro eodem accipit. Nam ut ibi dicit : Σταμνάριά τ' οἴνου τοῦ φοινικίνου· ita etiam Φοινικίνου βῖκός τις ὑπανεώγνυτο. Sic Xenophon [Exp. Cyri 1, 9, 25,] ap. Suid. : Ἔπεμπε βίκους ἐπιδεεῖς [ἡμιδεεῖς] οἴνου. Rursum ap. Athen. 3, [p. 116, F] ex Archestr. : Καὶ Σικελοῦ θύννου τέμαχος Τμηθὲν, ὅτ' ἐν βίκοισι ταριχεύεσθαι ἔμελλεν. Eust. [p. 1163, 23] quoque βίκους esse dicit οἰνοδόχα ἀγγεῖα, ap. Xen. et alios, sed in illo Archestr. l. dici ἐπὶ μειζόνων ὀστρακίνων σκευῶν· viderique hunc ταριχευτικὸν βίκον eundem esse cum ἀμφορεῖ, quum mox de scombro dicat idem Archestr. : Πρὶν ἐς ἅλμυρὸν ὕδωρ Ἐλθεῖν ἀμφορέως· vulgo eum βιτίναν dici. [Duo antiquissima exempla sunt Herodoti 1, 194 : Βίκους φοινικηίου οἴνου πλέους, et Hipponactis, de quibus Antiatticista p. 85, 23 : Βίκος· Ἱππῶναξ δευτέρῳ, Ἡρόδοτος πρώτῳ. Scriptura in codicibus triplex inveniri solet, prima et usitatissima βίκος, altera βικὸς, tertia rarior βῖκος, ut in fragmento Eubuli ab Stephano allato : quibus accedit βεικοὺς, quod Hesychius per πίθους interpretatur, βῆκος, quod Hemsterhusius ex Paulo Ægineta 7, p. 296, (adde 297), 299 affert, et βύκος et βύκιον ab Ducangio memorata, posterius ex Erotiano p. 104 : Βυκίου στενοστόμου. Τὴν παράδοσιν διὰ τοῦ ι esse annotavit Suidas. Quod si quid Archestrati versui tribuendum est, ubique βικος scribi oportet falliturque Adamus in Epicharmi senario apud Athen. 6, p. 235, F, corrigens ἄμυστιν ὥσπερ κύλικα πίνει τὸν βίκον, pro vulgato βίον : quæ vocabula permutata sunt apud Pollucem 6, 14. Exemplis ab Stephano collectis Hesychii interpretes alia addiderunt, in his Luciani Dial. meretr. 14 : Ἰσχάδων βίκον, et Photii glossam, Οὐροδόκην τὴν ἀμίδα Ξενοφῶν· οὔριον (οὔρειον Porsonus) δὲ βίκον Ἀντισθένης· unde explicandum apud Hesychium Οὐριομβικὸν, h. e. οὔριομ. βικόν. Grammaticus Bekkeri p. 226, 16 : Βίκον· φιάλην· οἱ δὲ ἄμβικον καὶ χύτρον. Inter pocula enumeratur ab Athen. 11, p. 784, D, qui φιαλῶδες ποτήριον dicit. Ceterum recte indicatur vocabulum esse peregrinum, apud LXX respondens Hebraico בקבוק *Bakbuk*. G. Dindorf.] || Sed Suida teste, βίκος est etiam σπέρμα quoddam idem procul dubio quod peculiariter Asianos appellare βικίον tradit Gal. Lat. Vicia. Vide Ἀφάκη. Βει-

κοὺς, Hesych. dici scribit τοὺς πίθους, Dolia. [Eustathius p. 538, 22 : Αἱ ὀλύραι σπόριμον μέλαν μικρότερον τοῦ λεγομένου βίκου καὶ τοῦ ὀρόβου. Disertius Galenus vol. 6, p. 332 : Τὸ ὄνομα τοῦ βικίου παρ' ἡμῖν μὲν σύνηθές ἐστι καὶ μόνως γε οὕτως ὀνομάζεται, παρὰ δὲ τοῖς Ἀττικοῖς ἄρακος ἢ κύαμος ἐκαλεῖτο. G. Dindorf.]

[Βικρός. V. Πικρός.]

[Βικώδης, ὁ, ἡ. Κεράμιον βικῶδες, Vasculum βίκῳ simile, Hesychius in Ὕρχας. Conf. supra Βεμβικώδης. G. Dind.]

[Βίλβινα. V. Βέλβινα.]

[Βίλιππος. V. Β et Φίλιππος.]

[Βιλιστίχη, ἡ, Bilistiche, Ptolemæi Philadelphi concubina, apud Athen. 13, p. 576, E. Ab eodem p. 596, E, Βιλιστίχη memoratur ἡ Ἀργεία, ἑταίρα ἔνδοξος, τὸ γένος ἀπὸ τῶν Ἀτρειδῶν σώζουσα, ὡς οἱ τὰ Ἀργολικὰ γράψαντες ἱστοροῦσιν. Quæ diversa ab illa fuerit necesse est, si vera sunt quæ de Alexandrina narrat Plutarchus Moral. p. 753, F, ubi hoc nomen in Βελεστίη corruptum est : Ἡ δὲ Βελεστίη πρὸς Διὸς οὐ βάρβαρον ἐξ ἀγορᾶς γύναιον, ἧς ἱερὰ καὶ ναοὺς Ἀλεξανδρεῖς ἔχουσιν, ἐπιγράψαντος δι' ἔρωτα τοῦ βασιλέως Ἀφροδίτης Βελεστικῆς. Apud Suidam Βελεστίχη glossa legitur, qua caret editio Kusteri. Βλίστιχιν παλλακίδα dicit Clem. Alex. p. 41, eademque haud dubie Βελιστίχη ἐκ Μακεδονίας est, quam Pausanias 5, 8, 11, biga in ludis olympicis vicisse memorat. Unde corruptam scripturam Eusebii p. 153 ed. Mai. *Philistiachus Macedii* Niebuhrius in Scriptis minoribus vol. 1, p. 214, in Φιλιστίχη Μακεδὶς (immo Μακεδονὶς aut Μακετὶς) mutavit. Vera igitur nominis scriptura Βιλιστίχη videtur et Φιλιστίχη, quemadmodum Βίλιππος et Φίλιππος dictum fuit. Βλιστίχη probabat Valcken. ad Callimach. p. 166. G. Dindorf.]

[Βιλλαῖος, ὁ, Billæus, fluv. Bithyniæ. Arrian. Peripl. Ponti Eux. p. 14; male Βίλλαιος scriptus apud Marcian. Heracl. p. 70, 71, et duplici vitio Βίλαιος apud Stephan. Byz. in Τίος et Ψύλλα. Duplicatum λ confirmant numi apud Eckhel. D. N. vol. 2, p. 439, et versus Apollon. Rh. 2, 791 : Ὅσσους Βιλλαίοιο μέλαν περιάγνυται ὕδωρ· ubi Schol. : Βιλλαῖος προπερισπωμένως· οὕτω φησὶν Ἡρωδιανὸς ἐν τῷ πέμπτῳ τῆς καθόλου· ἔστι δὲ ποταμὸς Παφλαγονίας, οἱ δὲ Φρυγίας. *Billis* apud Plinium H. N. 6, 1. ||Βιλλαῖος, nomen hominis. Nonnus Dion. 26, 217 : Πυλοίτης γνωτὸν ἔχων Βιλλαῖον δμόστολον ἡγεμονῆα. G. Dindorf.]

[Βιλλᾶς, Arcadius p. 22, 3. G. Dindorf.]

[Βίλλος, τὸ ἀνδρεῖον αἰδοῖον, τὸ κοινῶς βιλλὶν, παρὰ Ἐφεσίοις βαρύνεται, Arcadius p. 351, 21. Βῶλος nomen hominis est apud Hippocr. p. 1162, A. Apud Herodianum Περὶ μονήρους λέξεως p. 11, 26, Φῶλος, παρὰ Ἀνακρέοντι τὸ ὄνομα, fortasse Βῶλος corrigendum esse in annotatione monui. G. Dindorf.]

Βιμβικίζεται, ab Hesych. exp. περικρούεται : a Suida παρακρούεται. [Comparandum cum κιμβικεύομαι, quod vide. G. Dindorf.]

Βίμβλινος οἶνος, Vinum Bimblinum : et Βιμβλίνη ἄμπελος, Bimblina vitis : dicuntur ἀπὸ ὀρῶν [codex ἀπὸ ῥοιῶν, consentiente Grammatico Bekkeri p. 225, 32, ὀρῶν ex Etymol. correctum] Βιμβλίνων Θράκης, ut Hesych. ex Epicharmo tradit. Etym. [p. 197, 33,] ita nominari scribit a Bimbline Naxi fluvio, ad quem proveniunt : atque ita unum eundemque esse οἶνον Νάξιον et οἶνον Βίμβλινον. Hesychio est etiam ὁ ἁπαλὸς οἶνος. [Pro ἁπαλὸς apud Hesychium παλαιὸς corrigendum ex grammatico Bekkeri et Etymol. M. p. 197, 44. Ceterum grammaticus Bekkeri Βίβλινος scribit omisso μ, quod diserte agnoscit Etymol. Esse enim ἐν Νάξῳ ποταμὸν Βιβλίνην, ἀφ' οὗ καλοῦσιν οἶνον Βίβλινον, διὰ τὰς πεφυκυίας ἀμπέλους· διὰ δὲ τοῦ μ γράφουσι τὸν ποταμὸν Βιμβλίνην, καὶ τὸν Νάξιον οἶνον διὰ τοῦ μ Βίμβλινον. De Byblino vino copiose disputasse Mazocchium ad Tab. Heracl. 1, p. 199, annotavit Ruhnkenius ad Hesych. G. Dindorf.]

[Βίναι, αἱ, Binæ, nomen loci. Theophrast. De lapid. 12, 15, p. 689, 690. G. Dind.]

Βῑνέω, i. q. βείνω, Ineo s. Coeo, ut βαίνω, a quo hæc ambo derivata putantur : ὀχεύω, συνουσιάζω. Aristoph. B. [740] : Πῶς γὰρ οὐχὶ γεννάδας, Ὅστις γε πίνειν οἶδε καὶ βινεῖν μόνον. [Frequens apud Aristophanem et alios comicos verbum, a librariis sæpe in κινεῖν mutatum : vide Brunck. ad Lysistr. 966. Imperfecti forma iterativa βινεσκόμην utitur Aristophanes Eq. 1242. G. Dind.]

Βῑνητιάω, Inire s. Coire cupio, Coitus libidine prurio. Legitur apud Lucian. [Pseudol. c. 27], itidemque apud Athen. [Macho 13, p. 583. C,] Phryne meretrix dicit ἕως ἂν οὐ Βινητιάσω. Utitur vero et Aristoph. [Lys. 715. Apud Apostol. Proverb. 15, 5, βινεῖ : nisi potius βινητιᾷ. Osann.]

Βῖξ, i. q. σφίγξ. Hesychius enim βίκας esse σφίγγας. Lycophr. [1465] τὴν σφίγγα vocat φίκειον τέρας.

[Βιογραφία, ἡ, Vitæ scriptio. Damasc. Vit. Isidor. apud Phot. Bibl. p. 335, 114 : Οἷα μέτρα βιογραφίας. G. Dindorf.]

[Βιόδαμος, ὁ, Biodamus. Inscriptio Spartana apud Bœckh. Corp. Inscr. vol. 1, p. 630. G. Dindorf.]

[Βιοδότης. Vid. Βιοδώτης.]

Βῐοδῶρος [immo Βιόδωρος], ὁ, ἡ, Victum largiens, Almus, ut Plato De rep. 2 : Βιοδῶροι παῖδες Ἰνάχου τοῦ Ἀργείου ποταμοῦ. Sic etiam terra βιοδώρα dicitur. [Platonis locus est p. 381, D. Æschyli versum fuisse Ἰνάχου Ἀργείου ποταμοῦ παισὶν βιοδώροις ostendi ad fragmentum hujus poetæ 159. Βιόδωρος αἶα dixit Sophocles Philoct. 1162. Βιόδωρος χθὼν in Euripidis Hippol. v. 750 præbet codex Paris. Artemidor. 2, 39, p. 139, et Clem. Alex. p. 673, indicat Wakef. Βιοδώρα ex Suida est, Βιοδώρα· ἡ γῆ. G. Dind.]

Βῐοδώτης, ὁ, et Βιοδώτωρ, ορος, ὁ, ἡ, Victum largiens, Almus, in Epigr. [Antholog. Palat. 9, 525, 3, βιοδώτην,] et Nonn. [Jo. 136, 8.] Apud Plat. vero [De legg. 11, p. 921, A : Τὸν βιοδότην θεὸν ἐπαιδεσθεὶς] et Βιοδότης reperitur. [Βιοδῶτις, ἡ, Orph. H. 28, 3; 54, 12. Βιοδώτωρ, 72, 2, et Julianus Ægypt. Anthol. Palat. 7, 585. Indicavit Scottus.]

[Βιοδῶτις. Vid. Βιοδώτης.]

[Βιοδώτωρ. Vid. Βιοδώτης.]

[Βῐοζυγής, ὁ, ἡ, Vitam jungens. Nonn. D. 33, 179 : Εὐφροσύνης κήρυκα βιοζυγέων ὑμεναίων. Bast.]

Βῐοθάλμιος ἀνὴρ, Diuturnæ vitæ vir. Hom. H. [in Ven. 190, ubi Ruhnken. comparat ζωτάλμιος.]

[Βιοθανασία, ἡ, Violentus interitus. Ptolem. Tetrab. p. 85, 22 : Ὀξείας νόσους καὶ βιοθανασίας, μάλιστα τῶν ἀκμαίων. Cf. Βιαιοθανασία. Hase.]

[Βιοθανατέω. Vid. Βιαιοθανατέω.]

[Βιοθάνατος. Vid. Βιαιοθανατέω, et quæ Suicerus attulit p. 690. G. Dind.]

[Βιοθανής. Vide Βιαιοθανατέω. Ex Actis Arethæ in Anecd. suis vol. 5, p. 23, 14, et Simeone Metaphr. ibid. p. 23, n. 3, affert Boissonadius.]

[Βιοθέα, ἡ, Biothea, Nicocreontis Cypri regis uxor. Macho apud Athen. 8, p. 349, E. Axiothea apud Diodor. Sic. 20, 21. G. Dind.]

Βῐοθρέμμων, ονος, ὁ, ἡ, Vitam alens et sustentans, Almus. Aristoph. N. [570] : Αἰθέρα σεμνότατον βιοθρέμμονα πάντων. Gaza vero apud Aristot. vertisse dicitur Pollens ingenio ac industria in vitæ muneribus. [Βιοθρέμμονα φῦλα ex Orphico hymno 33, 19 indicant Angl.]

[Βῐοθρέπτειρα, ἡ, Vitam alens, epitheton matris deorum in hymno Orph. 26, 13. Attulit Scottus.]

[Βιοκρίτης, ὁ, Gl. Censor.]

[Βιοκωλύτης, ὁ. Βιοκωλύται, qui in provinciis vim et proterviam militum compescebant. Justinianus Nov. 8, cap. 12, s. 1 : Ληστοδιώκτας, ἢ τοὺς καλουμένους βιοκωλύτας. Adde Nov. 128, c. 21; Nov. 134, c. 1; Nov. 145. In Basil. Ecl. 6 est titulus : Περὶ Δουκὸς, ἤτοι βιοκωλύτου Λυκαονίας καὶ Αὐδίας. Vide Cujac. ad d. Nov. 8, 145. Ducang.]

[Βιολογέω, Ad vivum describo. Longin. 9, 15 : Τοιαῦτα γάρ που τὰ περὶ τὴν τοῦ Ὀδυσσέως ἠθικῶς αὐτῷ βιολογούμενα οἰκίαν, οἱονεὶ κωμῳδία τίς ἐστιν ἠθολογουμένη. Schneid.]

[Βιολογικὸς, ἡ, ὀν, Mimicus. Suidas in Φιλιστίων, Ἔγραφε κωμῳδίας βιολογικὰς, ubi Kusterus : « Priores editiones male βαιολογικάς. Comœdiæ βιολογικαὶ sunt mimi, ut docent Scaliger ad Euseb. p. 179, et Valesius ad Ammian. Marcell. 30, 4, p. 405. » Hemst.]

[Βιολόγος, ὁ, Mimus, Histrio. Vide ad Plutarch. vol. 4, p. 351 ed. meæ, ubi ex inscriptione affertur :

Μιμάδι Βασίλλη στήλην θέτο βιολόγος φῶς. Coraes. Βιολόγος et βιολόγοι annotatum in Gl. Labbæi. Epigramma illud tractavit Jacobsius in Wolfii Anal. fasc. 1, p. 106, et in Anthologiam Palat. recepit vol. 3, p. 970. G. Dind.]

[Βίολα lectio vitiosa pro Βηλά· vide Βηλός.]

[Βίομαι. Vid. Βείομαι.]

Βιομηχανία, ἡ, Industria in vita sustentanda et victu comparando. Citat J. Poll. [7, 189, ubi codex Jungermanni βιομήχανοι] ex Antiphonte.

Βιομήχανος, ὁ, ἡ, Qui ad vitam sustentandam et victum parandum nihil non machinatur : Aristot. H. A. 9, [15] : Χλωρίων δὲ μαθεῖν μὲν ἀγαθὸς καὶ βιομήχανος, Docilis et ad vitæ munera ingeniosus, ut vertit Gaza, qui alibi interpr. Ingenio valens in vitæ officiis : quo sensu εὐμήχανος πρὸς τὸν βίον etiam reperitur, et apud Aristot. de ulula, βιωτικὸς καὶ εὐμήχανος, pro quo Bud. εὐβίοτος etiam dici testatur.

[Βιόπλαγκτος, ὁ, ἡ, i. q. βιοπλανής. Nonn. D. 3, 356 : Εἰς σὲ βιοπλάγκτοιο τύχης στροφάλιγγα κυλίνδων. Wakef.]

Βιοπλανής, ὁ, ἡ, Qui victus quærendi causa vagatur huc illuc, Mendicus. At βιοπλανὲς ἦθος apud Nonn. [Jo. 195, 7] interpr. Mores lubrici et inconstantes. [Ἄχθος ἀνάγκης, 248, 27; βιοπλανέεσσι πτωχοῖς, 176, 24. Chœroboscus apud Bekker. p. 1253, (coll. Jo. Alex. τον. παραγ. p. 15, 26) : Βιοπλανεῖς καὶ κατὰ ἀποβολὴν τοῦ ι βιοπλανὲς, ὡς παρὰ Καλλιμάχῳ, Οἵτε βιοπλανὲς ἀγρὸν ἀπ' ἀγροῦ φοιτῶσιν. Omissa Callimachi mentione βιοπλανὲς affert Etymol. M. p. 198, 12.]

[Βιοπονητικὸς, ἡ, ὸν, Vitam quærens labore. Hippodamus Stobæi Floril. 101, p. 249. Schneid.]

[Βιοπόνος, ὁ, ἡ, Vitam quærens labore. Stob. 248, 26. Wakef.]

Βιοποριστικὸς, ἡ, ὸν, Victum parans et suppeditans, ex Euseb. [P. E. p. 15. Wakef.]

[Βιορρός· δουλεία, Hesychius.]

Βίος, ὁ, Vita : apud poet. frequentius βίοτος, cui opp. θάνατος, Mors. Dem. [p. 1397] : Θάνατον καλὸν εἵλοντο μᾶλλον, ἢ βίον αἰσχρόν. Sunt qui βίον esse hominum, at ζωὴν brutorum potius existiment; sed hæc differentia non observatur. Quinetiam ζωῆς βίος e Plut. [Moral. p. 114, A,] affertur : Ὡς ἂν ἐκπλήσωσι τὸν ἐπικλωσθέντα τῆς ζωῆς βίον, et exp. Vitæ cursum. [Plato Epin. p. 982, A, a Passovio citatus : Μακραίωνα βίον ἔχειν ἱκανὸν ἑκάστῳ ζωῆς· ubi editores fugit locus Nicephori Greg. p. 200, B : Καθάπερ οἱ χωλὴν τοῦ βίου ζωὴν ἐβάδισαν, ὅ φησι Πλάτων. Adde ζόας βιοτὰν apud Euripidem : vide Βιοτή. G. Dind.] Frequentiora sunt βιοῦν s. βιῶναι βίον et ζῆν βίον. Dem. [p. 314] : Λαγὼ βίον ἔζης, δεδιὼς καὶ τρέμων. Et διατελεῖν τὸν βίον, Transigere vitam s. Degere, vel simpl. Degere, Vivere. Isocr. Busir. [p. 225, C] : Εὐδαιμόνως ἂν τὸν βίον διατελοῖμεν· Archid. [p. 125, B] : Τυραννῶν δὲ τὸν βίον διετέλεσε. [Διάγειν, ut apud Aristoph. Pac. 439 : Ἐν εἰρήνῃ διάξειν τὸν βίον· et iisdem fere verbis Plato De rep. 2, p. 372, D. G. Dind.] Et βίον διέρχεσθαι, q. d. Vitam pertransire, Plato De rep. 2, [p. 365, B : Ἢ πορευθεὶς τὸν βίον ὡς ἄριστα διέλθοι· ibid. p. 367, E : Πάντα τὸν βίον οὐδὲν ἀλλοσκοπῶν διελήλυθας ἢ τοῦτο. Pindarus Isthm. 4, 7 : Σὺν θεῷ θνατὸν διέρχονται τὸ βίου τέλος. G. Dind.] Et διατρίβειν τὸν βίον, apud Eund. [et τρίβειν βίον. Vide Διατρίβω et Τρίβω. G. Dind.] At διεξάγειν τὸν βίον, De rep. 1, est Vitam tolerare, Victitare; sed ibi legimus plur. βίους, qui observandus est : Οἱ δὲ Καρχηδόνιοι τοὺς μὲν κατ' ἰδίαν βίους ἀεὶ διεξαγαγόντες κ. τ. λ. [Hæc Polybii verba sunt 1, 71, 1. Apud Platonem autem De rep. 1, p. 344, E, legitur βίου διαγωγὴν, ᾗ ἂν διαγόμενος ἕκαστος ἡμῶν λυσιτελεστάτην ζωὴν ζῴη. G. Dind.] Quum autem Per totam vitam signif. volunt, dicunt διὰ βίου : de quo vide in Διά. Vitam finire, est τελευτᾶν τὸν βίον, vel καταστρέφειν τὸν βίον, vel καταλύειν τὸν βίον, vel μεταλλάττειν τὸν βίον, vel ἐκλιπεῖν τὸν βίον, vel ἀποψύχειν τὸν βίον. Isocr. Paneg. : Ἐπονειδίστως τὸν βίον ἐτελεύτησε. [Ἀκλεῶς τὸν βίον τελευτήσαιεν Isocr. Paneg. p. 57, D, et αἰκισθεὶς τὸν βίον ἐτελεύτησεν p. 73, A. G. Dind.] Sed et sine accus. βίον hoc verbo utuntur eadem signif., sic et ceteris præterquam illo ἐκλιπεῖν. Cic. apud Eurip. [Iphig. A. 18] : Βίον ἐκπερᾶν, Ad supremum vitæ diem pervenire interpr. Vide p. 147 mei Cic. Lex. Dicitur vero itidem πέρας τοῦ βίου, item τελευτὴ τοῦ βίου, Xenoph. Cyrop. 8, [7, 3], alioqui frequentius τελευτὴ solum, pro Fine vitæ. Hegesander autem apud Athen. audaci metaph. δυσμὰς βίου appellavit, q. d. Occasum vitæ, vergentem ad obitum vitam. Tribuitur autem et Empedocli illud loquendi genus. [Βίου ὀδύντος αὐγὰς dixit Æschylus Agam. 1123. Ἀπορρηγνύναι βίον θανόντα Euripides Iphig. Taur. 974. Ἐκπλῆσαι βίον idem Hecub. 1270. Κρύπτειν τὸν τελευταῖον βίον παρ' Ἅδην ἕρποντα Sophocles OEd. Col. 1550. Τέρμα τοῦ βίου περάσῃ idem OEdip. Tyr. 1530. Idem fragm. 572 : Ἡμῖν αὐτῷ παντελῶς ἥδη βίος διεκπερανθῇ καὶ τελευτήσῃ βίον· ubi Blomfieldus χρόνος corrigebat. Epiphanius vol. 2, p. 176, B : Τὸ τέλος τοῦ βίου κατέστρεψε, quod paullo post dicit τὸν βίον κατέστρεψε. G. Dind.] Contra ἀκμὴν τοῦ βίου, Xenoph. Cyrop. [7, 2, 7.] Apud quem Ἀπ. 2, [1, 21], Cic. Ὁδὸν τρέπεσθαι ἐπὶ τὸν βίον vertit Vivendi viam ingredi, ut videbis p. 43 ejusd. Cic. Lex. Sic autem Isocr. ὁδὸν βίου dixit, Ad Demon. [p. 3, A] : Ὅσοι γὰρ τοῦ βίου ταύτην τὴν ὁδὸν ἐπορεύθησαν· Panath. [p. 287, C] : Ἐν μὲν γὰρ τοῖς παρελθοῦσι χρόνοις ἐθαύμαζόν σου τήν τε φύσιν, καὶ τὴν τοῦ βίου τάξιν. Rursus Ad Demon. : Εὐδὺς γὰρ τοῦ βίου τοιαύτην πεποίηνται τὴν ὑπόθεσιν, [p. 12, D. Et similiter in Archidamo p. 134, E, ubi codex Urbinas τοῦ βίου præbuit pro vulgato τούτου. G. Dind.] Idem [ad Demon. p. 3, E] Βίον διοικεῖν, pro Vitam instituere, dixit. In qua signif. afferunt VV. LL. et βίον οἰκονομεῖν. [Hoc quoque ex Isocrate p. 3, A, et p. 12, B. G. Dind.] Item ex Æschine, Βίον ποιεῖσθαι πρὸς παράδειγμα, pro Vitam fingere et formare ad exemplar : at βίον ποιεῖσθαι alio sensu vide infra in Βίος, Victus. Præterea e Plut. Pericle, Ὁ καθ' ἡμέραν βίος, pro Vitæ quotidiana consuetudo. [Dionys. Halic. Ant. R. 6, 92 : Σώφρων δὲ τὸν καθ' ἡμέραν βίον ὁ ἀνήρ. Schæf.] Et, Ὁ μετὰ ταῦτα βίος, Acta deinceps vita : et βίος ἴδιος, Vita privata, e Demosth. [Ὁ ἐνταῦθα βίος, Vita humana : Aristides Quintil. p. 61 : Τόν τε ἐνταῦθα βίον ὁσίως ἂν διαγάγοι ... τήν τε ἀπαλλαγὴν κατὰ δύναμιν εὐδαίμονα ποιήσηται. Τὸν δεῦρο βίον eodem sensu dixit idem p. 157. Sæpissime ὁ νῦν βίος, ut in Epistola Clementis Romani in Cotelerii Patr. vol. 1, p. 605 : Αὐτὸς τοῦ νῦν βίου βιαίως τὸ ζῆν μετήλλαξεν. G. D.] Ap. Hom. Odyss. Σ, [253,] et T, [127], βίον ἀμφιπολεύειν eodem fere modo, quo apud Lucr. Vitam gubernare. [Isocrates contra Lochit. p. 397, B : Τὰς μὲν ἄλλας ἀδικίας μέρος τι τοῦ βίου βλαπτούσας, τὴν δ' ὕβριν ὅλοις τοῖς πράγμασι λυμαινομένην. G. D.] || Βίος, inquit Bud., Vita, i. e. Mortales et humanum genus, quem Mundum literæ sacræ vocant : q. v. et Lucan. usus est, Nec sic horret iners scelerum contagia mundus. Aristot. De mundo [p. 400, 15] : Συνεπιμαρτυρεῖ δὲ καὶ ὁ βίος ἅπας, τὴν ἄνω χώραν ἀποδοὺς Θεῷ, Assentiuntur mortales omnes. [Hujus significationis exempla Casaubonus ad Athenæi 15, p. 675, D, ab Gatakero indicatus, tot collegit, ut alia addi opus non sit; Plutarchi locos aliquot indicavit Wyttenbach. vol. 6, p. 147. Apud grammaticos ὁ βίος et ἐν τῷ βίῳ frequenter dicitur de sermone vulgari : vide Bast. ad Gregor. p. 289, et οἱ ἀπὸ τοῦ βίου, Vulgus : vide Fabric. ad Sext. Empir. p. 700. G. Dind.] Idem Bud. a Philone τὰ περὶ τὸν βίον ἀμφισβητήματα vocari tradit Controversias civiles et forenses. [|| Facta hominum, Res gestæ. Philo vol. 2, p. 180 : Τοὺς βίους τῶν κατὰ Μωϋσέα σοφῶν ἀνδρῶν. Ibid. p. 408, 12 : Τὸ ἱστορικὸν μέρος ἀναγραφὴ πονηρῶν καὶ σπουδαίων βίων ἐστί. Eo sensu Βίος et Βίοι sæpissime in inscriptionibus librorum, quales habemus Plutarchi Βίους παραλλήλους Græcorum et Romanorum, et plurimi aliorum scriptorum fuerunt. Τὴν τῶν βίων τῶν παραλλήλων συγγραφὴν dixit Plutarchus V. Thesei c. 2; τὴν περὶ τοὺς βίους ἀναγραφὴν V. Periclis c. 2. Lucianus De paras. 31 : Ἀνήκοος τῶν ἀναγραψάντων τοὺς ἐκείνων βίους. Βίον Ἑλλάδος, quod latine *Græciæ vitam* dixit Varro De R. R. 1, 2, Dicæarchus inscripsit amplos commentarios de moribus vitæque institutis civitatium Græcarum. De quo opere disseruit Nækius in Museo Rhenano a. 1832, fasc. 1. G. Dindorf.]

Βίος, Victus, Annona. Item, Bona, Facultates. Et generaliter, Res ad vitam necessariæ. Hesiod. Ἔ. [31] : Ὦ, τινι μὴ βίος ἔνδον ἐπηετανὸς κατάκειται Ὡραῖος· [42] : Κρύψαντες γὰρ ἔχουσι θεοὶ βίον ἀνθρώποισι· [499] : Ἵνα τοι βίος ἄρκιος εἴῃ· [230] : Τοῖσι φέρει μὲν γαῖα πολὺν βίον· [687] : Μηδ' ἐνὶ νηυσὶν ἅπαντα βίον κοίλῃσι τίθεσθαι· ubi exp. commodius Facultates quam Victum. [Antiatticista p. 83, 31 : Βίος ἐπὶ συνουσίας (corrige ἐπὶ τῆς οὐσίας) Ἡρόδοτος, Μένανδρος Δημιουργῷ, Εὔπολις Αἰξίν, ὁ ποιητὴς πολλάκις. Quod plurali quoque numero οἱ βίοι dicitur : vide, quos Schæf. indicavit, Toup. ad Longin. p. 380, Wesseling. ad Diodor. Sic. vol. 1, p. 339. Τὰ μεγέθη τῶν βίων apud Dionys. Hal. Ant. R. 4, 16. G. Dind.] At Hom. βίοτον potius dicere solet. Frequentissimus est autem et in prosa hic τοῦ βίος usus. [Sophocles Philoct. 931 : Ἀπεστέρηκας τὸν βίον τὰ τόξ' ἑλών· ibid. 1282. Eurip. Suppl. 450 : Κτᾶσθαι δὲ πλοῦτον καὶ βίον τί δεῖ τέκνοις, ὡς τῷ τυράννῳ πλείον' ἐκμοχθῇ βίον; Lysias p. 912 ed. Reisk. : Σοφιστῶν λίαν ἀχρήστων καὶ σφόδρα βίου δεομένων. Dio Cassius p. 319, 60 : Ἀνθρώπους βίου δεομένους. Similiter βίου ἐνδεὴς et βίου χρῄζων dicitur, de quo Valcken. ad Theocr. Adoniaz. p. 246, ab Schæfer. citatus. G. Dind.] Aristoph. [Il. 751] : Βίον ἔχοντες ὀλίγον. Isocr. Paneg. : Οἱ παραλαβόντες τοὺς μάλιστα βίου δεομένους. Xen. Ἔ. 7, [1, 2] : Ὁ γὰρ βίος τοῖς πλείστοις ὑμῶν ἀπὸ τῆς θαλάττης. Lucian. [Mort. d. 27, 9] : Βίον δὲ ἄπορον ἀπὸ καλάμου καὶ ὁρμιᾶς εἶχον. Cui opp. ἄφθονος βίος, Xen. et Isocr. [Et βίος πολύς, ut apud Eurip. Suppl. 861. G. Dind.] Dicitur autem βίον πορίζεσθαι et συλλέγεσθαι et κτήσασθαι et ποιεῖσθαι, pro Victum quærere s. comparare : Æschin. [78] : Τὸν βίον οὐκ ἐκ τῶν ἰδίων προσόδων πορίζεται, ἀλλ' ἐκ τῶν ὑμετέρων κινδύνων. [Plato De legg. 11, p. 936, B : Εὐχαῖς βίον ἀνηνύτοις ξυλλεγόμενος· ubi vid. Ast. p. 540. G. Dind.] Dem. in Neær. : Συνειλεγμένη τὸν βίον ἀπὸ τούτων. Herod. [8, 106] : Βίον κτησάμενος ἀπ' ἔργων ἀνοσιωτάτων. Xen. O. [3, 5] : Ἀπὸ γεωργίας βίον ποιεῖσθαι· quæ phrasis ceteris rarior est : citatur autem et e Thucyd. [Thucyd. 1, 5 : Τὸν πλεῖστον τοῦ βίου ἐντεῦθεν ἐποιοῦντο. Dio Cassius p. 46, 31 : Ἐκ δικαστηρίων τὸν βίον ποιούμενος. G. Dind.] Bud. τὰ κατὰ τὸν βίον interpr. Annonam, in Demosth. [p. 255] : Ἐν πᾶσι τοῖς κατὰ τὸν βίον εὐωνοτέροις διήγαγεν ἡμᾶς. Et Facultates, apud Aristot. Eth. 9 : Καὶ οὐχ ἱκανὸς ὁ βίος αὐτοῖς τοῦτο πράττειν. Invenio autem plur. βίους in hac quoque signif. ; nam Posidonius apud Athen. [6, p. 275, A] τοὺς σφόδρα εὐκαιρουμένους τοῖς βίοις appellat Rebus ad vitam necessariis instructissimos. Usus est et Synes. Ep. Tzetzes apud Hesiod. [ad 687] βίον sex habere signiff. tradit : Pro Arte, ut βίον ἐμπορικὸν ἢ φιλόσοφον ἕζη· Pro Moribus, ut βίου χρηστοῦ ἐστί· Pro Hoc mundo, Pro Tempore vitæ cujusque, Pro Fortunis, ut, Πολὺς ἦν αὐτῷ ὁ βίος· Pro alimentis, quibus vita sustentatur.

[De discrimine inter βίον et ζωὴν sic præcipit Ammonius p. 30, (et similiter Eranius Philo p. 164, et Thomas M. p. 153) : Βίος ζωῆς διαφέρει· βίος μὲν ἐπὶ τῶν λογικῶν τάσσεται ζώων, τουτέστιν ἀνθρώπων μόνων, ζωὴ δὲ, ἐπὶ ἀνθρώπων καὶ ἐπὶ τῶν ἀλόγων ζώων· ἐντεῦθεν Ἀριστοτέλης τὸν βίον ὡρίσατο οὕτως, Βίος ἐστὶ λογικὴ ζωή· ὁ οὖν ἐπὶ τῶν θηρίων βίον τάσσων ἀκυρολογεῖ· ubi Valckenarius Antiatticistæ verba (p. 83, 33) affert, Βίος ἐπὶ ἀλόγων ζώων. Ξενοφῶν Ἀπομνημονεύμασιν. Xenophontis locus est 3, 11, 6 : Αἱ φάλαγγες θηρῶσι τὰ πρὸς τὸν βίον. Alia attulit Sallier. ad Thomam M. Significationes vocabuli exponit Etymol. M. p. 198, 13 : Ποσαχῶς ὁ βίος; πενταχῶς· βίος ὁ χρόνος τῆς ζωῆς· βίος καὶ ἡ ἐντεῦθεν τῆς ψυχῆς μετάστασις· βίος καὶ ἐν ᾧ τις διατρίβει· βίος καὶ τὸ ἐπιτήδευμα, εἴτε ἰατρός ἐστιν, ἢ μηχανικὸς, ἢ τεκτονικὸς, καὶ τὰ ὅμοια· βίος καὶ τὸ εἶδος τῆς ζωῆς, καθὸ λέγομεν τὸν μὲν σεμνὸν καὶ κόσμιον ἐλέσθαι βίον, τὸν δὲ ἄσεμνον καὶ ἄκοσμον. Quod ad primam, quam grammaticus ponit, significationem attinet, βίος et χρόνος interdum distinguuntur. Philo vol. 1, p. 38, 7 : Τὸν ἐφήμερον καὶ θνητὸν οὐ βίον, ἀλλὰ χρόνον κακοδαιμονίας μεστὸν εἵλοντο. Plutarch. Moral. p. 555, D : Ἐν τῷ βίῳ καὶ τῷ χρόνῳ τῶν πονηρῶν, ubi Wyttenbachius vol. 7, p. 373 : « Forma hæc est ἓν διὰ δυοῖν, pro ἐν τῷ τοῦ βίου χρόνῳ, diuturnitate vitæ. Sic Ælianus H. A. 15, 25 : Βίον δὲ ἵππων καὶ χρόνον διαριθμοῦσιν εἰς τοσάδε ἔτη, pro βίου χρόνον, vitæ tempus. Χρόνος autem plerumque de longo tempore dicitur et a βίῳ distinguitur, cujus notionis luculentum est exemplum in Plutarcho Moral. p. 351, E : Οὐ βίον ἀλλὰ χρόνον εἶναι τὴν ἀθανασίαν. Simile est dictum Simonidis apud Stob. S. 96, p. 513 : Σιμωνίδης ἐρωτηθεὶς πόσον χρόνον βιῴη, Χρόνον μέν, εἶπεν, ὀλίγον, ἔτη δὲ πολλά. » Ad secundam significationem illustrandam in primis apti sunt loci qualis Metrodori apud Stobæum Floril. 16, 20, est : Βιωσόμενοι μετὰ τὸ λεγόμενον ζῆν, aut Philonis, quo utitur Wyttenbachius ibid. p. 167, ubi de discrimine inter βίον et ζωὴν hæc annotavit : « Βίος et ζωὴ differunt ut βιοῦν et ζῆν : quod et Ammonius annotavit : hoc dicitur universe de tempore ac duratione animantis : illud de tempore et actione animantis rationalis.... Porphyrius promiscue dixit De abstin. 2, 52 : Προσιὼν τῷ θεῷ ... περὶ τοῦ αἰωνίου βίου λήψεται τὰς ὑποθήκας· 4, 20, p. 371 : Τὴν αἰωνίαν ἡμῖν ζωὴν συνέχει. Sæpe junguntur vario sententiæ modo, ut βίος καὶ χρόνος. Diserte etiam disjunguntur. Talis est illa inscriptio in Similem, citata Salmasio ad Spartiani Hadrianum c. 10, p. 77, [apud Dionem Cass. p. 1167, 81] : Σίμιλις ἐνταῦθα κεῖται βιοὺς μὲν ἔτη ν', ζήσας δὲ ἔτη ζ· quorum postremum ultimos septem annos significat quos in agro et otio vixit. Philo Jud. De charitate p. 701, A : Ἤρξατο μεταβάλλειν ἐκ θνητῆς ζωῆς εἰς ἀθάνατον βίον· De somniis p. 1114, D : Προστίθησι ... ζωῇ δὲ θρύψιν, βίῳ δὲ τῦφον. » Quibuscum conferenda quæ in Ζάω et Ζωὴ dicentur. Phalarid. epist. p. 172 : Τῆς κατὰ φύσιν ζωῆς, εἰ οἷόν τε, μακροτέρου βίου affert Wakef. Βίου καὶ ζωῆς καὶ ξυμπάντων δοτῆρα τῶν ἀγαθῶν dixit Dio Chrysost. vol. 1, p. 412. || Vitæ sedes. Dionysius Hal. ab Schæf. indicatus Ant. R. 1, 68 : Ἀρκάδες Πελοπόννησον μὲν ἐξέλιπον, ἐν δὲ τῇ Θρᾳκίᾳ νήσῳ τοὺς βίους ἱδρύσαντο· ibid. c. 72 : Ἀβουλήτῳ ἀνάγκῃ τοὺς βίους ἐν ᾧ κατηνέχθησαν χωρίῳ ἱδρύσασθαι. || Vitæ genus, professio, quod ἐπιτήδευμα dicit Etymol. Sic Dionysius Halic. Ant. R. 2, 28 : Δύο δὲ μόνα τοῖς ἐλευθέροις ἐπιτηδεύματα καταλείπεται, τὰ κατὰ γεωργίαν καὶ τὰ κατὰ πολέμους, ὁρῶν ὅτι γαστρός τε ἄνθρωποι γίνονται διὰ τούτους τοὺς βίους ἐγκρατεῖς... Phrynichus in Bekkeri Anecd. p. 30, 3 : Βίος θαλάττιος· ἐπὶ τῶν ἐν τῇ θαλάττῃ τὴν ἐργασίαν καὶ τὸν βίον ποιουμένων. Βίος ῥητορικὸς, βίος φιλόσοφος, Jacobs. Lect. Stob. p. 151. Βίον φιλόσοφον ἢ ῥήτορα Photius ad Amphil. p. 194 ed. Mai. Βίος τελωνικὸς Polyænus 5, 1, 1, et multa alia hujusmodi. Βίων πρᾶσις in prosopopœia Luciani vol. 1, p. 540, quam imitatus est Theodorus Prodromus, in libello, quem inscripsit Βίων πρᾶσις ποιητικῶν καὶ πολιτικῶν· vide *Notices et Extraits des Mss.* vol. 8, p. 129. Plato De legg. 5, p. 733, D : Πόσοι εἰσὶ βίοι...; Λέγωμεν δὴ σώφρονα βίον ἕνα εἶναι καὶ φρόνιμον ἕνα καὶ ἕνα τὸν ἀνδρεῖον καὶ τὸν ὑγιεινὸν βίον ἕνα ταξώμεθα. Stobæus Eclog. phys. vol. 2, p. 42 : Συνάπτεται δὲ τῷ περὶ τελῶν λόγῳ λόγος περὶ βίων, ubi alii libri βίου, contra morem loquendi philosophorum. Aristoteles Ethic. Nicom. 1, 5 : Τρεῖς γάρ εἰσιν οἱ μάλιστα προέχοντες βίοι, ὅ τε νῦν εἰρημένος (ὁ ἀπολαυστικὸς) καὶ ὁ πολιτικὸς καὶ τρίτος ὁ θεωρητικός· unde frequentes memorantur disputationes philosophorum Περὶ βίων : vide Wyttenbach. ad Plutarch. vol. 6, p. 113. Latine hæc tria genera vitæ dixit Seneca. Locutiones quasdam proverbiales attulit Suidas : Βίος ἀκανθώδης· ὁ τραχὺς καὶ σκληρὸς καὶ παλαιός· καὶ βίος ἀλκλεσμένος ὁ εὐχερὴς καὶ ἡδύς, ἐπὶ τῶν ἐν ἀφθονίᾳ τῶν ἐπιτηδείων ὄντων· καὶ βίος ἐξηυλημένος, ἐπὶ τῶν ἀχρήστων, ἐκ μεταφορᾶς τῶν ἀχρείων αὐλῶν· καὶ βίος μεμαγμένος, ἐπὶ τῶν ἐξ ἑτοίμου καὶ ἀπόνως τρεφομένων. Βίον ἀλκλεσμένον, victum molitum, sensu proprio dictum ex Porphyrio De abstin. 2, 6 attulit Schæf. || Numeri pluralis βίοι exempla plura sunt inter locos supra allatos. Ejus frequens est usus ubi de plurium hominum vita, facultatibus, studiis agitur. Philo vol. 2, p. 81, 4 : Ἀγαθῶν ἀνδρῶν τε καὶ βίων ὑφήγησιν. Dionysius Halic. Ant. R. 2, 23 : Εἰς εὐτέλειαν ἀνάγων τοὺς βίους. Strabo 17, p. 833 : Ἀνάγκη δὲ τοὺς τοιούτους εὐτελεῖς εἶναι τοῖς βίοις, ubi alii libri τὸν βίον· idemq. p. 422 : Ἀπό τε τῶν ἀνημέρων καρπῶν καὶ τῶν

βίων. Plutarchus V. Sullæ c. 1 : Οὐκ ἔτι τῶν βίων ἐν ἤθεσιν ὀρθίοις καὶ καθαροῖς μενόντων· ubi vid. Reisk. Manetho 2, 433 : Ἐζομένους ποίησε βίους. Procopius Histor. p. 70, D : Βίους ἀνθρώπων πολλῶν ἀπολλύναι κέρδους ἕνεκα· p. 142 : Βίους ἀνθρώπων ἅπαντας ἔβλαψε (ὁ λοιμός). Raro de unius hominis vita. Iamblichus Vit. Pyth. ab Schæf. citatus p. 128 Kiessl. : Ὅτι αὐτὸς ἐγίνωσκε τοὺς προτέρους ἑαυτοῦ βίους. In etymologia vocabuli luditur in versu, qui inter Monosticha legitur 66 : Βίος κέκληται δ' ὃς βίᾳ πορίζεται, ubi Brunck. Lucilii vers. comparavit, « Vis est vita, vides, quæ nos facere omnia cogit. » Indicarunt Angl. In libris scriptis βίος confunditur cum βίοτος sæpe apud tragicos : vide Valckenar. ad Hippolyti v. 252. Cum βιβλίον et δεύτερος : Gaisford. ad schol. Hesiodi p. 396, 397. Cum βῖκος : vide Βῖκος. Cum πότμος : vide Porson. ad Hecub. 1260. Cum χρόνος apud Æschyl. Prometh. 449; Aristoph. Plut. 50; Isocratem Trapez. p. 358, A. vv. G. Dindorf.] A

[Βίος, ὁ, Bius, nomen virile. Λυσίστρατος Βίου inscriptio Attica Bœckh. vol. 1, p. 307. Βίος Ἀγασιδάμου, Epirota, inscr. apud Bœckh. vol. 2, p. 5. G. Dindorf.] B

Βιός, ὁ, Hesychio τόξον, Arcus : ἀπὸ τῆς κατὰ τὴν ἔντασιν βίας· vi enim intendendus est. Aliis vero est ἡ τοῦ τόξου νευρὰ, derivantibus et ipsis παρὰ τὴν βίαν, quoniam vel vim arcui addit, vel vi contenditur. Sed probabilior videtur Hesych. exp., quum aperte Hom. distinguat inter βιὸν et νευρὰν, Il. Δ, [124] : Αὐτὰρ ἐπειδὴ κυκλοτερὲς μέγα τόξον ἔτεινε, Αἶγλε βιὸς, νευρὴ δὲ μέγ' ἴαχεν, ἅλτο δ' ὀϊστός· etiamsi enim et τόξον ibi dixerit, tamen βιὸν ibi interpr. τόξον nihil vetat : quum indicare voluerit poeta arcum primum intentum fuisse, deinde eundem λίγξαι, i. e. ὀλισθῆσαι ἢ ψοφῆσαι, dum remitteretur, simulque τὴν νευρὰν μεγάλα ἰαχέναι. Apertius adhuc O, [468] hæc ipsa discriminat, dicens, ὅτε μοι βιὸν ἔκβαλε χειρὸς, Νευρὴν δ' ἐξέρρηξε νεόστροφον. Adhæc ut τόξον τανύσαι et ἐκτανύσαι dicit, ita et βιόν : Od. T, [577] : Ὅς δέ κε ῥηΐτατ' ἐντανύσῃ βιὸν ἐν παλάμῃσι, Καὶ διοϊστεύσῃ πελέκεων δυοκαίδεκα πάντων. Sed et βιὸν et φαρέτρην copulate dicens, pro Nervo arcus sese non usurpare manifeste docet : ut Il. K : Μηριόνης δ' Ὀδυσῆϊ δίδου βιὸν, ἠὲ φαρέτρην, Arcum et pharetram. Od. Z : Οὐ γὰρ Φαιήκεσσι μέλει βιὸς, οὐδὲ φαρέτρη. [In ambiguitate inter βιὸς et βίος ludit Heraclitus apud Eustath. p. 41, 6 : Ἀστείως ὁ σκοτεινὸς Ἡράκλειτος ἔφη ὡς ἄρα τοῦ βιοῦ, ἤτοι τοῦ τόξου, τὸ μὲν ὄνομα βιὸς, τὸ δὲ ἔργον θάνατος. Conf. ibid. p. 851, 64. Aristophanes Plut. 34 : Ἤδη νομίζων ἐκτετοξεῦσθαι βίον. Similes aliorum lusus attulerunt Valcken. ad Eurip. Phœniss. p. 402, et Reiz. De acc. p. 115, ab Schæf. citati. G. Dindorf.] C

Βῐοσσόος, ὁ, ἡ, Vitæ servator; ut Ἰησοῦς βιοσσόος, et βιοσσόος ὥρη, Hora salutifera, Nonn. [Jo. 55, 25; ἄναξ, 36, 7; Χριστὸς, 143, 23; ἆσθμα, 63, 27; εἰρήνην, 187, 24; πίστιν, 252, 13. Angl. Idem Dionys. 33, 109 : Ἔρως βιοσσόος. G. Dindorf.]

[Βῐοστερὴς, ὁ, ἡ, Privatus vel Carens rebus ad vitam necessariis. Soph. OEd. C. 747 : Ὁρῶν σε τὸν δύστηνον, ὄντα μὲν ξένον, Ἀεὶ δ' ἀλήτην, καπὶ προσπόλου μιᾶς Βιοστερῆ χωροῦντα. Scott.] D

[Βιοσφαγῶς, Violenta nece. Cyrill. Hierosol. p. 124, B : Οὐκ ἀναγκαστῶς ἀφῆκε τὴν ζωὴν οὐδὲ βιοσφαγῶς ἀνῃρέθη· ibid. p. 137, D : Οὐ βιοσφαγῶς ἀπέθετο τὴν ζωήν. Indicavit Kall.]

Βιοτεία, ἡ, Vitæ institutum, Vita, ut Bud. interpr. Xen. [OEc. 6, 10] : Διὰ ταῦτα καὶ ἐνδοξοτάτη εἶναι πρὸς τῶν πόλεων αὕτη ἡ βιοτεία· ὅτι καὶ πολίτας ἀρίστους παρέχεσθαι δοκεῖ. [Apud Xenophontem libri aliquot male βιοτία. Polybius 6, 7, 5 : Παραπλήσιον ἔχειν τὴν βιοτείαν τοῖς ἄλλοις.]

[Βιοτελής. Inter composita cum βίος memorat Etymolog. M. p. 198, 10. G. Dindorf.]

[Βῐοτέρμων, ονος, ὁ, ἡ, i. q. ὡροσκόπος. Manetho 4, 77 : Βιοτέρμονος ὥρης. Schneider.]

[Βιότευμα, τὸ, Vitæ ratio. Epist. Socr. 29, p. 34 ed. Orell. : Τὸ ἡδὺ βιότευμα μετὰ τούτων ἔχουσα. Indicavit Schneidorus.]

[Βιότευσις, ἡ, Habitaculum, apud Inc. (Aqu. secundum Eusebium) Ies. 29, 1. Angl.]

Βιοτεύω, Vivo, Vitam dego, Victum quæro. Xen. Cyrop. 4, [6, 2] : Πρόσθεν φαιδρῶς βιοτεύων, νυνὶ διάκειμαι ἔρημος· 4, [2, 12] : Εἰ οὖν ἡδέως βουλοίμεθα καὶ δειπνῆσαι, καὶ νυκτερεῦσαι, καὶ βιοτεύειν ἀπὸ τοῦδε· 3, [2, 12] : Εἰθισμένοι ἀπὸ πολέμου βιοτεύειν. Plut. [Vit. Pompeji c. 36] : Εἶτα καθ' αὑτὰς ἀπαλλαγεῖσαι βιοτεύουσι. [Ammonius p. 30 : Βιῶναι μέν ἐστι τὸ ζῆν, βιοτεύειν δὲ τὸ πορίζειν τὰ πρὸς τὸν βίον· ubi Valcken. : « Hesych. : Βιοῦν μὲν τὸ ἐξάγειν τὸ ζῆν, βιοτεύειν δὲ τὸ πορίζειν τὰ πρὸς τὸν βίον. Posteriori usu verbum βιοτεύειν adhibuit Thucyd. 1, 11 : (Στρατὸν ὅσον ἤλπιζον αὐτόθεν πολεμοῦντα βιοτεύσειν, ubi Schol. τροφὴν ἕξειν)· priori vero 1, 130 : (Ἐν τῷ καθεστηκότι τρόπῳ βιοτεύειν)· quo etiam pertinet Hesychii glossa : Βιοτεύειν· τὸ ζῆν. Θουκυδίδης. » Alterum Thucydidis locum imitatur Procopius Histor. p. 32, D : Ὡς ἥκιστα τῷ ἀνθρώπῳ βουλομένῳ εἴη ἐν τῷ καθεστῶτι (sic deteriores codd. Thucydidis) τρόπῳ βιοτεύειν. Ibid. 93, B : Βιοτεύσουσι κατ' ἐξουσίαν. Pro βιοῦν dixit etiam Euripides Alcest. 242 : Ἀβίωτον τὸν ἔπειτα χρόνον βιοτεύσει. Isocrates Busir. p. 225, D : Μεθ' ὧν ἐκεῖνοι βιοτεύοντες. Manetho 4, 90 : Ἐν ξενίῃ τε τὸ πλεῖστον ζωῆς γε διευθύνων βιοτεύσει· 6, 150 : Καὶ πάτρης ἄπο τηλοῦ ὁμῶς κείνῃ βιοτεύσει. Alterius autem significationis exempla ubique obvia. Maximum Tyr. 27, 6 : Οἱ μὲν πολλοὶ γάλακτι βιοτεύουσιν, ὡς οἱ ἄλλοι ἐπὶ οἴνῳ, indicat Wakef. Adde ibid. 5 : Ἐξ αὐτοφυοῦς τροφῆς βιοτεύουσιν· et 30, 3, p. 89; Phalaridem Epist. 105, p. 300 : Ἵνα ἐν ἀφθονίᾳ βίον βιοτεύητε, addit Schæf. In codicibus sæpe βιωτεύειν scriptum. Ita apud Phalaridem libri omnes βιωτεύητε, apud Thucydidem 1, 11 nonnulli (alii βοωτεύειν), βιωτεύειν Theodoret. vol. 1, p. 1455, βιωτῆς pro βιοτῆς in vita Maximi Confessoris vol. 1, p. 20. Apud Hesychium codex βιωτεύειν, et βίωτος pro βίοτος, βιωτοῦ pro βιότου. G. Dindorf.]

Βῐοτὴ, ἡ, Vita; ut in his verss. [Ariphronis apud Athen. 15, p. 702, A] : Ὑγίεια, πρεσβίστα μακάρων, Μετὰ σεῦ ναίοιμι Τὸ λειπόμενον βιοτᾶς. Xen. Cyrop. 7, [2, 8] : Τίς δὴ ὁ ἔχων μακαρίαν βιοτήν; Et βιοτὴ ἀσκητικὴ, Vita monastica. [Βιοτῆς πολυπλανέος, Nonn. Jo. 64, 12. Angl. Semel apud Æschylum Pers. 853; sæpius apud Sophoclem et Euripidem, quorum ille βιοτὴν de victu dixit in Philoct. 1159 : Πόθεν γὰρ ἔσται βιοτά; quem usum ex Manethone 4, 10 annotavit Wakef., hic ζόας βιοτὰν Herc. fur. 664 (cui simile est βίος ζωῆς, de quo in Βίος dictum, et βίοτος ζωῆς in Oraculis Sibyll. 12, 55). Aristoph. Vesp. v. 1452 : Ξηρῶν τρόπων καὶ βιοτῆς. Plurali numero νυκτιπόλου Ζαγρέως βιοτὰς legitur in fragmento Cretensium Euripidis apud Porphyr. De abstin. 4, 19, mendose. Codex Monac. βροντάς. Βιοτὴν pro ipso homine dictum ex Antipatro (Anthol. Palat. 9, 149) annotat Wakef. : Ἄμματι πήρης ἐκ ταύτης βιοτὴν ἀχράδος ἐκρέμασεν. || Βιότη, Biota, nomen muliebre. Marmor. Oxon. 11, 16, p. 22 : Ὑπὲρ τῆς γυναικὸς Βιότης τῆς Ποσειδωνίου. G. Dindorf.]

Βιότης, ητος, ἡ, Vita. Theodor. H. E. 1, [30] : Τὸ δὲ τῆς ἀνθρωπίνης βιότητος ἄδηλον ἐπιστάμενος, τοῦ θείου βαπτίσματος τὸ δῶρον ἐδέξατο. [Manethonem 4, 32 indicat Schæf. Hymnum Orphicum 88, 10 ed. Herm. addit Schneiderus. Ὁδοὺς βιότητος Clemens Alex. p. 427 Pott. ex Proverb. Salom. 6, 23, ubi vulgo legitur ὁδὸς ζωῆς. G. Dindorf.]

Βῐοτήσιος, ὁ, ἡ, Vitalis; ut βιοτήσιον ὕδωρ : et δαὶς βιοτήσιος ap. Nonn. [Jo. 48, 20]. Et Apoll. Rh. 2, [1006] : Ἀλλὰ σιδηροφόρον στυφελὴν χθόνα γατομέοντες, Ὦνον ἀμείβονται βιοτήσιον, de Chalybum gente, quæ ferrum rebus ad vitam necessariis permutat. [Βιοτήσιον γαλήνην, Nonn. Jo. 55, 22; ἔργον, 203, 20; ὕδωρ, 43, 23; χεῖλος, 248, 25. Dionys. P. 1106 : Τῆς ἀποτεμνόμενοι βιοτήσιον ὦνον ἔχουσι. Angl. Epigr. in Anthol. Palat. 9, 208. Schæf. Synesius Hymn. p. 313, C : Κυμάτων βιοτησίων. G. Dindorf.]

[Βιοτικός. Sylburgius in indice Etymolog. M. : « Βιωτικαὶ φροντίδες 604, 18; invenitur et βιοτικὸς, nempe a βίοτος. » Hæc forma sicubi invenitur, non dubitandum quin in βιωτικὸς sit mutanda. Ex Schol. Rom. ad Soph. OEd. T. 33 attulerat Scottus, ubi codex Laurentianus βιωτικαῖς præbere videtur. G. Dind.]

Βῐότιον, τὸ, Victus exiguus et modicus : est enim

demin. a βίοτος. Aristoph. Π. [1165] : Οὗτος γὰρ ἐξεύρηκεν αὑτῷ βιότιον. [Imitatur Eustathius Opusc. p. 16, 11 : Ἐποίησέ τινα περιουσιασμὸν κτήσεως καὶ ὡς οὕτως εἰπεῖν βιότιον, καὶ αὐτὸ κόσμιον. G. Dindorf.]

Βίοτος, ὁ, Vita. Il. Η, [104] : Ἔνθα κέ τοι, Μενέλαε, φάνη βιότοιο τελευτή· Od. Α, [287] : Εἰ μέν κεν πατρὸς βίοτον καὶ νόστον ἀκούσῃς. Sic Eur. Or. [200] : Ἔπιθ', ἄτεκνος ἅτε βίοτον ἃ Μέλεος εἰς τὸν αἰὲν ἕλκω χρόνον. || Item Victus, Id unde vivitur, Res ad vitam sustentandam necessariæ, Bona, Fortunæ. Od. Δ, [686] : Οἳ θάμ' ἀγειρόμενοι, βίοτον κατακείρετε πολλὸν, Κτῆσιν Τηλεμάχοιο· Α, [160] : Ἀλλότριον βίοτον κατέδουσιν ἄποινοι· Il. [Ξ, 122] : Ἀφνειὸς βιότοιο. [Hesiod. Ἔ. 299 :] Βιότου δὲ τεὴν πίμπλησι καλιήν. [Ἀνδρομέου βιότοιο βοηθός, Nonn. Jo. 27, 16. Angl. Frequentissimum in sublimiori poesi vocabulum βίοτος rarius apud comicos est. In tetrametris anapæsticis quater dixit Aristophanes, Av. 718; Eccles. 594, 669; Plut. 526. Trimetro Menandri apud Priscian. 18, p. 1213 inferebat Bentleius conjectura aliis de caussis reprobanda. Ceterum quæ de usu vocabuli βίος supra dicta sunt eadem omnia de βίοτος valent. Pluralis exemplum sit Manethonis versus 2, 271 : Ἀλλ' ἄρα κἀκείνων βιότοις ὀλέθρους ἐπάγουσιν. Βίοτον pro genere humano dictum annotavit Schæferus ex epigr. in Append. ad Antholog. Palat. 262 : Μνήμῃ βίοτον παρέδωκε. G. Dindorf.]

[Βἴοτοσκόπος, ὁ, ἡ, Manetho 4, 572, ab Schneidero indicatus : Ὥρην ἡλίου βιοτοσκόπον αὐγάζοντος, horam, qua de natalibus judicatur.]

[Βιοτροπίας· τοῦ βίου τροπᾶς, Apollon. Soph. Lex. Hom. p. 193 ed. Toll. Apud Homerum hæc vox non legitur neque aliunde cognita est. G. Dindorf.]

[Βἴοτρόφος, ὁ, ἡ, Vitam nutriens. Georg. Pisid. 406. Bast.]

[Βίοττος, ὁ, Biottus. Inscriptio Attica olympiad. 114, 2 apud Bœckh. vol. 1, p. 347 : Αυσικλῆς Βιόττου Ὀῆθεν ἐχορήγει. Aliud hujus nominis exemplum est in Marmore Elgin. ibid. p. 499. G. Dindorf.]

[Βιοφάγος, ὁ, ἡ, Schol. Lucian. Lexiph. c. 6 : Ἐπὶ τῇ μήτρᾳ τῶν ζώων ἐσκεύαζον οἱ τῶν παλαιῶν βιοφάγοι βρῶμά τι, συγκόπτοντες πολλὰ κρέα καὶ τυρὸν, καὶ ἥδυνον αὐτοῖς βρώματα. Ubi Bastius in Append. ad Epist. crit. p. 52 βουφάγοι, *les gourmands*, corrigit. Poterat etiam βοοφάγοι. G. Dindorf.]

[Βἰοφειδὴς, ὁ, ἡ, Bonis suis parcens. Philipp. in Antholog. Palat. 6, 251 : Σέλας ἐκ βιοφειδοῦς ὄλπης. Schneider.]

[Βἴοφθορία, ἡ, Vitæ corruptio. Orph. Hymn. 72, 8 : Ὅσσα βιοφθορίην πέμπει. Indicavit Scottus.]

Βἴοφθόρος, ὁ, ἡ, Vitam corrumpens, Mortiferus. [Phocylides 39, a Wakef. citatus : Χρυσὲ, κακῶν ἀρχηγὲ, βιοφθόρε. Hinc χρυσὸς βιοφθόρος apud Eustath. Opusc. p. 309, 30. Theodosius Acroas. 2, 254 : Τοὺς βιοφθόρους λύκους. G. Dindorf.]

[Βιοφορέομαι, Vi agitor. Epiphanius, ab Suicero indicatus, vol. 1, p. 722, D : Ἐντεῦθεν ἄρχεται Ἀθανάσιος βιοφορεῖσθαί τε καὶ λυπεῖσθαι διὰ τὸν μερισμὸν τῆς ἐκκλησίας· ibid. p. 734, D : Κἀκείνου μὴ βουλομένου μετ' αὐτοῦ συναχθῆναι, μηδὲ εἰς κοινωνίαν αὐτοῦ ἐλθεῖν, καὶ βιοφορουμένου καὶ στένοντος.]

Βιόχρηστος, ὁ, ἡ, Vitæ et victui utilis.

Βἴόω, ώσω, et sæpe pass. βιώσομαι, Vivo. Dem. De cor. : Ἀπ' αὐτῶν δὲ, ὧν αὐτὸς βεβίωκεν, ἄρξομαι. Lucian. [Macrob. c. 5] : Τοὺς Χαλδαίους ὑπὲρ τὰ ἑκατὸν ἔτη βιοῦν λόγος. Plato Axiocho : Ὥστε ἢ κάτω ἢ ἄνω εὐδαιμονεῖν σε, Ἀξίοχε, βεβιωκότα εὐσεβῶς, Quum sancte et caste vixeris. [Τὸ βιοῦν, vita, Epigr. Antholog. Palat. 12, 69. Βιόων Athlet. Stat. 38. Schæf.] In pass. etiam h. v. usurpatum reperitur, idque in signif. tam act. quam pass. Act., ut ap. Plut. Ad Col. : Θηρίων βίον βιωσόμεθα. Herodian. 5, [1, 16] : Ὑμεῖς δ' ἐν ἀδείᾳ καὶ ἐλευθερίᾳ βιώσεσθε. Aristot. Eth. 10, 9 : Ταῦτα δὲ γίγνοιτ' ἂν βιουμένοις κατά τινα νοῦν καὶ τάξιν ὀρθήν. [Hæc non passivæ, sed mediæ formæ exempla sunt. G. Dind.] || Sed in Od. Θ, [468] : Σὺ γάρ μ' ἐβιώσαο κούρη, transitive positum est pro Vivificasti. Pass. autem usus est Dem. c. Mid. [p. 563] : Τούτων τοίνυν καὶ τοσούτων ὄντων, ἃ τῷ βδελυρῷ τούτῳ καὶ ἀναιδεῖ μᾶλα βεβίωται. Sic Cic. ad Att. Quare stomachor omnia, sed mihi βεβίωται : viderint juvenes; h. e., ut Bud. exp., Mihi vita acta est. Athen. 6 : Ἐμοὶ μὲν οὖν χρόνος ἱκανὸς βεβίωται· σὺ δὲ νέος εἶ. Et βεβιωμένος ap. Dem. [p. 315] : Ἐξετάσωμεν τοίνυν παράλληλα τὰ σοὶ κἀμοὶ βεβιωμένα, i. e. Vitæ tuæ et meæ instituta. [Demosthenes p. 618 : Τὸν βίον ὅλον ἡγνευκέναι τοιούτων ἐπιτηδευμάτων οἷα τούτῳ βεβίωται· Basilius M. vol. 1, p. 5, A : Τὴν ἀξίαν ἀντίδοσιν τοῖς βεβιωμένοις ἐπάγοντα· et p. 52, A. Procopius Histor. 1, p. 79, A : Ξαίνοντες κατὰ τοῦ νώτου πολλὰς εἰπεῖν τὰ βεβιωμένα ἠνάγκαζον. G. Dind. Eunapius p. 4 ed. Boisson. : Τὰ πλεῖστα τῶν βεβιωμένων αὐτοῖς εἰδέναι. Conf. Hemsterh. ad Lucian. Dial. p. 70, 120; Ruhnken. ad Rutil. p. 55. Schæf.] Βιῴην, Att. vel Dor. pro βιοίην s. βιοῖμι.

Βιῶναι etiam reperitur, et Βιοὺς et Ἐβίων, frequentius tamen ap. poetas et Herod., quorum thema in usu non est. Od. Ξ, [359] : Ἔτι γάρ νύ μοι αἶσα βιῶναι. Æschin. c. Ctes. : Πῶς πέφυκε δεινῶς λέγειν, κακῶς βιῶναι; unde pass. βιώτω, Il. Θ, [429] : Τῶν ἄλλος μὲν ἀποφθίσθω, ἄλλος δὲ βιώτω· quanquam Eust. Dor. esse vult pro βιούτω. [De discrimine quod inter βιοῦν et ζῆν intercedat grammatici eadem præcipiunt quæ supra de βίος et ζωὴ exposuimus. Tempora hujus verbi non æque omnia sunt usitata. Præsens βιοῦν frequens apud Philonem (ut vol. 1, p. 206, 37; 238, 21; 322, 18; 324, 46; vol. 2, p. 46, 34; 207, 38), Lucianum et seriores scriptores, perrarum apud veteres Atticos. Euripidem Archelai fragm. apud Stobæum Floril. 29, 14 : Ἡδέως ζητῶν βιοῦν, et Æschinem 1, 5, p. 1 : Τῶν ἀσελγῶς βιούντων affert Buttmannus Gr. Gr. vol. 2, p. 90. Βιούντων ex Platonis Rep. 10, p. 615, C Matthiæ. Βιοῦντες legitur in Rhetorica ad Alexandrum p. 1421, 14 ed. Bekker. Alia s. v. Διαβιόω annotabimus. Perfecti tum activi tum passivi et aoristi secundi ἐβίων exempla plurima sunt. Aoristum ab βίωμι derivant grammatici : vide Etymolog. M. p. 198, 46. Imperativi βίωθι, quem Etymol. memorat, non aliud innotuit exemplum quam Homericum βιώτω, de quo male judicat Stephanus. De optativo βιώην vide Thoma M. p. 226. Participium est βιοὺς, cujus casus reliqui βιόντος βιόντι βιόντα quum non sint usitati, ab aoristo primo etiam veteres Attici interdum auxilium petierunt, quamvis ceteris prioris aoristi modis ægre utentes. Βιώσαντας ex Platonis Phædone p. 113, D, memorat Buttmannus, ἐβίωσεν e Xenophontis OEcon. 4, 18. Adde ἐβίωσαν ex Isocratis Paneg. p. 72, B, De pace p. 177, A. Pervulgatum Pythagoræ aut Epicuri dictum est λάθε βιώσας, de quo disputat Plutarchus singulari libello inter Moralia p. 1128. Rara sunt infinitivi βιῶσαι exempla, quum non solum veteres Attici, sed etiam ii scriptores, qui aliis hujus aoristi modis sæpissime utuntur, infinitivum tamen ab altero sumere soleant aoristo βιῶναι. Ita Philo βιώσας, βιώσαντος, βιώσαντες dixit vol. 1, p. 427, 20; 627, 43; vol. 2, p. 2, 6; 39, 21; 78, 48; 486, 7; et alibi, βιώσωσιν vol. 2, p. 323, 13; sed βιῶναι vol. 1, p. 515, 10. Βιώσας Pausanias 8, 7, 6, et alibi, sed βιῶναι 8, 38, 6. Sed Βιῶσαι Arist. Eth. Nic. 9, 8, p. 1169, 23; Plutarch. Mor. p. 367, F; διαβιῶσαι p. 660, E; ἐγκαταβιῶσαι p. 783, D; συμβιῶσαι in V. Marii c. 38. Βιῶσαι ἐποίησας Hesych. et Apoll. Soph. Lexic. p. 192 s. v. Βιόσσαο. Athenæo 8, p. 352, F, βιῶναι ex epit. restitutum : cod. Venet. βιῶσαι. Simeon Metaphr. in vita Cyriaci anachoretæ a Benedictinis edita p. 103 : Βίῳ καὶ τοῖς ἐν βίῳ χαίρειν εἰπόντα ἐπὶ τὴν ἁγίαν ἀφικέσθαι πόλιν καὶ ἁγίως ἐν ἁγίῳ βιῶσαι τόπῳ. Quod in Clementina Hom. in Cotelerii Patr. vol. 1, p. 616 βιῶσαι legitur, βιῶναι scribitur in Epitome ibid. p. 750. Sed βιῶσαι rursus p. 713, quo loco caret Epitome p. 779. Futuri forma nonnisi media apud probatos scriptores invenitur : activæ recentiores scriptores exempla præbent, numero tamen exigua. Βιώσω ex scholiasta Homeri Il. X, 431 affert Schæferus, ubi alius scholiasta medio βιώσομαι utitur : ex Diogene Laertio Passovius in lexico, illum, ni fallor, locum dicens, qui 2, 68 legitur : Ἐὰν πάντες οἱ νόμοι ἀναιρεθῶσιν, ὁμοίως βιώσομεν. Βιώσομεν pro βιώσομαι præbent libri nonnulli apud eundem Diogenem 7, 76 : sed βιώσεται dixit 7, 2 et 123, et βιωσόμενος 1, 87; 8, 63. Mane-

tho 4, 475 : Ἐν κακοδαιμοσύνῃ καματώδεϊ πᾶσα βιώσει· sed βιώσεται 4, 136 : Ἐν χρέεσίν τε ἰμέρῳ ὠνητοῖσι βιώσεται, quemadmodum idem et ζήσω et ζήσομαι dixit. Libanius vol. 4, p. 862 : Ὅπως εὐδαιμόνως βιώσομεν· sed βιώσομαι sæpe alibi, velut in eodem volumine p. 64, 137, 143, 149, 170, 401, 573, 581, 595, 621, 645, 651, 769, 1017, et p. 860, ubi vitiose excusum βιώσασθαι, ut apud Joannem Chrysost. vol. , p. 166, D, et βιώσηται pro βιώσεται apud Dionem Chrysost. vol. 1, p. 473. Synesius p. 43, D : Βιώσει ἐν σχολῇ· sed βιώσομαι p. 302, D. Clementina Homil. in Cotelerii Patr. vol. 1, p. 616, Βιώσεις, consentiente Epitome p. 751. Nicolaus Progymn. in Rhetor. vol. 1, p. 285, 24 : Νῦν δὲ οἴχεται μὲν Ἄλκηστις ὡς μηκέτι βιώσουσα, βιοῖ δὲ καὶ αὖθις. Photius Epist. 80, p. 127 : Ὅπως ἄριστα βιώσεις. Nicephorus Basil. in Progymn. p. 468, 20 : Ἥξει ποτὲ καὶ βιώσει· sed βιώσομαι p. 482, 17. Nicephorus Gregoras p. 87, B, ex oraculo : Ὀκταπλῆν ἀγλαῶς ἐννάδα βιώσει δίσκων· contra βιώσεσθαι p. 199, C. Βώσεσθαι pro βιώσεσθε, ut σωπᾶν pro σιωπᾶν dictum, ex Apollonio Rh. 1, 685 affert Buttmannus. De forma βιόμεσθα in hymno Homerico in Apollinem dictum in Βείομαι. Medium βιοῦσθαι, Vitam sustentare, ex Herodoto 2, 177 indicat Schneiderus : Νόμον καταστήσας ἀποδεικνύναι πάντα τινὰ Αἰγυπτίων ὅθεν βιοῦται. Βεβίωκα et βέβηκα confusa annotavit Bastius ad Gregor. p. 923. G. Dindorf.]

[Βίππος, ὁ, Bippus, Argivus, apud Polyb. 25, 2, 3; 2, 11; 3, 4, ubi codex Monac. primo loco βήϊπον, altero βήππον, tertio βίππον. Reiskius Εὔιππον. G. D.]

Βιπτάζειν, Hesychio ἐπιβάπτειν. [Etymolog. M. p. 197, 54 : Βιπτάζω· Σώφρων καὶ Ἐπίχαρμος τὸ βαπτίζω βιπτάζω λέγουσιν· οὕτως Ἡρωδιανός. Vitiosam mulierum hanc fusse pronunciationem hariolatur Valckenar. ad Theocr. Adon. p. 201.]

[Βίριδος ἄγαλμα in loco obscuro Pausaniæ 3, 19, 3. G. Dindorf.]

Βρύλλω, Potito, s. Subbibo. Aristoph. Ἱππ. [1126]: Αὐτός τε γὰρ ἥδομαι Βρύλλων τὸ καθ' ἡμέραν. Ibi enim Symmachus exp. ὑποπίνων, dicens hoc vocabulum factum esse ἐκ μιμήσεως τῆς τῶν παίδων φωνῆς· nam ap. Græcos, infantes potum petentes, Βρῦν dicebant. Apud Hesych. perispomenως scriptum [vitiose] βρυλλῶν, expositumque itidem ὑποπίνων. Idem tamen et Βρύλαι affert pro πιεῖν. [Infantium illa vox βρῦν scribitur apud Aristoph. Nub. 1382: Εἰ μέν γε βρῦν εἴποις, ἐγὼ γνοὺς ἂν πιεῖν ἐπέσχον· quo spectat Antiatticistæ glossa p. 85, 28: Βρῦ· ἐπὶ τοῦ πιεῖν. Ἀριστοφάνης Νεφέλαις β'. Quam formam agnoscit Phrynich. in Bekk. Anecd. p. 31, 9: Βρῦ· τὸ ὑποκόρισμα, ὅ ἐστι λεγόμενον τοῖς παιδίοις σύμβολον τοῦ πιεῖν· ὅπερ ἔνιοι σὺν τῷ ο γράφουσι, βροῦ. Ex his facilis est Hesychii glossarum emendatio, Βροῦς· πιεῖν, ubi scrib. Βροῦ, et Βρῦλ· πιεῖν, ubi non Βρῦλλαι cum Musuro, sed Βρῦ vel Βρῦν corrigendum. G. Dind. Lex. Ms. Neophyti: Φρῦνος ὁ χερσαῖος βάτραχος, βρῦν δὲ ὁ οἶνος. Ducang.] In vocula Βρῦν non parum miror literam ρ, balbutientibus pueris minime convenientem, vel potius a qua prorsus balba illorum lingua abhorret. Quidni vero abhorreat? quum Demosthenis non amplius pueri, sed jam viri linguam vix tandem illius literæ pronuntiationi assuefieri potuisse sciamus? Sed et memini me Parisiis jam grandiusculum puerum aliis itidem jam grandiusculis colludere, qui literam hanc pronuntiare nullo modo poterant, quum alioqui ceteras omnes et quævis etiam vocabula apta pronuntiatione exprimerent. Hæc certe faciunt ut credam, vel potius suspicer non βρῦν, sed βῦν scribendum esse sine ρ. Tunc autem aliqua e parte conveniet Græcis puerulis cum Romanis, illis βῦν, his Buas ad unam eandemque rem significandam dicentibus. Aliqua e parte conveniet, inquam, cum υ in ν mutari solitum a Latinis, notissimum sit. At vero Gallis longe aliam significationem habet vocula *Brin*.

[Βρύματα· μυρήματα, Hesych. ubi alii alia hariolantur. Ruhnken. Βρύματα pro Ῥύματα accipit et μηρύματα corrigit. G. Dindorf.]

Βρυνθαλλὸν, Hesych. exp. βρύσμα, Scaturiginem. Infra sine ρ, Βύθαλον, βύσμα.

[Βρυνχὸν [?], κιθάραν, Thraces, Hesych.]

[Βρὺξ, τὸ ἔθνος, καὶ Βρυγαί· τοῦ Βρὺξ τὸ θηλυκὸν Βρῦγις καὶ Βρῦγηις, ὡς Καδμηίς· εἰσὶ δὲ Μακεδονικὸν ἔθνος προσεχὲς Ἰλλυριοῖς. Βρύγοι apud Strabonem 7, p. 326, (ubi libri Φρύγοι): sed Βρυγῶν genitivo casu ibid. p. 327 bis, recte. Et sic corrigendus Scymnus 433: Ὑπὲρ δὲ τούτους εἰσὶ Βρυγοὶ βάρβαροι· et 436: Ὑπὲρ δὲ Βρυγοὺς Ἐγχέλειοι λεγόμενοι, ubi Βρύγοι et Βρύγους editum. Apoll. Rh. 4, 330: Δοιὰς Ἀρτέμιδος Βρυγηίδος ἀγχόθι νήσους· 470: Ἀρτέμιδι Βρυγοὶ... G. Dindorf.]

[Βρὺξ, ἡ, unde βρύχα νεάτην, Imum mare, apud Oppian. Hal. 2, 588, ab Schneid. citatum. De quo rursus dicetur s. v. Ὑπόβρυχα. Hinc Βρύχιος. Conf. Βύξ. G. Dindorf.]

[Βρῦόεις, εσσα, εν, Florens, Germinans. Nicand. Alex. 371: Ἠὲ νέον βρυόεντα θύμου στάχυν· 478: Ἀνθεά τε βρυόεντα· Ther. 893: Μαράθου βρυόεντος. Muscosus, s. Algosus, ibid. 208: Βρυόεντος ἔσω ποταμοῖο. Nonnus a Wakef. cit. 1, 203: Ἐνὶ βρυόεντι δὲ κόλπῳ. (Adde ibid. 269.) 34, 4: Πατρῴην βρυόεσσαν ἐδύσατο Νηρέος αὐλήν. G. Dindorf.]

Βρύον, τὸ, Muscus. Plin. 12, 23: Sphagnos in Cyrenaica provincia maxime probatur: alii βρύον vocant. Et paulo post, Sunt enim hoc nomine cani arborum villi, quales in quercu maxime videmus, etc. Vocari ajunt et σπλάγχνον a Gal. et Diosc. || Βρ. θαλάσσιον, Muscus marinus, Alga. || Βρύον, Herba Lupus salictarius dicta, officinis autem Lupulus. || Herba, quæ et λειχὴν, quæ super saxa nascitur et rorulentis petris adhærescit. || Uva, i. e. Fructus populi albæ, e quo populeum unguentum conficitur. || Democrito dicta etiam ἡ καύκαλις, Diosc. [2, 149 (148), ubi βρίον.] Vide Gorr.

[Βρύον, τὸ, Alga, s. Muscus marinus, quem ad uteros inflammatione laborantes in cataplasmate adhibet Hippocr. Περὶ γυναικ. p. 610, 14, et βρύον θαλάσσιον, ὃ ἐπὶ τοὺς ἰχθύας ἐπιβάλλουσι, vocat. Libro vero Περὶ γυναικ. φύσεως p. 570, 3, eadem in re βρύα θαλάσσια. Foes. Paulus Ægin. 7, p. 233, 42. *Bryon marinum* apud Plin. H. N. 13, 25, 49; 27, 8, 33; 32, 9, 36. Restituendum Theophr. H. P. 4, 6, 2, ex cod. Urbin. Ibid. sect. 6, τὸ βρύον in libris deterioribus in βότρυον corruptum, ubi vid. Schneider. Inter plantas lacustres enumerat Plut. Moral. p. 911, F: Τὰ λιμναῖα φυτὰ, τύφη καὶ φλέων καὶ βρύον, ἀναυξῆ καὶ ἀβλαστῆ μένει· cui quodammodo repugnant quæ Theophr. H. P. 4, 11, 12, de foliorum longitudine tradit, quod Schneiderum movit ut βρύου in θρύου mutaret. Nicander Ther. 416: Ὅστε βρύα προλιπὼν καὶ ἕλος καὶ ὁμήθεα λίμνην· 792: Βρύα λεπτὰ... θαλάσσης. Poeta apud Philon. Jud. vol. 2, p. 514, 28, de urbibus mari absumptis: Αἴγειραν Βοῦράν τε καὶ ὑψηλὴν Ἑλίκειαν... ἡ τάχ' ἐμελλε περὶ βρύα μύρια φύσειν. Alia attulit Jacobs. ad Anthol. vol. 9, p. 143; Thomas Mag. s. v. Φακὴ p. 883, ab Schæf. cit.: Τὰ ἐπὶ τῶν τελμάτων χλοώδη, ἃ κοινῶς λέγονται βρύα, et Alciphr. 3, 1: Βοστρύχους ἔχει βρύων οὐλοτέρους, ubi alii libri βοτρύων, ut in loco Theophr. supra allato. || Muscus arborum. Dioscor. 1, 20: Βρύον, ὑπὸ τινῶν δὲ σπλάχνον καλεῖται, εὑρισκόμενον ἐπὶ δένδρων κεδρίνων ἢ λευκίνων ἢ δρυΐνων· ubi Sprengel.: «Noster hic lichenum species, quæ arbores inhabitant, intelligit, Usnea nostratibus dictæ, ab Arabico Oschnah.» Σπλάχνον in editione Aldina σπλάγχνον scriptum: σφάγνον Schneid. in Lexico. Paulus Ægin. 7, p. 233, 43: Βρύον, οἱ δὲ σπλάγχνον, ἐν δρυσὶ καὶ λεύκαις καὶ πεύκαις εὑρισκόμενον διαφορητικὸν ἅμα καὶ μαλακτικὸν μετρίως ἐστὶν, καὶ μάλιστα τὸ ἐπὶ τῶν κέδρων. Βρύα ad uteri suffitus adhibet Hippocr. p. 575, 31, 52; 671, 20 monente Foesio. || Amentum masculum plantarum, Gallis *le chaton*. Theophr. H. P. 1, 2, 1; 3, 3, 8, et al. || Floris gemma. Theophr. H. P. 1, 1, 2: Τῶν δ' ἐν τοῖς φυτοῖς ἔνια τοιαῦτ' ἐστὶν ὥστ' ἐπέτειον ἔχειν τὴν οὐσίαν, οἷον ἄνθος, βρύον, φύλλον, καρπός. Dioscor. 3, 140 (130): Τὸ μὲν θηλυγόνον λεγόμενον (phyllum), ὡσπερεὶ βρύον, ἔχον χλωρότερον ἐλαίας τὸ φύλλον. || Hinc in genere de flore dicitur, ut apud Theophr. H. P. 9, 18, 5: Οἷόν περ ἐλαία, ὅταν ἄρτι φύηται ἐκ τοῦ βρύου. Nicand. Ther. 71: Ἄγνου τε βρύα λευκά· 898: Οἰνάνθης βρύα λευκά. Depravatam vocabuli formam βρίον ex Schol. Oppian. Hal. 3, 418, 422, indicat Ducang. Ab Græcis hodiernis ὄβρυα dici annotavit Walpole 2, p. 51. In Scylac. Peripl. p. 52 Huds. ὀρύον in βρύον mutabat Reinesius. G. Dindorf.]

[Βρύορον lectio vitiosa ap. Theophr. H. P. 9, 11, 6, ubi nunc θρύον legitur. Indicavit Bast.]

[Βρύος, ὁ, Rigor, Gl. Angl. || Fœtor. Joel. 2, 20: Ἀναβήσεται ὁ βρύος αὐτοῦ, ubi alii βρόμος habent. Hesychius: Βρυῶδες· δυσῶδες. Schleusn.]

Βρυοφόρος, ὁ, ἡ, q. d. Muscifer, Musci fertilis. Theophr. C. P. 2, 15; [2, 11, 5: Δάφνη βρυοφόρος. Idem H. P. 3, 7, 3: Ἡ δὲ δάφνη (φέρει) τὸ βρύον. Utrobique de amentis masculis laurus: vid. s. v. Βρύον.]

[Βρύοχος. V. Βρύκος.]

Βρυόω, q. d. Musco oppleo. A cujus pass. est βρυωθεὶς, Musco oppletus, Musco obsitus. Aristot. De color. 386, [p. 791, 26; 792, 1 Bekk. ubi var. lect. βρωθέντων et κρυωθέντων. Gl. Βρυοῦσθαι, Muscari.]

[Βρυσάκιον, τὸ, Brysacium, πόλις τῆς Παρθίνης (Παρθήνης Holsten.)· οἱ πολῖται Βρυσακοὶ (Βρυσάκιοι Berkel.; Βρυσακηνοὶ Holsten.), Steph. Byz. G. Dindorf.]

[Βρυσεάτης. V. Βρυσειαί.]

[Βρῦσειαὶ, αἱ, Bryseæ, urbs Laconica. Il. B, 583: Βρυσειάς τ' ἐνέμοντο... Βρυσιαὶ apud Steph. Byz. Βρυσεαὶ apud Pausan. 3, 20, 3. Βρύσια· πόλις Hesychius.

Gentile esse Βρυσεάτης suspicatur Eustath. p. 290, 11. G. Dindorf.]

[Βρύσιον. Euagrius 6, 8, ubi de terræ motu Antiocheno: Ἔπτωκε δὲ καὶ τὰ πολλὰ τῆς καλουμένης Ὀστρακίνης καὶ ὃ πρόσθεν ἔφαμεν ψηφῖον καὶ σύμπαντα τὰ καλούμενα βρύσια. An locus fontibus scatens ædificiisque ornatus? Ducang.]

Βρύσις, εως, ἡ, q. d. Scaturitio, Eust. [p. 1095, 16; Suidas s. h. v. et Schol. Oppian. p. 16. Wakef. Typicum Sabæ c. 19: Ἀπερχόμεθα ἐν τῇ βρύσει ἢ ἐν τῇ πηγῇ τοῦ ὕδατος. Hodierni etiam Græci dicunt βρύση. Gerasimus Vlachus, Βρύση· Fons; πηγή. Βρυσικός· Fontanus; πηγαῖος. Suicer. Ita Scylitz. p. 866, A: Βρύσις τοῦ Βασιλακίου, Fons; perperam interpr. Fremitus Basilacii. Hase.]

[Βρύσμα. V. Βρυνθαλλόν.]

[Βρυσμὸς, ὁ, i. q. Βρύσις. Arcad. p. 58, 24. G. D.]

[Βρυσμός. Etym. M. p. 249, 18: Καὶ Βρυσμὸς, ἔστι δὲ ὄνομα βασιλέως, καὶ Πάσνης καὶ Μάσνης, ὀνόματα ποταμῶν. Codex Barocc. 50 fol. 329, B: Βύρσνος ὄνομα βασιλέως. Aut hoc verum aut Βρύσνος. Fluviorum illa nomina e Xanthi Lydiacis affert Hephæstio p. 14, ut non improbabilis Gaisfordi conjectura sit, regis quoque nomen e Xantho cognovisse grammaticos. Simile est Βύσνου regis nomen, de quo v. s. Βυσναῖοι. G. Dindorf.]

[Βρύσσος. V. Βρύττος.]

Βρύσται, Hesychio κρημνοὶ, et πόλις κρημνώδης.

[Βρυστακία, ἡ, Brystacia, πόλις Οἰνώτρων· τὸ ἐθνικὸν Βρυστακιάτης, Steph. Byz. G. Dindorf.]

[Βρύσων, ωνος, ὁ, Bryso, philosophus Heracleota. Theopomp. ap. Athen. 11, p. 508, D; Diogen. L. 6, 85; Ephippus ap. Athen. p. 509, C: Νεανίας τῶν ἐξ Ἀκαδημείας τις ὑπὸ Πλάτωνα καὶ Βρυσωνοθρασυμαχειολῃψικερμάτων. Nam sic scribendum cum Th. Bergkio. Libri βρύσων ὁ θρασ... || Alius in epigr. Simonidis Anth. Pal. 13, 20: Καλοῦ δαμασθεὶς ἱμέρῳ Βρύσωνος. G. Dindorf.]

[Βρυτανεῖον etymologiæ caussa fingit Schol. Pind. Nem. 11, 1, ubi de v. πρυτανεῖον agit. Angl.]

[Βρύτανον, τό.] Βρύτανα, Hesych. exp. κονδύλους. Idem: Βύτανα· κόνδυλοι· οἱ δὲ Βρύτανα. [Sic Βρύξ Βύξ et Βρύσμα Βύσμα apud eundem. Βύζανα κόνδυλον ex Theognosto Bekker. Anecd. p. 1355, quod, si quid duabus Hesychii glossis tribuendum, ex Βύτανα, κόνδυλοι corruptum esse judicari debet. G. Dindorf.]

Βρύτεα, τὰ, Athen. 2, [p. 56, D,] ab Atheniensibus vocata scribit quæ suæ ætatis homines στέμφυλα nominarent, i. e. τὰ ἐκπιέσματα τῆς σταφυλῆς· et h. v. factam esse παρὰ τοὺς βότρυς: quia sc. sunt βοτρύων ἐκπιέσματα. Eadem ex eo refert Eust. p. 1963. Apud Suid. in Ms. etiam Cod. habetur Βρύτια, exponiturque itidem τὰ τῆς σταφυλῆς πιέσματα· ἅ τινες στέμφυλα λέγουσι. Apud Hesych. vero gemino τ et paroxytonως Βρυττία [vitiose], qui βρυττία quum et ipse esse dixisset στέμφυλα, addit, quosdam velle esse εἶδος σκορόδου, Speciem allii. [Τὰ βρύτια plus semel apud Galen. vol. 6, p. 342, 343. Cum Athenæo consentit Aretæus 1, 9, p. 8, B: Δριμὺ δὲ τὸ ἀπὸ τῶν κριθέων καὶ τὸ τῶν βρυτέων πόμα· nisi hoc alia significatione accipiendum, de qua v. s. v. Βρῦτον. Utramque scripturam agnoscit Etym. M. p. 216, 20: Βρύτια, ἃ καὶ βρύτεα. *Brissa* ex Colum. 12, 39, 2, indicat Schneid. G. D.]

[Βρυτέων πόμα. V. Βρῦτον.]

[Βρυτήρ. V. Ῥυτήρ.]

[Βρυτὴρ, ὁ, Scaturigo, a βρύω. Naucratit. in Cav. hist. litt. p. 438: Ὁ ἀέναος τῆς διδασκαλίας βρυτήρ. Schneider.]

[Βρύτια. V. Βρύτεα.]

[Βρυτιάδαι. V. Βρυτίδαι.]

Βρυτιγγοὶ, Hesychio χιτῶνες, Tunicæ. [V. Βρύθακες. Βρύτινοι Salmasius.]

[Βρυτίδαι, οἱ, Brytidæ, ὄνομα γένους Ἀττικοῦ, Suidas. Eadem Harpocrat., apud quem Βρυτάδαι scriptum. In loco Demosth. C. Neær. p. 1365, libri plerique ter Βρυτιάδαι, pauci Βρυτίδαι præbent. Corrupte Hesychius: Βρύτινας· γένος παρὰ Ἀθηναίοις, et s. v. Βρύθακες, quod nihil cum hoc nomine commune habet, γένος ἰθαγενῶν. G. Dindorf.]

[Βρῦτικὸς, ἡ, όν. Incertæ siguif. vox in versu Antiphanis ap. Athen. 11, p. 485, B: Τὴν δὲ γραῦν τὴν ἀσθενοῦσαν πάνυ πάλαι, τὴν βρυτικήν. Probabilior reliquis Schweighæuseri interpretatio est, *febricitantem*. Βρύττειν enim pro πυρέττειν dixerunt Attici. Nec tamen propterea βρυττικὴν aut βρυκτικὴν cum Schweigh. scribendum. Schneiderus βρυτίνην. G. Dindorf.]

[Βρύτινος. V. Βρῦτον.]

[Βρύτιος. V. Βρέττιοι.]

[Βρυτίς. V. Ῥυτίς. || Βρυτίδες. V. Βρούτιδες.]

Βρύτιχος, ὁ. Βρύτιχοι, Hesychio βάτραχοι μικροὶ ἔχοντες οὐρὰς, Ranæ parvæ caudatæ.

Βρῦτον, τὸ, sive Βρῦτος, ὁ, [immo Βρῦτον et Βρῦτος, ut ex locis poetarum patet], Genus potionis ex hordeo, Vinum hordeaceum, Cervisia. Athen. enim 10, [p. 447], τὸν κρίθινον οἶνον a nonnullis vocari βρῦτον ait, nimirum Æschylo, Sophocle, Archilocho. Idem ibid. ex Hellanico tradit ἐκ ῥιζῶν quoque κατασκευάζεσθαι τὸ βρῦτον, quippe qui sic scribat: Πίνουσι δὲ βρῦτον ἐκ τῶν ῥιζῶν, καθάπερ οἱ Θρᾷκες ἐκ κριθῶν. Ibid. Hecatæus Pæonas dicit πίνειν βρῦτον ἀπὸ κριθῶν: ut Theophr. quoque H. P. 4, 10 [4, 8, 12]: Ἐν βρύτῳ τῷ ἀπὸ τῶν κριθῶν ἕψουσι, In bryto hordeaceo decoquunt. [In loco Aretæi s. v. Βρύτεα indicato τὸ ἀπὸ τῶν κριθέων et τὸ τῶν βρυτέων πόμα distinguuntur.] Rursum Athen. ibid. et πῖνον vocari dicit hunc κρίθινον οἶνον. Eust. vero inter hæc poni ab eo hoc discriminis ait, quod τὸ πῖνον fiat ex hordeo duntaxat, ὁ βρῦτος vero e radicibus etiam. Porro masc. τὸν βρῦτον Sophocles dicit, neutr. ipse Athen. τὸ βρῦτον, ut τὸ πῖνον. Apud Hesych. habetur Βρύττιον, πόμα ἐκ κριθῆς. Apud Gazam Gramm. 3, Βρύτειον etiam, itidem pro Potione hordeacea. [|| De alia forma Βροῦτος vide s. h. v.] || Βρύτον, Hesychio est etiam ζῶον ὅμοιον κανθάρῳ: a quo fieri βρύτινον πήνισμα dicit, quod a nonnullis βομβύκινον nominari. Affert et hunc e Μαλθακοῖς, Cratini puto, senarium: Ἀμοργὸν ἔνδον βρυτίνην νήθειν τινά· dicensque Comicum ibi allusisse πρὸς τὸ πήνισμα [πήνισμα Musuri interpolatio est. Recte codex πόμα] τὸ βρύτινον, mox etiam βρυτίνην exp. βυσσίνην.

Βρυτονία, Hesychio teste, est Radix quædam sic vocata. [Corrigitur Βρωνία.]

[Βρῦτος. V. Βρῦτον.]

[Βρυτὸς, ἡ, ὸν, Scaturiens. Arcad. p. 79, 7: Βρυτὸς ὁ βρύων. Typicum Irenes Aug. p. 284: Τοῦ εἰσαγομένου ἐν τοῖς τῆς μονῆς βρυτοῦ ὕδατος. G. Ind. Βρυτῶν πανήγυρις Constantinopoli celebrata usque ad Anastasii tempora, Suidas s. v. Μαϊουμᾶς. Angl.]

Βρυτταὶ, Hesychio τὰ λείψανα, Reliquiæ [uvarum, ut opinatur Kust.].

[Βρύττια scriptura vitiosa pro Βρύτια vel Βρύτεα, quod vide.]

[Βρύττιον. V. Βρῦτον.]

[Βρύττιος. V. Βρέττιοι.]

Βρύττος, ὁ, Hesychio ex Aristot. referente, est εἶδος ἐχίνου θαλασσίου, Species echini marini. Supra Ἀμβρυττος et Βρίσσος. [Ubi Stephanus:] Βρίσσος, Brissus: Echini marini genus ap. Aristot. H. A. 4, [5, p. 530, 5, ubi recte nunc editum βρύσσων. Var. lect. βυρσῶν et βυρσσῶν], cujus mentio ap. Athen. quoque 3, [p. 91, B, ubi βρυσῶν in loco Aristotelis. Quartam nominis formam annotavit Hesych. s. v. Βρύττος: Οἱ δὲ τρισυλλάβως βρυγγόνην: nisi, quæ Sopingii conjectura est, post τρισυλλάβως excidit Ἀμβρυττον, Βρυγγόνην autem novæ glossæ initium est, de cujus interpretatione syllabæ Λάχης ποιεῖ supersunt. G. D.] || At Βρυττὸν Hesychius esse dicit πᾶν τὸ ἐκ τρυφῆς ποτόν: nisi potius βρύτον scr., et κριθῆς.

Βρύττω, i. q. βρύκω, Edo, Devoro: s. Cum sonitu quodam labiorum et dentium collisorum voro. Hesych. βρύττειν simpl. exp. ἐσθίειν. Itidemque Etym. [p. 216, 25.] || Βρύττοντες, teste eod. Etym. et Lex. meo vet., Athenis dicebantur οἱ πυρέττοντες: unde βρυχετὸς, ὁ πυρετός. Sed addit Etym., in Rhet. Lex. exp. etiam ὀρύττοντες.

[Βρυχάζω. Æsop. fab. 307 Fur.: Ὁ μὲν βάτραχος τὸν μῦν εἰς τὸν βυθὸν κατήνεγκεν αὐτὸς βρυχάζων τῷ ὕδατι καὶ τὸ βρεχεκὲξ κοὰξ κοὰξ ἀνακράζων. Buttmannus βρυάζω. Schneider.]

Βρυχαλέος, α, ον, Rugiens.

Βρυχάνα [codex βρύχανα], Hesych. exp. σάλπιγγι καμπύλῃ, Tubæ incurvæ : qualis est Lat. Lituus et Buccina. Ovid. : Cava buccina sumitur illi Tortilis in latum, quæ turbine crescit ab imo. Forsan igitur βρυχάνα est ἡ βυκάνη. [Apud Herodian. Περὶ μον. λέξ. p. 18, 20, βρυκάνη inter nomina in ανη enumeratur. G. Dindorf.]

Βρῡχανάομαι, Nicander [Alex. 221], apud quem Schol. exp. Ejulo. Βρυκανήσομαι Hesychio βοήσομαι, Clamabo, Vociferabor. Βραυκανᾶσθαι, Idem dici scribit, ἐπὶ τῶν κλαιόντων παιδίων, ὡς μίμημα φωνῆς, Lat. Vagire. [Philostorg. H. E. 11, 6, ubi margo cod. κραυγάζομαι. Schneid. In loco Nicandri editum βρυκανάαται ὠρυδόν. Schol. : Βραυκανάαται· γράφεται καὶ βρυχανάαται (βρυκανάαται ... βρυχανάαται cod. Gott. βρυχανάαται ... βραυχανάαται L) βρυχᾶται, κλαυθμυρίζει, ὡς παιδίον φωνεῖ, ἢ δακρύει, ὡς Μένανδρος. In textu codex Paris. βραυκαναᾶται, Riccard. correctus βραυχαναᾶται. Hesych. : Βρηχανώμενοι· φωνοῦντες, ἢ χασμώμενοι. G. Dindorf.]

Βρῡχάομαι, Rugio, proprie de leonibus, sed dicitur et de nonnullis aliis feris. [Βρυχᾶσθαι proprie de leonibus dici docent Ammonius s. v. φωνεῖν aliique grammatici in Valck. annot. p. 228, 231, et Hesych. : Βρυχήσασθαι· ὡς λέων. Sed s. v. Βρύκειν Ammonius, ἐπὶ λέοντος τὸ βρύχεσθαι, ubi Valck. βρυγᾶσθαι, non reticens tamen etiam ab Cyrillo tradi : Βρύχεται· μαίνεται (hucusque etiam Hesych.), τοῦτο δὲ κυρίως ἐπὶ τοῦ λέοντος τάττεται. Et apud Hippocrat. p. 307, 7 libri : Κὴν μὲν γὰρ αἶγα μιμῶνται, κὴν βρύχωνται, nisi quod Aldina βρήχωνται, quemadmodum apud Hesych. Βρηχανώμενοι pro βρυχανώμενοι legitur. Βρυχομένῳ pro βρυχωμένῳ scriptum ex Lucian. Dial. Mer. 1, 4, vol. 1, p. 290, indicat Schæf. De bobus. Theocrit. 25, 137 : Δεινὸν δ' ἐβρυχῶντο, φόνον λεύσσοντε προσώπῳ. Soph. Aj. 320 : Ταῦρος ὡς βρυχώμενος, ubi Triclinius μυκώμενος interpolavit. De elephantis. Plutarch. V. Pyrrh. c. 33 : Ὁ μέγιστος ἐλέφας ... παραπεσὼν καὶ βρυχώμενος. De hominibus. Soph. OEd. T. 1265 : Δεινὰ βρυχηθεὶς τάλας· Trach. 805 : Βρυχώμενον σπασμοῖσι· 904 : Βρυχᾶτο μὲν βωμοῖσι προσπίπτουσ' ὅτι γένοιτ' ἐρήμη. Apoll. Rh. 4, 19 : Τοερῇ βρυχήσατ' ἀνίῃ. Nonn. Dion. 5, 336, a Wakef. cit. : Κινυρῇ βρυχήσατο φωνῇ· 10, 83 : Παιδὶ φιλοθρήνῳ κινυρὴν βρυχήσατο φωνήν. Alciphr. ab Schæf. cit. 1, 35 : Κλαίοντά με καὶ βρυχώμενον. Suidam s. v. Καγχάζει indicat Hemst. De mugitu terræ Dio Cass. p. 1139, 33 : Πρῶτον μὲν γὰρ μύκημα ἐξαπίνης μέγα ἐβρυχήσατο, ἔπειτα βρασμὸς ... ἐπεγίνετο. Gl. Βρυχῶμαι, Fremo. Βρυχοῦμαι, Rugio. Præteritum medii Βέβρυχα Stephanus s. v. Βρύχω annotavit, quod vide. G. Dindorf.]

Βρυχετὸς, ὁ, Febris. Apud Hesych. est βρυχετὼ, πυρετόν. [Βρύχετος ap. Etym. M. p. 216, 26.] Fortasse autem occasionem huic signif. præbuit dentium crepitus, quem rigore febris correpti edunt. [Sequentia ex indice.] Βρυχετὼ, Hesych. exp. πυρετὸν, Febrem. Forsan, quoniam in horrore s. rigore febrili βρύχουσι τοῖς ὀδοῦσι. [Conf. s. v. Βρύττω.]

Βρῦχὴ, ἡ, Stridor. Apoll. Rh. 2, [83 : Βρυχὴ δ' ὑπετέλλετ' ὀδόντων. Oppian. Cyn. 3, 145 : Σμερδαλέη βρυχή. Quint. Sm. 5, 392 : Βρυχὴ δὲ περὶ γναθμοῖσιν ὀρώρει. Wakef. Restituendum eidem 4, 241, ubi vulgo: Περὶ δὲ βρομέουσι κολῶναι βρυχμῇ ὑπ' ἀμφοτέρων. Schneid. Arcad. p. 115, 20 : Βρυχὴ ὁ κτύπος.]

Βρῡχηδὸν, Cum rugitu, Cum fremitu, Epigr. [in Anth. Pal. 9, 371 : Κύων βρυχηδὸν ὀδοῦσι μάρψε. Apoll. Rh. 3, 1374 : Ἀλλήλους βρυχηδὸν ἐδήϊον. Nonnus a Wakef. cit. 29, 311 : Βρυχηδὸν ἐμυκήσαντο μαχηταί.]

Βρῡχηθμὸς, ὁ, Fremitus. [Sic Gloss. Pollux 5, 86. Hesych. : Βρυχηθμὸς (codex ...ιθμός)· στεναγμὸς, οἰμωγή. Oppian. Cyn. 4, 171 : Βρυχηθμοῖς ὀλοοῖσιν. Constant. Man. Chron. p. 73, C : Ὀλολυγμοὶ καὶ βρυχηθμοί. Eustath. Opusc. p. 211, 90. Idem ad Homer. p. 1702, 9 : Σίασος καὶ τροπῇ θίασος, καθὰ καὶ ὁ βρυχησμὸς ὡς μαχησμὸς καὶ τροπῇ ὁμοίᾳ βρυχηθμός. Conf. s. v. Βρυκετός. G. Dindorf.]

Βρύχημα, τὸ, Rugitus. [Æschyl. Niob. fr. 146 : Ἴδης τε μυκηθμοῖσι καὶ βρυχήμασιν ... μήλων. Oppian. Cyn. 1, 304 : Βρύχημα λέοντος· 3, 36 : Βριαρὸν βρύχημα λεόντων· 4, 166 : Μυκᾶται βρύχημα πελώριον. Nonnus Dion. 1, 269. Suidam s. v. Τύμπανα indicat Hemst. De hominibus. Plutarch. V. Marii c. 20 : Οὐ κλαυθμοῖς οὐδὲ στεναγμοῖς ἀνθρώπων ἐοικὼς, ἀλλὰ θηρομιγής τις ὠρυγὴ καὶ βρύχημα μεμιγμένον ἀπειλαῖς καὶ θρήνοις· V. Alex. c. 51 : Μετὰ στεναγμοῦ καὶ βρυχήματος. Hæc Scott.]

[Βρυχησιμός. V. Βρυχηθμός.]

[Βρῡχητὴς, ὁ, Rugiens. Paulus Sil. Anth. Pal. 6, 57, de leone : Ἂ (αἰχμῇ) ἔπι βρυχητὴν θὴρ ἐκένωσε χόλον. Schneid.]

[Βρῡχητίας, ὁ, Rugiens. Constant. Manass. Chron. p. 90, D et 95, C : Λέων βρυχητίας. Boisson. Phile de elephant. 5, 2. Bast. Nicetæ Ann. 18, 4. Schneid. Ephraem. Cæsar. 5122. G. Dindorf.]

[Βρῡχητικὸς, ἡ, όν. Τὸ βρυχητικὸν, Rugiendi facultas, restituendum videtur in Actis S. Maximi Confess. vol. 1, p. xxxvi, ubi legitur : Ἀπολέσας κατὰ τοὺς πατέρας τὸ βρυχικὸν ὁ λέων οὐκ ἔστι λέων. || De strepitu aquarum Tzetz. ad Lycophr. 729, ab Scotto cit. : Διὰ τὸ βίαιον καὶ ἠχῶδες καὶ βρυχητικὸν τῶν ῥευμάτων. G. Dindorf. Greg. Nyss. t. 1, p. 145, C : Τὸν λέοντα τὸν βαρὺν, τὸν βρυχητικόν. Hase.]

[Βρυχικός. V. Βρυχητικός.]

[Βρύχιον. V. Πυρουχεῖον.]

Βρύχιος [ὁ, ἡ et ία, ιον], Submersus, Suid. [et Hesych. : Βρύχιον· ὑποβρύχιον, βυθιζόμενον. Æschyl. Pers. 397 : Ἔπαισαν ἅλμην βρύχιον ἐκ κελεύσματος, Profundum mare.] Sed ap. Apoll. Rh. [1, 1310] βρυχίης ἁλὸς exp. βρυχώδους, q. d. submersorii maris. [Hic quoque Profundum mare significat, et 4, 946 : Βρύχιαι νεάτῳ ὑπὸ πυθμένι πόντου· et ap. Archestrat. Athen. 7, p. 302, B : Πολλὰ περάσαντες πελάγη βρυχίου διὰ πόντου. Gregor. Naz. in Anth. Pal. 8, 156 : Δίναις ἐν ποταμοῦ βρυχίαις. De sono profundo Æsch. Prom. 1082 : Βρυχία δ' ἠχὼ παραμυκᾶται βροντῆς· ubi Schol. ἡ τῆς βροντῆς δὲ φωνὴ ἡ βρύχουσα παραμυκᾶται καὶ ἠχεῖ καὶ βοᾷ. Qui si hoc voluit, βρύχιος a βρύχειν derivari, falsum eum esse diversa primæ syllabæ mensura docet. Heliodor. 6, 9, p. 239 : Λύζουσά τε καὶ βρύχιον ἀναστένουσα. Hæc Schneid. Hippocr. p. 279, 20, de vena : Διὰ τῆς ἐπιγουνίδος ἐς τὸ ἐντὸς διὰ τῆς κνήμης τοῦ μυὸς βρυχίη τέταται. Philo Jud. vol. 2, p. 378, 3, ab Hemst. cit. : Βρύχιον οὐκ ἐᾷ χωρεῖν, ἀλλ' ἀνέλκει καὶ μετέωρον ἐξαίρει. Cum Heliodori autem loco comparandus Tzetz. Chil. 2, 550 : Ὁ δὲ στενάξας βρύχιον ἐξ ἐμπαθοῦς καρδίας, quod non debebat tentare Kiessling. Similis locutio βύθιον vel βύθιόν τι στενάζειν frequentissima apud infimæ ætatis scriptores. G. Dind.]

Βρυχὶς, ἡ, Hesychio κλῆμα, Palmes.

[Βρυχμὴ lectio dubia. V. Βρυχή.]

Βρυχμὸς, ὁ. Βρυχμοὶ, Hesychio ψόφοι. [Constant. Man. Chron. p. 90. Kall.] || Apud Nicandr. βρυχμὸς legitur etiam usurpatum pro βρυγμὸς s. βρύγμα, h. e. ὀγμὸς s. ὄγμα, Morsus aut Rosio, Ther. [716] : Ἔργα δέ τοι σίνταο περιφράζοιο φάλαγγος, Σήματά τ' ἐν βρυχμοῖσι. [Recte nunc editum βρυγμοῖσι.]

[Βρυχμώδης, ὁ, ἡ, Mauricius Strateg. p. 102 : Ἐπιβαλεῖν ... φωνὰς βρυχμώδεις πρός τε διανάστασιν τῶν μαχομένων καὶ κατάπληξιν τῶν ἐχθρῶν, Ingentem clamorem. Nisi βρυχώδεις scribendum, quo v. utitur Schol. Apoll. Rh. 1, 1310, ad interpretandum βρύχιος. G. Dindorf.]

Βρύχος, Hesychio Fluvius circa Pallenen.

[Βρυχός. V. Βρύκος.]

[Βρυχόω. V. Βρυχάομαι.]

Βρύχω, ξω, Frendo, Strideo dentibus; ut βρύχειν τοὺς ὀδόντας, Frendere dentibus. Act. Ap. 7, [54] : Ἔβρυχον τοὺς ὀδόντας ἐπ' αὐτόν. At Epigr. [Archiæ Anth. Pal. 15, 51] cum sing. θηκτὸν ὀδόντα βρύχοντα. [Hesych. s. v. Βρυγμὸς, Βρύχειν, ὅ ἐστι, τοῖς ὀδοῦσι πιέζοντα ψόφον ἀποτελεῖν, ὡς ἐν ῥίγει συμβαίνει. Quam dictionem sæpe usurpat Hippocr., ut p. 589, 44 : Βρύξει τοὺς ὀδόντας· p. 593, 29 : Ἡ δὲ καὶ τοὺς ὀδόντας βρύχει. Significatu neutrali p. 604, 20 : Καὶ οἱ ὀδόντες βρύχουσι· p. 643, 42 : Καὶ βρύχει, Dentibus fremit. Hæc Foes. Niceph. Greg. Hist. Byz. p. 657, E : Ὡς ... θῆρες ... ἔβρυξαν ἐπ' ἐμὲ τοὺς ὀδόντας. Βρύκειν et Βρύχειν, quæ interdum confunduntur, quid differant, s. v. Βρύκω dictum est. Hermipp. com. ap. Plutarch. V. Pericl. c. 33 : Παραθηγομένης βρύχεις κοπίδος. In epigr.

Anth. Pal. 9, 252 : Ἔβρυχε δ' ἄλλος ἄλλον, ἐπουραίῳ δήγματι δραξάμενος, ubi notanda correptio literæ υ, Brunckius ἔβρυκε restituebat, quod eandem ab mensura syllabæ mediæ dubitationem habet, quam Passovius sic evitat, ut ἔβρυγον pro aoristo secundo verbi Βρύκω habeat. G. D.] Ap. Apoll. Rh. autem 2, [831] βεβρυχὼς absolute pro Frendens. [Βέβρυχα et Ἐβεβρύχειν, quæ præsentis et imperfecti significationem habent, Buttmann. Lexil. vol. 2, p. 122, ad Βρυχάομαι refert, comparato Μυκάομαι Μέμυκα. De strepitu maris s. fluviorum. Homer. Il. P, 264 : Βέβρυχεν μέγα κῦμα ποτὶ ῥόον. Od. E, 412 : Ἀμφὶ δὲ κῦμα βέβρυχεν ῥόθιον· M, 242 : Ἀμφὶ δὲ πέτρῃ δεινὸν ἐβεβρύχει. De terra dictum libri nonnulli præbent Il. Π, 384 : Ὡς δ' ὑπὸ λαίλαπι πᾶσα κελαινὴ βέβρυχε χθών, ubi vulgo βέβριθε. De clamore s. ejulatu hominum graviter dolentium Il. N, 393, et Π, 486 : Βεβρυχὼς, κόνιος δεδραγμένος αἱματοέσσης. Soph. Trach. 1072 : Ὅστις ὥστε παρθένος βέβρυχα κλαίων. De animalibus, ut cervo ap. Oppian. Cyn. 2, 273 : Βεβρυχὼς ὀδύνῃσιν, leone ap. Quint. Sm. 3, 146 : Σμερδαλέον βλοσυρῇσιν ὑπαὶ γενύεσσι βεβρυχώς. Ap. Apollon. Lex. Hom. p. 192, in glossa Homerica Βεβρυκὼς scriptum : quod libros nonnullos Il. Π, 486 præbuisse ex Schol. Victor. patet : Βεβρυχώς· τινὲς διὰ τοῦ κ κακῶς. Ex præterito autem βέβρυχα grammatici præsens fingunt Βρύχω, de hominibus ea significatione dictum, qua de leone aliisque animalibus βρυχᾶσθαι dicatur. Sic Eustath. p. 1106, 10, cujus opinioni favet Hesychii glossa : Ἔβρυχεν· ἐψόφησεν, ἤχησεν, nisi hoc Βέβρυχεν est. Præterea ad hoc verbum grammatici nonnulli referebant Homericum ἀναβέβρυχα, de quo v. s. v. Βρύω. G. Dind.] || Pass. [medium] Βρύχεται Hesych. exp. μαίνεται, Furit, Insanit. [De hac glossa et verbo Βρύχεσθαι pro Βρυχᾶσθαι posito vide s. v. Βρυχάομαι.] || Βρύχειν [?], aut cum Etym. βρύττειν, Athenienses dicebant eos, qui febricitabant.

[Βρυχώδης. V. Βρυχμώδης.]

[Βρύχων, ωνος, ὁ, Brycho, n. pr. inter barytona in χων apud Arcad. p. 16, 5. Inscript. Achaica ap. Bœckh. Corp. Inscr. vol. 1, p. 711 : Εὐδάμῳ Βρύχωνος Πλαταιεῖ. || Nomen fluvii. Lycophr. 1408 : Παλλήνια τ' ἄρουρα, τὴν ὁ βούκερως Βρύχων λιπαίνει. Dicæarch. Descript. montis Pelii p. 29 Huds. : Ποταμοὶ δὲ διὰ τοῦ ὄρους ῥέουσι δύο, Κραυσώδων τε καλούμενος καὶ Βρύχων. Quo fortasse referendus Arcadii locus. G. D.]

Βρύω, Scateo, Scaturio, Pullulo. Item, Abundo, Circumfluo, Diffluo. [Hesych. : Βρύει· ῥέει, πηγάζει, ἀναβλύζει, πηδᾷ, ἀνθεῖ, ἀνίησιν, αὔξεται. Cum genitivo. Æschyl. Choeph. 69 : Νόσου βρύειν. Soph. OEd. Col. 17 : Βρύων δάφνης, ἐλαίας, ἀμπέλου. Alexis ap. Athen. 9, p. 367, F : Τράπεζαν ... ποικίλων παροψίδων κόσμου βρύουσαν. Epigr. ap. Athen. 2, p. 39, C : Τοιγάρτοι στεφάνων δόμος ἔβρυεν, ubi in Anth. Pal. 13, 29 scriptum, Τοιγὰρ ὑπὸ στεφάνοις μέγας (corrigitur μέγαρ') ἔβρυεν. Philostr. Imag. 1, 9, p. 776 : Σελίνου βρύοντας. Hæc fere Schneid.] Aristot. De mundo : Ἐξῆς δὲ ἡ γῆ φυτοῖς βρύουσα καὶ ζώοις, πηγαῖς τε καὶ ποταμοῖς, Scatens, Bud. Ut autem hic dicitur terra βρύειν πηγαῖς, ita etiam dicuntur φυτὰ βρύειν et πηγαί : ut βρύουσιν αἱ πηγαὶ, Basil. Item cum dat. Βρύει ἡ πηγὴ νάμασιν. Cum quo casu signif. et Circumfluo, Diffluo, Plenus sum : ut exp. ap. Aristoph. [N. 45] : Βρύων μελίτταις καὶ προβάτοις. Sic, Πόλει ταῖς ἡδοναῖς βρυούσῃ, Liban. ad Basil. Et Chrys. : Τοῖς πολυτιμήτοις καρποῖς τῆς εὐσεβείας βρύειν. Sed et in vet. Proverbio, quod a Plut. et Gal. aliisque multis [v. Matthiæ ad Eurip. fragm. inc. 211, p. 418] refertur, Ἄλλων ἰατρὸς, αὐτὸς ἕλκεσι βρύων. Sic autem et Lat. v. Scatere utuntur. [Æschyl. Suppl. 966 : Ἀλλ' ἀντ' ἀγαθῶν ἀγαθοῖσι βρύοις· Agam. 169 : Παμμάχῳ θράσει βρύων. Eur. Bacch. 107 : Βρύετε βρύετε χλοηρᾷ μίλακι. Licymnius ap. Stob. Ecl. Phys. 1, 52, vol. 1, p. 1006 : Μυρίαις παγαῖς δακρύων Ἀχέρων ἀχέων τε βρύει. Βρύειν ὥραις, Ruhnken. Epist. crit. p. 280. Βρύειν κήποις, Philostrat. p. 138. Βρύειν ἰούλῳ, idem p. 673. Ὑπήνη βρύει θριξί, Alciphro 3, 31. Hæc Schneid. et Angl. Eustath. Opusc. p. 310, 10 : Χιόνι βρύων καὶ τῷ κρύει πεπηγώς· p. 328, 20 : Τὸν Ἄργον ἡ ποιητοῦ πλαστικὴ βρύειν ὥσπερ πολλαῖς ἐποίησεν ὄψεσιν.] Sed et accus. junctum reperitur βρύω : ut Greg. : Εἰ λέπραν ἔβρυες τέως τὴν ἄμορφον πονηρίαν, ἀπεξέσθης δὲ τῆς κακῆς οὐλῆς. Sic in Jac. Ep. 3, [11] : Πηγὴ βρύει τὸ γλυκὺ, sicut et Lat. Mano accus. interdum habet : ποιητικώτερον tamen. [Βρύων τὸ ἀγαθὸν, Vir bonitate scatens, Greg. Naz. Ep. 45. Strong. Joann. Chrys. vol. 1, p. 513, D : Ὦ φωνῆς μύρια ἀγαθὰ βρυούσης. Joann. Malal. p. 251, 15 : Διονύσιον ... βρύοντα φιλοσοφίας διδάγματα. G. Dindorf.] Absolute etiam ponitur βρύειν, ut, quum βρύειν terra dicitur, germina emittens, ex interpr. Bud. in Xenoph. [K. 5, 12] : Ὅταν ἡ γὴ βρύῃ, μᾶλλον τὰ ἔργα ἢ τὰ ὄρη ἔχουσι. Et βρύουσα ἄμπελος, Diosc. [5, 33], Pubescens vitis : item φυτὸν, Planta pullulans. Sed βρύειν proprie dici de florente olea, e quorumdam sententia tradit Eust. [p. 1095, 14 ad Il. P, 56 : Καί τε βρύει ἄνθεϊ λευκῷ· quo uno in loco hoc verbum apud Homerum legitur.] Vult autem et J. Pollux [1, 230] βρύειν dici μάλιστα ἐπὶ ἐλαιῶν. [Theopomp. ap. Athen. 3, p. 77, E : Τὰς μὲν συκᾶς σῦκα, τὰς δ' ἀμπέλους βότρυς, τὰς δ' ἐλαίας ἐν ᾧ χρόνῳ βρύειν εἰκὸς ἦν αὐτὰς ἐλαίας ἐνεγκεῖν. Schweigh. Lucian. Tragœd. v. 117 : Πτελέας ἄνθος βρύει. (Philostrat. p. 664 : Βρύει μοι τὰ ἐν τῷ ἀγρῷ πάντα.) Themistius orat. 21, p. 260, A (316, 30) : Εἰς τὴν οἰκίαν παραδεκτέον τὸν ἕτοιμόν τε καὶ βρύοντα ἐκ τῆς ἀγορᾶς (πλοῦτον). Schneid. Soph. El. 422 : Βλαστεῖν βρύοντα θαλλόν. Βρύειν et Βλύειν, quæ in codd. passim confunduntur, quomodo distinguant grammatici v. s. v. Βλύζω. Præteriti Βέβρυχα exemplum in Homerico Il. P, 54, Ἀναβέβρυχεν (al. ἀναβέβρυκεν) ὕδωρ, agnoscebant grammatici nonnulli, quæ interpretatio reliquis, quæ suo loco expositæ sunt, opinionibus præstare videtur, quanquam secus visum Buttmanno Lexil. vol. 2, p. 124. Aoristi et futuri exempla nulla sunt nisi ab criticis aut librariis ficta, velut in Hymn. Hom. in Cer. 456, ubi vulgatum βρυσέμεν Ruhnkenius recte in βρισέμεν mutavit. υ-. G. Dindorf.]

[Βρυὼ, οῦς, ἡ, Bryo, Pythagorea, ap. Iamblich. V. P. 36, p. 534. G. Dind.]

Βρῠώδης, ὁ, ἡ, Muscosus. [Aristot. H. A. 5, 10 : Τίκτει δὲ (ὁ σμῦρος) πρὸς τῇ γῇ καὶ βρυώδεσι καὶ δασέσι.] Item, Mollis, Friatilis, Fluxus. Gal. ad Glauc. 1 : Βρυώδη καὶ διαῤῥέουσαν σάρκα eos habere dicit, qui facile afficiuntur medicamentis vel sanguinis missione. Hæc Bud. [Alexandri Aphrod. Probl. p. 320, 10 : Σὰρξ πλαδαρὰ καὶ βρυώδης. Schneid. Basilius Magn. vol. 2, p. 125, C : Αὐτῷ τῷ ὄγκῳ πεπλαδηκὸς καὶ βρυῶδες (σῶμα). Hemst.] Affert autem et Gorr. ex ipso Gal. Meth. Med. 3 βρυῶδες dici Quod molle nimium est, et more algæ, quæ βρύον dicitur, fragile, vel potius in morem algæ cedens. [vol. 10, p. 64 : Χρὴ δὲ μήτε μαλακὸν εἶναι πάνυ καὶ οἷον βρυῶδες τὸ περιβαλλόμενον. Theophr. C. P. 3, 5, 5 : Τὸ βρυῶδες τῆς Ἡρακλεωτικῆς καρύας. Dioscor. 4, 183 (180) : Ἄνθος ὡς τρίχας βρυώδεις, pro quo Oribas. βοτρυοειδεῖς. G. Dindorf. || Hesychius, Βρυῶδες· δυσῶδες. Suidas, Βρυώδης· δυσώδης. Ælian. H. A. 16, 15 : Βρυώδει τῆς ποταμίας ἰλύος φλοιῷ. Wakef.]

[Βρυώνη. V. Βρυωνία.]

Βρῠωνία, ἡ, Bryonia, h. e. Vitis alba. Ita enim Diosc. 4, 184 : Ἄμπελος λευκή· οἱ δὲ βρυωνίαν· οἱ δὲ ὀφιοστάφυλον. [Conf. Paul. Ægin. 7, p. 233, 45.] Idem et βρυωνίαν μέλαιναν commemorat, eand. esse dicens cum Vite nigra : Ἄμπελος μέλαινα, inquit, c. seq. init., οἱ δὲ βρυωνίαν μέλαιναν, οἱ δὲ Χειρώνειον ἄμπελον. At Plin. 23, 1 : Vitis alba est, quam Græci Ampeloleucen, alii Ophiostaphylon appellant. Et aliquanto post, Ossa infracta extrahit in aqua imposita, ut bryonia : quare quidam hanc albam bryoniam vocant. Alia vero nigra efficacior in eodem usu. Et mox, Est ergo et nigra, quam proprie Bryoniam vocant, alii Chironiam, alii Gynæcanthen, aut Aproniam : similem priori, præterquam colore. Forsitan autem βρυωνία dicitur, quoniam, ut ἡ ἀγρία ἄμπελος ap. Diosc., quam Crateuas quoque βρυωνίαν appellat, fert ἄνθος ὡς τρίχας βρυώδεις. Rursum Diosc. 3, 140 tradit τὸ φύλλον s. ἐλαιόφυλλον a nonnullis βρυωνίαν vocitari : pro quo perperam βρυονίαν habent vulg. Edd., et quod in ejus genere θηλυγόνον vocatur, φύεσθαι ἐν πέτραις ὥσπερεὶ βρύον· unde et no-

men ei impositum esse existimo. Plin. vero et aliam bryoniam memorat 24, 9. At superior Βρυωνία dicitur Βρυωνὶς quoque a Nicandro Θ. [858]: Δαύκειον, ῥίζας τε βρυωνίδος. Ibi enim Schol. annotat eum τὴν βρυωνίαν ὑποκοριστικῶς dixisse βρυωνίδα: a Crateua autem eam σταφύλινον [σταφύλινον cod. Gotting.] nominari, et ἄμπελον ἀγρίαν, et Χειρώνειον. [Et Βρυώνη, ibid. 939: Δαυκείου τε παναλθέος, ἐν δὲ βρυώνης. Etym. M. p. 186, 34: Βάλλις· εἶδός ἐστιν ἄνθους, ὃ δοκεῖ ποιεῖν ἀναζῆν τοὺς τεθνεῶτας ὁμοίως τῇ ἀρυώνῃ· ubi Sylburgius βρυωνίᾳ suspicabatur, quum βρυώνῃ potuisset. Βρυωνιὰς nescio unde Schneiderus afferat. G. D.]

[Βρυωνίς. V. Βρυωνία.]

Βρῶμα, τὸ, Cibus, Edulium, Esca. [Hippocr. p. 9, 33: Ἰσχυρὰ βρώματα, Graves cibi, qui ut concoquantur viribus indigent. Ibid. p. 14, 5: Ἰσχυρὸν βρῶμα, Cibus robur et nutrimentum conferens. P. 1013, D: Τὰ βρώματα καὶ τὰ πόματα πείρης δεῖ. Foes. Thucyd. 4, 26: Οἶνον καὶ τυρὸν καὶ εἴ τι ἄλλο βρῶμα.] Xen. K. Π. 4: Παντοδαπὰ ἐμβάμματα καὶ βρώματα· [Ἀπ. 4, 7, 9]: Βρῶμα καὶ πόμα. Athen. 7, [p. 313, C, ex Eubulo comico]: Ἑκάτης βρώματα καλεῖ τὰς μαινίδας. [Figurate Aristoph. ap. Athen. 3, p. 117, C: Ἦν μέγα τι βρῶμ' ἔτι τρυγῳδοποιομουσική. G. D.] || Item Quod exesum et erosum est. [Hippocr. Epid. 4, p. 1131, E: Κατὰ βρῶμα, Juxta dentis erosionem. Sic Galen. Περὶ εὐπορίστων p. 479, 1 ed. Bas.: Κατάπλασσε τὸ βρῶμα, Dentis erosioni ex cataplasmate imponito. Hæc Foes.] Diosc. 1, 142: Καὶ πρὸς ὀδόντων πόνους ἐνεργεῖ, ἐντιθέμενον εἰς τὸ βρῶμα.

Βρωμάομαι, Escam appeto, Esca indigeo. [Hesych.: Ἐβρώμησε· βρώσεως ἐδεήθη. Βρωμήσασθαι γὰρ τὸ βρώσεως καὶ βρώμης δεηθῆναι· ubi notanda forma activa, nisi ἐβρωμήσατο scripsit. G. Dindorf.] Vel potius, Escam appetens et famem sentiens rudo. Aut brevius, Præ fame rudo; de asinis enim proprie dicitur. V. Paus. ap. Eust. [p. 919, 39]; v. et Etym., Suid., Schol. Aristoph. [Vesp. 616: Βρωμησάμενος τοῦ σοῦ δίνου μέγα καὶ στράτιον κατέπαρδεν. Add. Ammon. p. 145 aliosque grammaticos in Valcken. annotat. p. 228, 231. Mœris p. 98: Βρωμᾶσθαι Ἀττικῶς· ὀγκᾶσθαι Ἑλληνικῶς, ubi vid. Pierson. Interdum male scriptum βρομᾶσθαι, ut apud Herodian. Epimer. p. 9, ubi vid. Boisson. G. Dindorf.] At in VV. LL. legitur Βρωμῶμαι esse Fœteo, Rudo; et proprie de leonibus et hircis et similibus male olentibus dici. [Aristot. H. A. 6, 29: Βρωμᾶται ὥσπερ οἱ τράγοι, ubi var. lect. βρομᾷ et βρομεῖ. Schneid. Herodian. Epimer. p. 10: Βρῶμος, ἡ δυσωδία, καὶ βρωμώμενος λέων, ὁ βρυχώμενος.]

Βρωματίζω, Cibum do, σιτίζω. Greg. de Christo: Ὅζος ποτίζεται, χολὴν βρωματίζεται. [Eustath. p. 1832, 58: Δειελιήσας ἀντὶ τοῦ βρωματισάμενος τροφὴν δειλινήν. Wakef. Constant. Man. Chron. p. 74, B: Σάρκας βρωματίζεσθαι. Boisson. Aqu. sec. cod. 108 Holm. Deuter. 8, 3: Ἐβρωμάτισέ με. Schleusn.]

[Βρωμάτιον, τὸ, Edulium. Athen. 3, p. 111, A: Ἐστὶ βρωμάτιον διὰ μέλιτος καὶ λίνου. Scott.]

[Βρωματισμὸς, ὁ, Cibus, Alimentum. Herodian. Epimer. p. 10. Constant. Man. Chron. a Boisson. cit. p. 4, D: Οἷς ἔμελλε βρωματισμὸς τὰ κρέα χρηματίζειν· p. 75, B: Βρωματισμὸς ὀρνέων· p. 94, B: Βρωματισμὸς ῥομφαίας.]

[Βρωματομιξαπάτη, ης, Voluptas ex cibis artificiose mixtis concepta. Agathias in Anth. Pal. 9, 642. Schneid.]

[Βρωματώδης. V. Βρωμώδης.]

[Βρωμέεις. V. Βρωμήεις.]

Βρωμέω, Fœteo. Cyrill.: Πῶς βρωμοῦσι τῶν ἀκαθάρτων τὰ στόματα ἐκ τῆς λαγνείας ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ.

Βρώμη, ἡ, Cibus, τροφή. Od. K, [460]: Ἀλλ' ἄγετ', ἐσθίετε βρώμην, καὶ πίνετε οἶνον. [Posidippi in Anth. Pal. append. 65, vol. 2, p. 781: Πάτρη γὰρ βρώμην οὐκ ἂν ἐπέσχε Θάσος. Schæf. Oppian. Cyn. 2, 352: Βρώμην ... ἀνθεμόεσσαν. Quint. Sm. 8, 389: Βρώμης ... θυμηδέος. Wakef.]

Βρωμήεις, εσσα, εν, Nicander [Al. 409]: Δεινὴν βρωμήεντος ἐναλδήσασα κορύνην, q. d. Ruditoris, i. e. Asini. Alibi [485] de femina dicit βρωμήεντος γάλα. [Aliam formam Βρωμέεις (male codex βρομέεις) κατὰ συστολὴν ποιητικὴν cum simili ἠχέεις, quod pro ἠχήεις dixit Archilochus, memorat Herodian. Περὶ μον. λέξ. p. 14, 19; 18, 34. G. Dindorf.]

[Βρώμημα, τὸ, Ruditus, Suidæ s. v. Βρωμᾶσθαι pro vulgato Βρῶμα restituit Pierson. ad Mœr. p. 98 ab Schæf. cit.]

Βρώμησις, εως, ἡ, Ruditus, J. Poll. [5, 88. Æliano N. A. 3, 7 pro vulgato Βρῶσις restituit Gesner. G. D.]

Βρωμηστὴς, ὁ, q. d. Ruditor, ap. Etym. [p. 215, 57] habetur. [Βρωμήτης in versu Nicandri ap. Athen. 15, p. 683, C, βρωμήταο. Hemst.] Pro eod. et Βρωμήτωρ dicitur ab Nicandro. [Ther. 357, βρωμήτορος.]

[Βρωμήτης. Βρωμήτωρ. V. Βρωμηστής.]

[Βρώμιος. V. Βρόμος.]

[Βρωμολόγος, ὁ, ἡ, Fœtida loquens. Lucian. Pseudol. c. 24, vol. 3, p. 180. Schneid.]

[Βρῶμος lectio vitiosa pro Βρόμος, quod vide.]

[Βρῶμος, ὁ, i. q. Βρῶσις, Cibus, Pastus. Arat. Dios. 289: Ἐπειγόμενοι βρώμοιο. Schneid.]

Βρῶμος, ὁ, Graveolentia, Fœtor, ap. Diosc. Idem signif. et in h. l. Cyrilli: Οἱ δίκαιοι ἅλας θεῖον, οἱ ἁμαρτωλοὶ βρῶμος καὶ δυσωδία. [Schol. Nicandr. Alex. 518: Ὥσπερ ἀποπλύναντες τὰ θαλάσσια ὕδατα τοῦ βρώμου τοῖς γλυκέσιν ὕδασιν. Wakef.] Ceterum in VV. LL. Phrynich. βρῶμον pro Fœtore dici negat. [P. 156 ed. Lob.: Βρῶμος· πάνυ ἐζήτηται εἰ χρὴ λέγειν ἐπὶ τῆς δυσωδίας· μέχρι οὖν εὑρίσκεται, ἄχαριν ὁσμὴν χρὴ λέγειν, ὥσπερ κωμῳδοποιοὶ, ubi Nicandri, Galeni, Dioscoridis, Æliani et similium scriptorum exempla attulit Lobeckius. In libris perpetua est tum in simplici voce tum in compositis fluctuatio inter Βρῶμος et Βρόμος, de quo præter Lobeckium monuit Matthæi in Indice ad Medicos p. 371, quorum exempla augere nihil attinet. Nam et ratio docet et poetarum versus confirmant in Βρῶμος et derivatis longam vocalem esse tenendam. Arcad. p. 60, 8, ubi de nominibus in ωμος agit, τὸ Ῥῶμος καὶ βρῶμος (hæc transponenda) κύριον βαρύνεται. In loco Alcæi apud Schol. Sophocl. OEd. Reg. 153: Ἐλάφῳ δὲ βρόμος ἐν στήθεσι φύει φοβερός· ἀντὶ τοῦ περίφοβος, quem non expediunt criticorum conjecturæ, scribendum, Βρῶμος ἐν στήθεσσι φύει φοβερός· collato Hesychio, qui Βρόμος et Βρῶμος confundit, Βρόμος· ἰδίωμα ἦχου, ἦχος· καὶ ὁ τόπος εἰς ὃν ἔλαφοι οὐροῦσι καὶ ἀφοδεύουσι. G. Dind.] Quod autem in iisdem annotatur, βρωμᾶσθαι proprie de leonibus, et hircis, et similibus male olentibus dici, huc pertineret, si adespoton non esset: manente tamen alioqui dubitatione de hujus signif. origine. Adespoton vero est et quod ibid. legitur, βρῶμον dici Sonitum intestinorum præ fame crepitantum. [Hoc Βρόμος scribendum.] Et Βρῶμος pro Quadam avenæ specie, sed rectius βρόμος.

Βρωμώδης, ὁ, ἡ, interdum vero et Βρομώδης cum o in prima syll., Graveolens, Virus redolens, Fœtidus, Diosc. [3, 42] sæpe: item ap. Athen. quum alibi, tum 3, [p. 88, A, 91, A], sed cum ω. [Strabo 5, p. 246: Καμινώδεις ἀναπνοὰς καὶ βρομώδεις ἱκανῶς. Plutarch. Moral. p. 791, B: Τὸ βρομῶδες καὶ θολερόν. Aetius p. 13 Hebenstr.: Ἐρυγαὶ βρομώδεις. Medici Matthæi p. 11, 19, 20, aliique loci apud Lobeck. ad Phrynich. p. 156. Scribendum autem ubique cum ω esse s. v. Βρῶμος monui. G. Dindorf.] In VV. LL. Βρωματώδης etiam affertur pro ead. signif., e Diosc. 4, [147; Xenocr. c. 20. In Matthæi Medicis p. 17: Βρωματώδεις καὶ ὀρητικοί.]

Βρωσείω, Esurio, Edere cupio: Βρωτικῶς ἔχω, s. ἐφίεμαι βρώσεως, ut Eust. exp. [p. 162, 10; 966, 4. Callim. Fr. 435 apud Apollon. Lex. Hom. s. v. Ὀφείοντες, Οἵ κεν βρωσείοντες ἐμὸν παρίωσιν ἄρτορν. Memorat h. v. etiam Arcad. p. 164, 12 et Etym. M. pluribus locis.]

Βρώσιμος, ὁ, ἡ, Edulis, Esculentus, Qui comedi potest: τὰ βρώσιμα, Edulia, Esculenta. [Βρώσιμος, Gl. Edulis, Esculentus. Βρώσιμον, Edulium, Edibile. Æschyl. Prom. 479: Οὐκ ἦν ἀλέξημ' οὐδὲν, οὔτε βρώσιμον, οὐ χριστὸν, οὔτε πιστόν. Antiattic. Bekk. Anecd. p. 84, 25: Βρώσιμον· βρωτόν. Δίφιλος Ἀνασωζομένῳ. G. Dindorf. Semel legitur in N. T. Luc. 24, 41: Ἔχετέ τι βρώσιμον ἐνθάδε; apud LXX: Ξύλον βρώσιμον, Arbores, quæ cibum s. fructus esculentos dant,

Lev. 19, 23; Neh. 9, 25; Ezech. 47, 13. Quod Philo dicit ξύλον βρώσεως. Schleusn.]

Βρῶσις, εως, ἡ, Cibus, et Ipsa comedendi actio. Od. O, [489]: Παρέχει βρῶσίν τε πόσιν τε. Hesiod. Θ. [797]: Οὐδέ ποτ' ἀμβροσίης καὶ νέκταρος ἔρχεται ἄσσον Βρώσιος. Xen. [Ἀπ. 1, 3, 15]: Περὶ μὲν δὴ βρώσεως καὶ πόσεως οὕτως κατεσκευασμένος ἦν. [Sophocl. ap. Athen. 3, p. 76, D: Ἐρινὸς ἀχρεῖος ὢν ἐς βρῶσιν. Eurip. ap. Porphyr. De abstin. 4, 19: Τήν τ' ἐμψύχων βρῶσιν ἐδεστῶν πεφύλαγμαι. Thucyd. 2, 70: Βρώσεως περὶ ἀναγκαίας. Polyb. 12, 3, 10: Μεγάλην διαφορὰν ἔχει κατὰ τὴν βρῶσιν. G. Dindorf.] || Item Adesio et Erosio, ut Matth. 6, [19]: Σὴς καὶ βρῶσις, ubi exp. Tinea et ærugo. [Gl. Βρῶσις, ἡ τροφή· Esca, Cibus. Βρῶσις, ἡ σῆψις· Tiniara, Robico (leg. Tinea, Rubigo)

Βρώσκω, et Βεβρώθω, et Βιβρώσκω, ώσω, Comedo, Depasco. Il. X, [94]: Βεβρωκὼς κακὰ φάρμακ'· ἔδυ δέ τέ μιν χόλος αἰνός. Pro quo Virg. coluber mala gramina pastus. [Soph. Trach. 1054: Ἐκ μὲν ἐσχάτας βέβρωκε σάρκας· Antig. 1022: Ἀνδροφθόρου βεβρῶτες αἵματος λίπος. Aristoph. Vesp. 462: Εἴπερ ἔτυχον τῶν μελῶν τῶν Φιλοκλέους βεβρωκότες. Quam constructionem ex simili loco affert Eustath. p. 1626, 7: Λέων βοὸς βεβρωκέναι που λέγεται. G. D.] Callim. H. in Jov. [49]: Ἐπὶ δὲ γλυκὺ κηρίον ἔβρως. [Conf. s. v. Καταβρωσκω.] Il. Δ, [35]: Ὦμον βεβρώθοις Πρίαμον Πριάμοιό τε παῖδας. Unde pass. βεβρωμένα, [Nicand. Al. 118: Καρφεῖα νέον βεβρωμένα κέδρου] Comesa, Adesa. [Æsch. Agam. 1097: Ὀπτάς τε σάρκας πρὸς πατρὸς βεβρωμένας. Ἐβρώθην. Nicand. Al. 122: Κύστις βρωθεῖσα. Geopon. 15, 1, 5, p. 1037: Ἵππος ὑπὸ λύκου βρωθεὶς (admorsus) ἀγαθὸς ἔσται καὶ ποδώκης. || De aoristo Ἔβρωξα, quem librarii interdum pro Ἔβροξα vel Ἔβρυξα in codices intulerunt, recte dubitat Buttmann. Gr. Gr. vol. 2, p. 90. Βρώξω pro Βρύξω vitiose scriptum notavimus s. v. Βρύκω. || De futuro Βρώσομαι Phrynich. p. 347 Lob.: Βρώσομαι· κακῶς ὁ Φαβωρῖνος· οἱ γὰρ Ἀττικοὶ ἀντ' αὐτοῦ τῷ ἔδομαι καὶ κατέδομαι χρῶνται· ἄκριτον οὖν καὶ ἀπόβλητον τῶν Ἀττικῶν φωνῶν τὸ βρώσομαι ῥῆμα. Et similiter idem in Bekk. Anecd. p. 37, 30. Βρώσομαι ex Eustratio ad Aristot. Eth. Nic. 6, p. 81, A affert Lobeck. Adde Philostr. p. 129: Εἰ γὰρ βρώσεταί τι τούτων. G. Dindorf.]

[Βρωτέος, α, ον, Edendus. Lucian. De parasit. c. 9, vol. 2, p. 846: Παρασιτική ἐστι τέχνη ποτέων καὶ βρωτέων. Euseb. P. E. p. 304; Stob. p. 167. Wakef. Porphyr. De abstin. p. 204. Boisson. Athanas. vol. 2, p. 69. Kall. Typicum Irenes Aug. p. 228: Ἑψητά τινα βρωτέον ὑμῖν ἐδέσματα. G. Dind.]

Βρωτὴρ, ῆρος, ὁ, q. d. Comestor, Qui comedit; ut βρωτῆρες ὀδόντες ap. Nicandr. [Alex. 421; Æschyl. Eumen. 803: Βρωτῆρας αἰχμὰς σπερμάτων ἀνημέρους. Idem Prometh. Sol. ap. Strabon. 7, p. 390: Ἱππάκης βρωτῆρες εὔνομοι Σκύθαι. Orph. Lith. 593: Βρωτήρων. Stobæus p. 487, 46 a Wakef. cit. G. Dindorf. Tinea, ita a consumendo dicta, Aquila Jes. 50, 9 (teste Procop.). Schleusn.]

[Βρώτης, ὁ, i. q. Βρωτὴρ, Gl. interpretantur, Edax. Legitur in Constit. Apost. in Cotelerii Patr. vol. 1, p. 258: Εἰ μὴ αἰσχροκερδὴς καὶ μὴ βρώτης. G. Dind.]

Βρωτικὸς, ἡ, ὸν, Edax, Cibi avidus. [Chrysipp. ap. Athen. 8, p. 335: Δυνάμεις βρωτικὰς, Medicamenta appetitum excitantia. Apud eund. 5, p. 186, F codd. male βρωτικῆς pro Βοιωτικῆς, quod restituit Jacobs. Hæc Schweigh. Aristot. p. 457, 29; Schol. Sophocl. Philoct. 313: Ἀδηφάγον· βρωτικὴν citat Wakef. || Adverbium Βρωτικῶς, βρωτικῶς ἔχω, vide s. v. Βρωσείω.]

[De natura cervorum, venenatas bestias comedentium, Greg. Nyss. t. 1, p. 660, C: Ἡ δὲ βρωτικήν τινα καὶ ἀναλωτικὴν τῶν θηρίων δύναμιν ἔχει. Id. t. 2, p. 706, B: Διὰ τῆς βρωτικῆς τε καὶ ἀφανιστικῆς δυνάμεως· et p. 961, C: Βρωτικοῖς τισὶ φαρμάκοις, Medicamentis exedentibus. Hase.]

[Βρωτικῶς. V. Βρωτικός.]

[Βρωτίμη lectio vitiosa. V. Βραττίμης.]

Βρωτὸς, ἡ, ὸν, Qui comedi potest, Vescus, Edulis, Esculentus. Poeta quidam [Archestratus] ap. Athen. 7, [p. 321, E] de salpa, βρωτὴ δὲ μάλιστα Ἐστὶ θεριζομένου σίτου. Βρωτὸν vero frequentissime neutr. pro Edulibus s. Esculentis capitur. [Eurip. Suppl. 1110: Βρωτοῖσι καὶ ποτοῖσι.] Xen. [Ἀπ. 2, 1, 1]: Ἀσκεῖν ἐγκράτειαν πρὸς ἐπιθυμίαν βρωτοῦ καὶ ποτοῦ. Pythag. Aur. Carm. [67]: Ἀλλ' εἴργου βρωτῶν, ὧν εἴπομεν.

Βρωτὺς, ύος, ἡ, Cibus, Esca. Od. Σ, [406]: Καὶ οὐκ ἔτι κεύθετε θυμῷ Βρωτὺν οὐδὲ ποτῆτα. Il. T, [205]: Ὑμεῖς δ' ἐς βρωτὺν ὀτρύνετον. [Herodian. Epimer. p. 10, 2. Boisson. Palladas in Anth. Pal. 11, 371: Βρωτύν μοι φορέων τὴν κολοκυνθιάδα. Schæf. Philoxen. ap. Athen. 4, p. 147, C: Βρωτύος ἡδὲ ποτᾶτος.]

[Βῦ βῦ, interjectio silentium jubentis. Grammat. cod. Barocc. 35, fol. 24 (in Museo Philol. Cantabr. a. 1832, 4, p. 115): Τὸ βῦ βῦ ἐπὶ σιωπῆς. Alia signif. dictum v. s. Βύκτης. G. Dind.]

[Βυάοι, οἱ, Byai. Nicol. Damasc. p. 518 (150 Orell.): Ἐν Βυάοις Λίβυσιν ἀνὴρ μὲν ἀνδρῶν βασιλεύει· ubi de veritate scripturæ dubitatur. G. Dindorf.]

Βύας, ου, ὁ, Bubo, Avis nocturna, τὴν μὲν ἰδέαν ὁμοία γλαυκὶ, τὸ δὲ μέγεθος οὐδὲν ἀετοῦ ἐλάττων, ut tradit Aristot. H. A. 8, 3, [ubi libri nonnulli βρύας, ut apud Artemidor. 3, 65 scriptum, ubi codex unus βρύαξ]. Dio Cass. [p. 235, 37; 251, 40; 272, 54; 321, 10. Conf. s. v. Βύζω] βύαν ὠφθῆναι Romæ ἐν τέρατος λόγῳ fuisse ait: ut Plin. quoque 10, 11, Bubo, inquit, funebris et maxime abominatus, publicis præcipue auspiciis; deserta incolit; nec tantum desolata, sed dira etiam et inaccessa; noctis monstrum: nec cantu aliquo vocalis, sed gemitu. Itaque in urbibus aut omnino in luce visus, dirum ostentum est. Sic Ovid., Ignavus bubo dirum mortalibus omen. Et, Ter omen Funereus bubo lethali carmine fecit. Et, Tristia mille locis Stygius dedit omina bubo. Item Virg., Solaque culminibus ferali carmine bubo Visa queri. Et Seneca, Illic luctifer bubo gemit. Quod vero hi eum dicunt Queri et gemere ferali carmine, id Gr. uno verbo βύζειν s. βύσσειν dicunt, et auctor Philomelæ Bubulare. [Magnam cum hoc v. similitudinem habet quamvis genere diversum Baῦς, ἡ, ab Ioanne Alex. memoratum, quod Strigem significare in Addendis s. v. Baῦς ostendam. G. Dind.]

[Βυάω ex Hesychii glossa Βυώσης fingitur, quam alii probabilius in βυούσης mutant. G. Dindorf.]

[Βύβαι. Βύβη (alii codd. Βύβα), πόλις κατὰ Πευκετίους· τὸ ἐθνικὸν Βυβαῖος (cod. Vratisl. βιβαῖος). Εἰσὶ δ' ἔθνος Θρακικόν. Τὸ ἐθνικὸν (αἱ add. Vrat.) Βύβαι, ὡς Λοκροὶ καὶ Δελφοὶ, Steph. Byz. Urbis nomen aliunde non cognitum, nisi quod Βυβαίων ex numo Græco Augusti affert Holsten. G. Dindorf.]

[Βύβασσος, Bybassus, urbs Cariæ, a Bybasso pastore nominata. Gentile Βυβάσσιος. Apud Ephorum Βύβαστος et Βυβάστιος. Hæc Steph. Byz. Codex Vratisl. Βυβασσός. Vid. Wesseling. ad Diodor. 5, 62. Βυβασσίης in βυβλεσίης corruptum in codd. Herodoti 1, 174. G. Dindorf.]

[Βυβλάριον. V. Βιβλάριον.]

[Βυβλιακός. V. Βιβλιακός.]

[Βυβλιάς. V. Βύβλος.]

[Βυβλίδιον. V. Βιβλίδιον.]

[Βυβλινοπέδιλος, ὁ, ἡ, Papyraceis soleis subligatus. Eustath. p. 1913, 44: Ὡς δὲ ἡ βύβλος τὸ φυτὸν συνετέλει καὶ εἰς τὸ ὑποδεῖσθαι, ὁ βυβλινοπέδιλος δηλοῖ, οὗ χρῆσις παρὰ τοῖς παλαιοῖς. Schneid.]

Βύβλινος, η, ον, Papyraceus. Exp. et Cannabeus, item Scirpeus, ut βύβλινα ὅπλα ap. Herodot. [7, 25. Βύβλινα ἱστία idem 2, 96; ὑποδήματα, 2, 37. Βύβλινος ζυγὸς, Pons rudentibus ex papyro junctus, in oraculo 8, 20: Βαρβαρόφωνος ὅταν ζυγὸν εἰς ἅλα βάλλῃ βύβλινον. Ὅπλον νεὸς βύβλινον ex Homero v. s. v. Βύβλος.] At Βύβλινος οἶνος, Hesiod. Vinum e regione Thraciæ, quæ Byblia dicitur. Alii autem ab urbe dicta Byblia, alii a Byblo fluvio Naxi insulæ, alii aliunde derivari putant. Scribitur autem et Βίβλινος. [Quod vide.]

Βυβλίον, τὸ, Papyracea charta, in qua nihil scriptum est: at Βιβλίον, in qua scripsimus, ut vult Etym.: sed Hesych. βυβλία exp. βιβλία, eand. utriusque scripturæ signif. esse ostendens. [V. s. v. Βιβλίον.] || Item Βύβλιον, Funiculus nauticus, non tamen e

Byblo, i. e. Papyro Ægyptia, confectus, sed ex herba ei simili. Sic in VV. LL.: at Eust. [p. 1913] habet βύβλινον σχοινίον.

Βύβλιος. Βύβλιοι, Cives urbis Βύβλου, Hesych. [V. Βύβλος. || Βύβλιοι, Σκυθικὸν ἔθνος, Steph. Byz.]

Βύβλιοι, ap. Cyprios, οἱ τῶν τάφων φύλακες, teste Hesychio.

[Βυβλίς. V. Βιβλίς.]

[Βυβλίτης. V. Βύβλος.]

Βύβλος, ἡ, Papyrus. Sic Eust. [p. 1913. Herodot. 2, 92.] Ex hoc est Prov. Βύβλου δὲ καρπὸς οὐκ αἰτεῖ στάχυν μέγαν, de quo lege Suid. [Æsch. Suppl. 761: Βύβλου δὲ καρπὸς οὐ κρατεῖ στάχυν, ubi notandum βύβλου correpta syllaba priori efferri. Sensus autem verborum hic est, Ægyptios παπυροφάγους inferiores esse Græcis, qui frumento vescuntur. Unde corrigenda esse quæ ab Suida et Zenobio traduntur animadvertit Stanleius. G. Dind.] Ex hoc funes fiebant: unde βύβλινον σχοινίον dicebatur; quod tamen alii volunt esse Cannabinum, alii e Philyra. [Hom. Od. Φ, 391: Ὅπλον νεὸς ἀμφιελίσσης βύβλινον.] Vide Eust., qui et calceamenta βύβλινα in usu fuisse testatur. Quoniam autem et chartæ e byblo fieri solebant, ideo βύβλος pro Libro accipitur: sed scribitur et βίβλος. [Quod vide. Plurali numero τὰ βύβλα Statyllius Flaccus in Anth. Pal. 9, 98, de Sophoclis tragœdiis, Ἄξια τῆς Βρομίου βύβλα χοροιτυπίης. Schæf.] Theophr. [H. P. 4, 8, 4]: Καὶ ἐκ τῆς βίβλου ἱστία τε πλέκουσι, καὶ ψιάθους, καὶ ἐσθῆτάς τινας, καὶ στρωμνὰς, καὶ σχοινία, καὶ ἕτερα πλείω, καὶ ἐμφανέστατα δὴ τοὺς ἔξω τὰ βιβλία. Herodot. [5, 88] dicit διφθέρας Iones vocasse τὰς βίβλους, quod penuria βίβλων uterentur διφθέραις, Pellibus, caprinis et ovinis. [|| Βύβλος στεφανωτρὶς, Papyrus coronaria, non aliunde cognita quam ex Theopomp. ap. Athen. 15, p. 676, D, et Plutarch. V. Ages. c. 36. Schneid. Apud Athen. codex Venet. semel per υ: apud Plutarch. βίβλῳ.] || Βύβλος, Phœnices urbs antiquissima, Steph. Byz. [Ἀπὸ Βύβλης τῆς Μιλήτου θυγατρός, ubi Berkel. Βυβλίδος corrigebat, coll. Schol. Theocr. 7, 115: Ὑετὶς καὶ Βυβλὶς ὄρη Μιλήτου καὶ κρῆναι· ἔνθα καὶ ἱερὸν Ἀφροδίτης. Μιλήτου γὰρ, φασὶ, καὶ Ἀρείου ἐγένοντο παῖδες Καῦνος καὶ Βυβλὶς, quocum consentit Suidas s. v. Βυβλίς. Τὸ ἐθνικὸν, pergit Stephanus (et Etym. M. p. 216, 49), Βύβλιος καὶ Βυβλιάς. Nonnus Dion. 29, 344: Βυβλιάδων (sic Falck. pro vulg. Βιβλ.) δ' ἐπάκουε μελιζομένην Ἀφροδίτην. Ἱερὸν Ἀφροδίτης Βυβλίης memoratur in libello Lucian. De Dea Syria c. 6, vol. 3, p. 454. || Βύβλος ἐν τῷ Νείλῳ πόλις ἀσφαλεστάτη· τὸ ἐθνικὸν Βύβλιος ἢ Βυβλίτης, τῷ τύπῳ τῷ Αἰγυπτιακῷ, Steph. Byz. G. Dind.]

[Βυβός.] Βύβα, Etym. [p. 216, 56] e Sophrone affert pro μεστὰ, καὶ πλήρη, καὶ μεγάλα, Conferta, Plena: procul dubio e βύω signif. Confercio. Infra Βυζός. [Hesychius inter Βρωτὺν et Βυβλία, Βρυατά· βεβυσμένα αὗτη. Βαβά· ταῦτα ἐπὶ τοῦ μεγάλα τάσσεται. Prioris glossæ incerta emendatio est: nam quod Kustero placet Βυατὰ, tum demum probari posset, si de forma verbi Βυάω constaret. Fortasse igitur præstat sublata dittographia scribi, Βυβά· τὰ βεβυσμένα· αὕτη ἐπὶ τοῦ μεγάλου τάσσεται. Βύβα apud Etym. barytonum scribitur. Sed verius videtur Βυβὰ, ut Βυζός. G. Dindorf.]

Βυδοὶ, οἱ μουσικοὶ, ἢ κροῦμά τι, Hesych. e Soph. Cretensibus. [Conf. s. v. Βίδην.]

[Βυέω forma vitiosa pro Βύω, quod vide.]

[Βύζα, ἡ, i. q. Βύας. Nicander et Corinna ap. Antonin. Liberal. c. 10. Schneid.]

[Βύζα, ἡ Κωνσταντινούπολις, Zonaras p. 411.]

[Βυζακηνός. V. Βυζακία.]

[Βυζακία, ἡ, Byzacia, Africæ regio. Τὸ ἐθνικὸν, inquit Steph. Byz., τῷ τύπῳ Βυζακίτης ἔδει, νῦν δὲ Βυζακηνοὶ λέγονται τῷ δυτικῷ χαρακτῆρι· καὶ ἱμάτια δ' ἐκεῖθεν Βυζακηνά. Βυζακῖτις χώρα Ptolemæo 4, 3, restituit Bochartus pro vulgato Βαζακίτις. Βυσαλάδα χώραν Steph. Byz. ex libro 12 Polybii affert, apud quem nunc 3, 23, 2 Βυσσάτιν legitur, cod. Parisino βυσσάτην præbente, Βυσσακῖτιν Schweigh. Βυζακίδα apud Steph. Salmasius. In prima syllaba interdum ι pro υ scribitur, ut in Βιζακηνοὶ apud Epiphan. vol. 2, p. 117, A. Ceterum Βυζακηνοὶ antiquiore nomine Βύζαντες s. Βυζάντιοι dicebantur, de quo v. s. vv. Βύζαντες et Γύζαντες. G. Dindorf.]

[Βυζακίτης et Βυζακῖτις. V. Βυζακία.]

[Βυζάνη καὶ Βυζία, ὀνόματα πόλεων, Zonaras p. 411.]

[Βύζανον lectio dubia. V. Βρύτανον.]

[Βυζάντεια, ἡ, i. q. Βυζάντιον, τὸ, quod vide.]

[Βυζαντειανός. V. Βύζαντες.]

[Γανερὸς, ὰ, ὸν, Splendidus. Etym. M. p. 223, 46 γανερὸν interpretatur λαμπρὸν, λευκόν. Indicavit Wakef.]

Γανὴ, Siculi dicunt pro γυνὴ, Mulier. [V. Γάνα.]

[Γανίαι. V. Γάνος.]

[Γάνιος, glossa Suidæ, a Kustero omissa.]

[Γανὶς, ίδος, ἡ. V. Γάνος.]

[Γανίτης, ὁ.] Γανιταὶ, Hesychio (vide num male pro γανυταὶ) sunt δάπανοι et ἄσωτοι, Prodigi : unde Ganeones dictos crediderim. [V. indic. in Script. Rei Rust. p. 205. Schneid. Apud Hesych. recte Kuster. Γανῖται.]

[Γάννος, ὁ, Gannus, n. pr. in Pseudosynodo Palamitarum p. 137, D, 146, C. G. Dindorf.]

[Γάννυμαι et Γαννύσκομαι scripturæ vitiosæ. V. Γάνυμαι, Γανύσκομαι.]

[Γάννυς, ὁ, Gannys, educator Elagabali: Dio Cass. 78, 38, p. 1345, 90, et, ubi genitivus Γάννυ, ibid. 39, p. 1347, 31.]

[Γανοποιέω Stephani conjectura, de qua s. v. Γανυτελέω.]

Γάνος, τὸ, Lætitia, Gaudium, Oblectamentum. Item Splendor, Fulgor. V. Hesych., a quo exponitur non solum χάρμα et ἡδονή, sed etiam φῶς, αὐγή, λαμπηδών, λευκότης, item παράδεισος. Ceterum γάνος Eustath. a γάλα alicubi [p. 918, 31] derivat, alicubi contra [p. 483, 13] γάλα ab hoc γάνος. At Etym. [p. 221, 16] scribit παρὰ τὴν γῆν, γῶ γανῶ, τὴν θάλλουσαν τοῖς φυτοῖς· ego primitivi locum dandum ei censui. [Etym. M. p. 223, 47: Γάνος, ὕδωρ, χάρμα, φῶς, λίπος, αὐγή, λευκότης, λαμπηδών. Æschyl. Agam. 579: Θεοῖς λάφυρα... δόμοις ἐπασσάλευσαν ἀρχαῖον γάνος. Oppian. Hal. 1, 273: Ὡς ἄρα καὶ πλωτοῖσιν ἐὸς δόμος ἠδὲ θάλασσα πατρώη καὶ χῶρος ἐφέστιος, ἔνθ' ἐγένοντο, στάζει ἐνὶ κραδίῃ γλυκερὸν γάνος. Thomas M.: Γάνος, ἡ χάρις, quod Aristidis exemplo confirmat, vol. 1, p. 261, 6: Τὸ ὑπὲρ πάσης τῆς πόλεως ἑστηκὸς γάνος (aeris splendor). Schol. Arist. Plut. 166: Παρὰ τὸ γάνος, τὸ λαμπρόν· quod ap. Suid. s. v. Κνάφος scriptum est τὸ γανόν. Frequentius de aqua, vino et quovis liquore dicitur vel splendente vel delectante. Æschyl. Pers. 483: Ἀμφὶ κρηναῖον γάνος δίψῃ πονοῦντες. Eurip. Suppl. 1150: Ἀσωποῦ με δέξεται γάνος. Callimach. ap. Strabon. 9, p. 397: Ἀφύσσασθαι καθαρὸν γάνος Ἱριδανοῖο. Lycophr. 247: Κρηναῖον γάνος· 274 et 946: Βηφύρου et Κυλιστάρου γάνος· 1365: Ῥυνδακοῦ ποτῶν γάνος. De vino Æschyl. Pers. 615: Ποτὸν παλαιᾶς ἀμπέλου γάνος τόδε. Eurip. Bacch. 261: Βότρυος γάνος. Cycl. 414: Διονύσου γάνος. Aristoph. Ran. 1320 ex Eurip.: Οἰνάνθας γάνος ἀμπέλου. De melle Eur. Iph. 633: Ἀνθεμόρρυτον γάνος ξουθῆς μελίσσης. || Significationem παραδείσου, quam ex Hesych. attulit Steph., Cypriorum linguæ tribuit Etym. M. p. 223, 48.] || Addit Hesych. ita vocari et τὴν ὕαιναν a Phrygibus et Bithynis. [Aristot. H. A. 8, 5: Ὃν δὲ καλοῦσιν οἱ μὲν γλάνον, οἱ δ' ὕαιναν, ἔστι μὲν τὸ μέγεθος οὐκ ἐλάττων λύκου, ubi cod. Vat. recte γάνον: vid. Schneid. vol. 3, p. 604. G. D. Philopon. Comment. in Aristot. De gen. an. 3, p. 72: Ἔστι δὲ ἡ ὕαινα ζῷον ὅμοιον λύκῳ, ὅπερ ἐν Ἐφέσῳ νῦν γάννον ὀνομάζουσιν. Weigel.] || Fem. ἡ Γάνος, Mons est Thraciæ, teste Suida: qui et γάνος ἀμπέλου affert pro οἶνος. [Suid.: Γάνος δὲ θηλυκῶς τὸ πρὸς τῇ Θράκῃ ὄρος ἡ Γάνος. Καὶ Γανιάδα, χωρία ἐστὶ Θρακικά. Γάνος καὶ Γανιάδα etiam ap. Harpocr. ex Æschine et Artemidoro. Sed scribendum Γανίδα. Æschines p. 65, 23: Οὗτός ἐστιν ὁ πρῶτος ἐξευρὼν Σέρριον τεῖχος... καὶ Γάνος (al. codd. γάννος) καὶ Γανίδα (multi libri δάνδια), χωρία ὧν οὐδὲ τὰ ὀνόματα ἤδειμεν πρότερον. Γάνος ap. Xenoph. Anab. 7, 5, 8. Γᾶνος et Γανίαι ap. Scylac. p. 28. G. Dindorf.]

Γανόω, Lætitia afficio, Voluptatem affero. Et pass. ἐγανώθην ex Aristoph. [Ach. 7, et Aristid. vol. 1, p. 259] pro ἐχάρην, Lætitia affectus sum. Item Splendeo, ut γανῶσαι ἀσπίδες, Epigr. Splendentes clypei. [Leonid. Tar. in Anth. Pal. 9, 322. Ἔναρα γανόωντα Meleagr. ibid. 6, 163. Utrumque a Γανάω.] Eustath. tamen Il. N, [265]: Καὶ κόρυθες καὶ θώρηκες λαμπρὸν γανόωντες, exp. γάνος ἐμποιοῦντες τῷ βλέποντι· quod non probo, ac potius Hesych. sequor, qui γανόωντες, inde, ut opinor, sumtum, signif. ait λελαμπρυσμένοι, λάμποντες. [Sequentia ex Indice.] Γανόωντες, Poetæ dicunt Ion. dialysi pro γανῶντες, a γανάω, ut ὁρόωντες pro ὁρῶντες ab ὁράω. [Arat. Phæn. 190: Οὐ γάρ μιν πολλοὶ καὶ ἐπημοιβοὶ γανόωσιν ἀστέρες. Oppian. Hal. 1, 659: Στρωφᾶται γανόωσα.] Γανῶσαι quoque et γανάσαι, Nitidum ac splendidum reddere. [Hesych.: Γανωθείς, λαμπρυνθείς. Γανῶσαι, λαμπρῦναι. Etym. M. p. 223, 42: Γεγανωμένος, λελαμπρυσμένος, ἢ χαίρων, ἢ διαλελυμένος, ἢ κεκαλλωπισμένος· καὶ γανωθεὶς, οἷον καλλωπισθεὶς, καὶ γανῶσαι ἐπὶ τοῦ λαμπρῦναι. Plato De Rep. 3, p. 411, A: Μυρίζων τε καὶ γεγανωμένος ὑπὸ τῆς ᾠδῆς. Philo Jud. vol. 1, p. 324, 31: Ἐμπιὼν μεθύσματος ἀκράτου γανωθῇ. Themist. Or. p. 441, 2 ed. m.: Ὑψηλόφρων τε καὶ γεγανωμένος. Alia vide ap. interpr. Thom. M. p. 178, et Wyttenb. ad Plutarch. vol. 6, p. 360 seq. Agathias p. 67, A: Βασιλείῳ τύφῳ ἐκ παίδων καὶ κολακείᾳ πολλῇ γεγανωμένος, ubi Suidas γεγαννυμένος tum s. h. v., tum s. Χοσρόης. Γεγανωμένος in γεγανυμένος corruptum in carm. Anacreontico 8, 3. || Polio, Splendidis coloribus induco. Plutarch. Mor. p. 74, D: Οἱ λιθοξόοι τὰ πληγέντα καὶ περικοπέντα τῶν ἀγαλμάτων ἐπιλεαίνοντες καὶ γανοῦντες. Ad orationem translatum ibid. p. 683, E: Τοῖς εὐπροσωποτάτοις τῶν ἐπιθέτων ὥσπερ ἀνθηροῖς χρώμασι τὰ πράγματα γανοῦν εἰωθώς. V. Wyttenb. l. c. || In libris medicorum vasa γεγανωμένα dicuntur quæ stanno sunt inducta. Eust. p. 1188, 61: Τὸ δὲ γανοῦσθαι λαβοῦσα ἐξ Ὁμήρου καὶ ἡ χυδαία γλῶσσα ἐπιλέγει αὐτὸ χαλκώμασιν, ἃ κασσίτερος ἀλείφων χρώζει πρὸς ἀργυρωμάτων ὑπόκρισιν· γεγανωμένα γὰρ διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν λέγεται καὶ αὐτά. Conf. Ἀγάνωτος. Anon. de oxymelle ap. Ducang.: Ἐπίχριε μὴ ὀπτηθέντα κεράμια, καὶ γανωθήσεται. Eustath. Opusc. p. 329, 10: Σκεύη γεγανωμένα καττιτέρου φανότητι. Analecta sua ad Histor. metallic. vet. p. 21, 24 citat Schneid.]

[Γανύκτωρ, ὁ, Ganyctor. Pausan. 9, 31, 6; Scriptor certaminis Hom. et Hesiodi p. 327 Heins., hic ex Eratosthene, quem alia forma Γάνυξ usum esse scimus ex Chœrob. ap. Bekker. p. 1356: Γάνυξ γάνυκος ὁ γανάκτωρ (corr. Γανύκτωρ) παρὰ τῷ Ἐρατοσθένει. Γάνυξ etiam ap. Drac. Strat. p. 28, 6. G. Dindorf.]

[Γάνυμα. V. Γάνυρμα.]

Γάνυμαι, Gaudeo, Lætor; licet inveniatur et γάνυμαι cum vv. [Hic librariorum error est, satis ille frequens, et, ut videtur, in linguam vulgarem receptus. Quo spectat admonitio Eustathii p. 944, 3, ad Il. N, 495: Ὅρα ὅτι τὸ γάνυται φανερῶς δι' ἑνὸς νῦ προφέρεται· et pluribus verbis p. 1710, 9. G. D.] Est autem proprie, Læto quodam vultu advenientem prosequor: ut Od. M, [42]: Τῷ δ' οὔτι γυνὴ, καὶ νήπια τέκνα, Οἴκαδε νοστήσαντι, παρίσταται, οὐδὲ γάνυνται. Sic Il. Ξ, [504]: Ἀνδρὶ φίλῳ ἐλθόντι γανύσσεται. Hinc Gannire, de canibus gestientibus, ductum esse credibile est. Vide et de Ganeo s. Γανιταί. Ap. Apoll. Rh. 2, [184] cum dat., ut Lat. Gaudere aliqua re, pro Frui, Οὐδὲ γάνυσθαι Εἴα ἀπειρεσίοισιν ὀνείασι. [Æschyl. Eum. 970: Τάδε τοι χώρα... ἐπικραινομένων γάνυμαι. Eur. Cycl. 502: Γάνυμαι δὲ δαιτὸς ἥδης σκάφος ὁλκὰς ὡς γεμισθείς. Aristoph. Vesp. 612: Τούτοισιν ἐγὼ γάνυμαι. Philostrat. p. 724, 22: Γάνυσθαι τῷ ἑαυτοῦ κάλλει· Liban. vol. 1, p. 806, C; Themist. Or. p. 70, A, citat Hemst. Apud Agathiam p. 67, A: Τῇ περὶ ταῦτα γάνυσθαι δόξῃ, Suidas s. v. μέλον genitivos præbet τῆς... δόξης, de quo vid. s. v. Γανύσκομαι. Cum ἐπὶ Eurip. Iph. T. 1239: Ἐπὶ τόξων εὐστοχίᾳ γάνυται. Synes. in Dione p. 39, ab Schæf. cit.: Γανύμενος ἐπὶ ταῖς ἀγλαΐαις τοῦ λόγου. Idem Platon. indicat Phædr. p. 234, D: Γάνυσθαι ὑπὸ τοῦ λόγου μεταξὺ ἀναγιγνώσκων. G. D.] Et Γανύομαι pro eodem, unde γανύσσομαι, Il. Ξ. [l. c. Sequitur Eustathium p. 998, 60, qui ab γανύω deducit. Apud Hesych. et in Lex. Rh. p. 230, 9, γανύσεται.]

[Γᾰνῡμήδα, ἡ, Ganymeda, dea apud Phliasios antiquissimos, postea Hebe vocata. Pausan. 2, 13, 3.]

[Γανυμηδεία, ἡ, Ganymedea. Marcell. in Anth. Pal. Append. 51, v. 39.]

[Γᾰνῡμήδης, ὁ, Ganymedes, Trois e Callirhoe filius, ab Jove raptus deorumque pincerna factus: quem plurimi celebrant poetarum aliorumque scriptorum loci. Hom. Il. Υ, 232: Ἀντίθεος Γανυμήδης, ὃς δὴ κάλλιστος γένετο θνητῶν ἀνθρώπων. In codd. interdum Γανυμήδης scriptum vitiose, ut ap. Platon. Phædr. p. 255, C. Originem nominis grammatici alii aliter explicant: vid. Etym. M. p. 221, 20; Eust. p. 1205, 10. Conf. Xenoph. Symp. 8, 30. || Nomen pr. viri in inscr. Attica ap. Bœckh. vol. 1, p. 393, 33. G. D.]

[Γάνυξ. V. Γανύκτωρ.]

[Γάνυρμα, τό.] Γανύρματα, Hesychio ἀρτύματα. [Condimenta. Corrig. autem Γανύματα e Lex. Rhet. p. 230, 7.]

Γανυρὸς, ἀ, ὸν, Hilaris, item Jucundus, Hesych. [Λευκὸν, ἡδὺ, ἱλαρόν. Γανερὸν ex Etym. M. supra attulimus.]

Γανύσκομαι, Gaudeo, Lætor, unde γανύσκονται ap. Eustath. [p. 968, 60; Epist. Socr. 18; Synes. De segnit. 39; Themist. Or. 21, p. 254, C, indicat Schneider. Quibus in locis partim γαννύσκονται scriptum est. Γανύσκεσθαι diserte probat Eustath. p. 1710, 9. In loco Epist. Socr. memorabilis est structura h. v. genitivo juncti, Ἐγανύσκοντο τοῦ τόπου καὶ τῆς ἄλλης δημιουργίας τῶν οἰκοδομιῶν καὶ ἔτι πρότερον τῶν φυτῶν. Sic γάνυσθαι τῆς δόξης in loco Agathiæ, de quo v. s. Γάνυμαι, præbet Suidas. G. Dindorf.]

[Γάνυσμα, τὸ, i. q. γάνος. Paulus Silent. Ep. 74, 6, de thermis, Προσφιλὲς γάνυσμα. Schneid. Greg. Naz. Od. 2. Kall.]

Γανυτελεῖν, Hesychio γανοποιεῖν (ita enim scr. puto pro γανοπετεῖν [γανοποτεῖν Is. Voss.]), ἡδύσματα ποιεῖν· idem igitur, quod γανάσσαι.

Γανώδης, ὁ, ἡ. Γανώδης καὶ γλίσχρα γῆ, Theophr. [H. P. 6, 5, 4 : Ἐν τῇ γλίσχρᾳ καὶ γανώδει. Lento plenoque solo, Gaza. Rectius Scaliger, Udo lætoque. Schneid. Conf. Γλινώδης.]

Γάνωμα, τὸ, Lætitia, Splendor, Nitor. [Plutarch. Mor. p. 48, D : Οἷον ἔρευθος ἕλκει καὶ γάνωμα τὴν δόξαν ἀπὸ τῶν λόγων· p. 50, A : Τὰ ψευδόχρυσα ... τὴν λαμπρότητα τοῦ χρυσοῦ καὶ τὸ γάνωμα μιμεῖται μόνον· et aliis locis. Philo Jud. vol. 1, p. 628, 13 a Wakef. cit. : Ὁ παιδείας ἐραστὴς ἐγγηλατεῖ καὶ ποθεῖ μὲν ἐκείναις (ταῖς ὀσμαῖς) ἐντυχεῖν, ἐξ ὧν ἀναδίδοται τὸ θαυμασιώτατον γάνωμα τοῦτο. Clemens Al. Strom. 5, p. 669 : Ἐπενδυσάμενος τὸ γάνωμα τῆς δόξης. || Stannatura. Hieracosoph. p. 147, A. Hase.]

Γάνωσις, εως, ἡ, [Splendor, Exornatio. Plutarch. Mor. p. 287, B, C, γάνωσις τοῦ ἀγάλματος. Hemst. Etym. M. p. 69, 43 : Ἀλοιμὸς ... ἡ ἐπάνω τῆς τοῦ θαλάμου γανώσεως ἐνιεῖσα ἐπάλειψις. Wakef. Vocem γάνωσις, quam Hieronymus interpretatur Stannaturam, Symmachus posuerat Amosi 7, 7. Valck. ad Eurip. Phœn. p. 620.]

[Γανωτὴς, ὁ, Stannator, Gl.]

[Γανωτὸς, ἡ, ὀν, Stanno inductus. Eucholog. p. 638, ap. Ducang., εἰς κάκαβον γανωτόν. Constant. Porph. De cerim. vol. 1, p. 72, 7 : Διὰ τῆς γανωτῆς πύλης. Et γανωτοὶ πυλῶνες ibid. p. 257, 21. Scholiastæ Eur. Phœn. 115 male infert Valcken. p. 620. G. Dind.]

[Γάοζις, ζιος, inter nomina in ις, ιος, ap. Chœrob. p. 1193 Bekk. Corruptum, ut videtur, ex Γόαξις, quod vide. G. Dindorf.]

[Γάπεδον, τό.] Γάπεδα, Hesychio ἄγροικοι καὶ οἰκίαι. [Ἀγροικικαὶ οἰκίαι Salmas. Stephanus Byz. s. v. Γῆ, Λέγεται καὶ γήπεδον τὸ πρὸς τοῖς οἴκοις ἐν πόλει κηπίον, ὅπερ οἱ τραγικοὶ διὰ τοῦ α φασὶ διωρίζοντες. Æsch. Prom. 829 : Πρὸς Μολοσσὰ δάπεδα. Eur. Or. 330 : Ἀνὰ τὸ δάπεδον. Pind. Nem. 7, 121 : Δάπεδον ἂν τόδε. Recte his locis γάπεδα et γάπεδον restitui videtur, quum δάπεδον non producta, quod versus illi postulant, sed correpta prima syllaba dicatur. Reliqua de h. v. vide s. Γήπεδον. G. Dindorf.]

Γαπελεῖν, Hesychio ἀμελεῖν, Negligere. V. Ἀπαλεῖν.

[Γαπετής. V. Γηπετής.]

[Γαπόνος. V. Γηπόνος.]

Γάπος, teste Hesych., Tyrrhenis est ὄχημα, Vehiculum.

[Γάποτος. V. Γήποτος.]

Γὰρ, Gall. *Car*, Enim. Eodemque modo semper subjungitur. Il. Σ, [295] : Μηκέτι ταῦτα νοήματα φαῖν' ἐνὶ δήμῳ. Οὐ γάρ τις Τρώων ἐπιπείσεται· οὐ γὰρ ἐάσω. Lucian. [Deor. dial. 2, 1] : Ἀλλ' εἰ καί τι ἥμαρτον, ὦ Ζεῦ, σύγγνωθί μοι· παιδίον γάρ εἰμι καὶ ἔτι ἄφρων. [Etiam in enuntiationibus ex præcedente aliqua sententia pendentibus : quo fit ut γὰρ non solum cum verbo finito, sed etiam cum infinitivo et participio conjunctum reperiatur. Andocid. p. 4, 2 : Ἐν ᾧ δυοῖν τοῖν μεγίστοιν κακοῖν οὐκ ἦν αὐτῷ ἁμαρτεῖν· ἢ γὰρ ... ὑπ' ἐμοῦ θανεῖν ἢ ... ἐμὲ ἀποκτεῖναι. Strabo 9, p. 406 : Διττῶς δὲ τοῦτο δύναται· ἢ (alii codd. καὶ) γὰρ μενουσῶν ἀκινήτων τῶν πόλεων ... ἢ δι' ἀπόστασιν. Isocrat. p. 165, A, ex cod. Urbin. emendatus : Δοκοῦσι ταῖς δόξαις διαφέρειν ἀλλήλων· οἱ μὲν γὰρ ἔχειν ...· ubi vulgo ἔχουσιν. Themistius Or. 1, p. 6, A : Ἀλλ' ὅμως ταύταις ἁπάσαις τοιόνδε εἶναί μοι δοκεῖ· ἑκάστη μὲν γὰρ αὐτῶν ἰδία σκοποῦντι κοινός τις ἀνθρωπικὸς εἶναι κόσμος. Herodot. 1, 82 : Λακεδαιμόνιοι δὲ τὰ ἐναντία τούτων ἔθεντο νόμον, οὐ γὰρ κομῶντες πρὸ τούτου ἀπὸ τούτου κομᾶν. Philostr. p. 714 : Ὠμὸν καὶ τὸ ἐπ' αὐτῷ κήρυγμα· μὴ γὰρ θάπτειν τὸν Παλαμήδην. Et sine verbo Galen. vol. 8, p. 350 : Καὶ τὸ μὲν λευκὸν πολλὰ σημαίνει· ἢ γὰρ ἀσθένειαν τῆς δυνάμεως... Cum infinitivo sæpe construitur in oratione obliqua, ut ap. Thucyd. 6, 92 : Διενοοῦντο τὰς προσβάσεις αὐτῶν φυλάσσειν, ὅπως μὴ κατὰ ταύτας λάθωσι σφᾶς ἀναβάντες οἱ πολέμιοι· οὐ γὰρ ἂν ἄλλη γε αὐτοὺς δυνηθῆναι. Procop. Bell. Gotth. 4, 14, p. 605, A : Ἐπέστελλε δὲ ταῦτα δυοῖν γενέσθαι τὸ ἕτερον λογισάμενος· ἢ γὰρ Ῥωμαίους ... ἐνδώσειν ... ἢ τειχομαχοῦντας ἀποκρούεσθαι βουλομένους Πέρσας. In eodem genere cum optativo, velut ap. Thuc. 2, 72 : Ἀπεκρίναντο αὐτῷ ὅτι ἀδύνατα σφίσιν εἴη ποιεῖν ἃ προκαλεῖται ἄνευ Ἀθηναίων· παῖδες γὰρ σφῶν καὶ γυναῖκες παρ' ἐκείνοις εἶησαν. || Γὰρ post formulas τεκμήριον δὲ, σημεῖον δὲ et similes frequentissimum : vid. exempla ad Viger. 3, 11, 1, p. 142 collecta. Aristoph. Av. 514 : Ὃ δὲ δεινότατόν γ' ἐστὶν ἁπάντων, ὁ Ζεὺς γὰρ ὁ νῦν βασιλεύων ἀετὸν ὄρνιν ἕστηκεν ἔχων. Isocr. Areop. p. 156, D : Ἡμεῖς δὲ τοὐναντίον· ἀλλήλοις μὲν γὰρ κακὰ παρέχοντες οὐδεμίαν ἡμέραν διαλείπομεν. Demosthen. p. 1285 extr. : Πέρας δ' οὖν, λαβὼν γὰρ ὁ Παρμενίσκος... τὰ γράμματα ... ἐξαιρεῖται τὸν σῖτον. || Γὰρ sæpe ad sententiam refertur non expressam, sed cogitatione supplendam, qui usus inprimis in responsionibus cernitur et affirmativis et negativis. Sic ap. Xenoph. Mem. 2, 6, 14 Socrati quærenti, Σὺ δὲ ᾧου οἷόν τ' εἶναι πονηρὸν ὄντα χρηστοὺς φίλους κτήσασθαι; Critobulus respondet : Ἐῴων γὰρ ῥήτορας κ. τ. ἑ. i. e. Putabam fieri posse : videbam enim... Eurip. Or. 752 : Κοὐκ ἐτόλμησεν, inquit Pylades, πόνων σῶν ἀντιλάζυσθαι παρών; Cui Orestes respondet : Οὐ γὰρ αἰχμητὴς πέφυκεν. i. e. Non sustinuit : neque enim... Simili modo γὰρ post vocativos positum explicandum esse pridem ab aliis animadversum. Soph. OEd. C. 712 : Ὦ παῖ Κρόνου, σὺ γάρ νυν εἰς τόδ' εἶσας αὐχημ' ἄναξ Ποσειδάν, i. e. O fili Saturni, te appello : tu enim... Pindar. Ol. 4 init. : Ἑλατὴρ ὑπέρτατε βροντᾶς ἀκαμαντόποδος Ζεῦ· τεαὶ γὰρ Ὧραι ... μ' ἔπεμψαν, i. e. Tu mihi invocandus es : tuæ enim Horæ... || Γὰρ in sententiis caussalibus quæ enunciatis quorum caussa reddenda est præponuntur Herodoto præ ceteris usitatum est : de quo v. s. Ἀλλὰ γὰρ, Δὲ ... γὰρ et Καὶ ... γὰρ, et Schweigh. ad Herodot. 1, 24, 17; Homer. Il. H, 327-331 : Ἀτρεΐδη τε καὶ ἄλλοι ἀριστῆες Παναχαιῶν· πολλοὶ γὰρ τεθνᾶσι ... τῷ σε χρὴ πόλεμον μὲν ἅμ' ἠοῖ παῦσαι Ἀχαιῶν. Cui loco simillimus est Herodoteus 6, 11 : Ἐπὶ ξυροῦ γὰρ ἀκμῆς ἔχεται ἡμῖν τὰ πρήγματα, ἄνδρες Ἴωνες· νῦν ὧν ὑμέες ... οἷοί τε ἔσεσθε ... : de quo disputat Longin. De subl. 22, 1, et de similibus Eustath. p. 349, 29. G. Dindorf.]

[Usitata particulæ collocatio est vel secundo vel, si præcedentia vocabula arcte sunt conjuncta, tertio loco, et hoc quidem sæpissime post nomen cum articulo, ut ap. Æsch. Prom. 7 : Τὸ σὸν γὰρ ἄνθος· Agam. 32 : Τὰ δεσποτῶν γάρ· vel post præpositiones et conjunctiones, ut in Eumen. 31 : Ἀπὸ στρατείας γάρ νιν ἡμποληκότα. Aristoph. Nub. 1124 : Ἡνίκ' ἂν γὰρ αἵ τ' ἐλᾶαι βλαστάνωσ' αἵ τ' ἄμπελοι· a quo genere vix quidquam differunt exempla quale hoc Æschyli est in Choeph. 641 : Τὸ μὴ θέμις γάρ, ubi μὴ θέμις unius instar vocabuli est. Et talia quidem etiam prosæ orationi non sunt aliena. Sed poetæ metri necessitate adacti interdum longius processerunt, ut Æsch. Agam. 729 : Χάριν τροφᾶς γὰρ ἀμείβων. Ibid. 222 : Βροτοὺς θρασύνει γὰρ αἰσχρόμητις παρακοπά. Soph. Phil. 219 : Προβοᾷ τι γὰρ δεινὸν, ut Eur. Iph. T. 1036 : Ὑποπτεύω τι γάρ. Arist. Av. 1545 : Ἀεί ποτ' ἀνθρώποις γὰρ εὖνους εἰμ' ἐγώ· parcius tamen antiqui, multo sæpius mediæ novæque comœdiæ poetæ. Anaxandrid. ap. Stob. Floril. 41, 2 : Ὅστις λόγους παρακαταθήκην γὰρ λαβὼν ἐξεῖπεν. Sic Porson. Libri ὅστις λόγους γάρ. Menander ibid. 9, 19 : Τὸ μηδὲν ἀδικεῖν ἐκμαθεῖν γὰρ ὦ Λάχης. Idem ibid. 11 : Αἰσχρὸν τοῦτο γάρ ἐστιν πάνυ, ubi corrigendum, Αἰσχρόν ἐστι τοῦτο γὰρ πάνυ. Idem ap. Athen. 4, p. 132, D : Διαφέρει τῷ μαγείρῳ τοῦτο γάρ. Post quinque vocabula Antiphan. ap. Porphyr. De abst. 2 p. 129 : Ταῖς εὐτελείαις οἱ θεοὶ χαί-

ρουσι γάρ· et ap. Athen. 8, p. 339, B : Ἐπὶ τὸ τάριχός ἐστιν ὡρμηκυῖα γάρ. Alexis ibid. 1, p. 21, D ex emend. mea : Οὗ μήτε πράττεται τέλος μηδεὶς γὰρ ἡμᾶς Conf. eund. 4, p. 164, B; Euphron. 9, p. 377, D, Philemon. ap. Stob. Floril. 98, 20. Post sex vocabula Athenio ap. Athen. 14, p. 660, E : Τοῦ θηριώδους καὶ παρασπόνδου βίου Ἡμᾶς γὰρ ἀπολύσασα. Philemo ibid. 12, p. 516, F : Τοὺς ἐν τῇ πόλει μάρτυρας ἔχω γάρ. Longe rariora hujusmodi exempla ap. epicos poetas : post duo vocabula ap. Oppian. Cyn. 3, 199 : Ὁππότε θηλυτέρη γὰρ ἔχει τόκον· Orph. Argon. 1320 : Θυμαίνει μᾶλα γάρ σφι Διωναίη Ἀφροδίτη· post tria vocabula ap. Maneth. 4, 541 : Πᾶσα βροτῶν ψυχὴ γὰρ ...· qualia in prosa oratione non ferenda. Nam Xenophontem in loco infra ab Steph. apposito scripsisse ὡς ἐν κώμῳ δοκεῖ γὰρ ἡ πόλις πᾶσα εἶναι et per se parum probabile est et suspectum facit codicum dissensio. Facilius excusari potest quod ap. Demosth. p. 667, 5, codices multi præbent, Οὐδ' ὁτιοῦν ἔστι γὰρ παρ' ὑμῖν αὐτῷ, ubi vulgo οὐδ' ὁτιοῦν γάρ. || Singularis collocatio hujus particulæ est in medio vocabulo νυνγαρὶ pro νυνὶ γάρ, quod haud dubie ex comico aliquo sumptum memorat Georg. Chœrob. ap. Eustath. p. 45, 6 : quos poetas similiter γε δὲ et μὲν particulas vocibus in ι demonstrativum exeuntibus inseruisse scimus. G. Dind.]

Jungitur et cum aliis particulis, quæ vel præcedunt vel sequuntur : ut μὲν γὰρ, et καὶ γὰρ, et γὰρ δὴ, item γὰρ δή που, et γάρ που, et γάρ τοι. Xen. Cyrop. 7, [5, 25] : Καὶ μήν, ἔφασαν οἱ ἀμφὶ τὸν Γωβρύαν, οὐδὲν ἂν εἴη θαυμαστόν· καὶ γὰρ ἄκλειστοι αἱ πύλαι αἱ τοῦ βασιλείου· ὡς ἐν κώμῳ δοκεῖ γὰρ ἡ πόλις πᾶσα εἶναι τῇδε τῇ νυκτί. Ubi observa non tantum usum particularum καὶ γὰρ initio orationis, Lat. autem suo Etenim his respondente utuntur utroque modo, sed etiam γὰρ in sequente commate longiuscule trajectum. Et καὶ γὰρ δὴ ap. eund. Xen. : Καὶ γὰρ δὴ οἱ μὲν ἄλλοι τεχνῖται κ. τ. λ. Sed multo frequentius est γὰρ δὴ sine καί : ut Idem : Ἄνευ γὰρ δὴ τούτων οὐκ ἂν εἴη πρᾶξις. Plato Apol. [6] : Ἐγὼ γὰρ δὴ οὔτε μέγα οὔτε σμικρὸν σύνοιδα ἐμαυτῷ σοφὸς ὤν. Et γὰρ δή που, ibid. : Τί ποτε οὖν ὁ θεὸς λέγει, φάσκων ἐμὲ σοφώτατον εἶναι; οὐ γὰρ δήπου ψεύδεται· οὐ γὰρ θέμις αὐτῷ· ubi observa obiter unum γὰρ alteri proximum, sicut et in Hom. l. c.; cujus ἐπαλληλίας extant et ap. Hom. exempla, p. 940, 941. [Il. A, 80 : Κρείσσων γὰρ βασιλεὺς, ὅτε χώσεται ἀνδρὶ χέρηϊ· εἴπερ γάρ τε... Æsch. Choeph. 989 : Αἰγίσθου γὰρ οὐ λέγω μόρον· ἔχει γὰρ αἰσχυντῆρος ὡς νόμου δίκην. Thucyd. 1, 91 : Περὶ αὐτῶν ὁ Θεμιστοκλῆς τοῖς Ἀθηναίοις κρύφα πέμπει, κελεύων ὡς ἥκιστα ἐπιφανῶς κατασχεῖν, ἕως ἂν αὐτοὶ πάλιν κομισθῶσιν· ἤδη γὰρ καὶ ἦκον αὐτῷ οἱ συμπρέσβεις, ἀγγέλλοντες ἔχειν ἱκανῶς τὸ τεῖχος· ἐφοβεῖτο γὰρ μὴ οἱ Λακεδαιμόνιοι σφᾶς οὐκέτι ἀφῶσιν. G. Dind.] Alicubi autem et tertium invenire me memini. [Æsch. Choeph 753 : Τὸ μὴ φρονοῦν γὰρ ... τρέφειν ἀνάγκη, πῶς γὰρ οὔ; τρόπῳ φρενός· οὐ γάρ τι φωνεῖ παῖς...] Et γάρ που sine δὴ, ap. Eund. : Οἶσθα γάρ που τῶν γενναίων κυνῶν ὅτι κ. τ. λ. Alibi : Παντὶ γάρ που ἐγχωρεῖ μᾶλλον ἢ φύλακι κ. τ. λ. At γάρ τοι frequenter præfixam habet copulativam partic. καί : ut Dem. : Καὶ γάρ τοι μόνῳ τῶν πάντων αὐτῷ τοῦτ' ἐν τῇ στήλῃ γέγραπται. Idem : Καὶ γάρ τοι τότε μὲν τέως τὸν τρόπον τοῦτον ἐνομοθέτουν. Et γάρ τ' ἄν pro γάρ τοι ἄν, ut μέν τ' ἄν pro μέν τοι ἄν. Xen. : Δεινὸν γάρ τ' ἂν εἴη, ὦ Κῦρε. Apud poet. autem γάρ τε, et γάρ νυ, item γάρ νύ τοι, pro γὰρ δὴ aut γάρ τοι, s. γάρ που. Hesiod. [Ἔργ. 422] : Μᾶλα γάρ νύ τοι ἄρμενος οὕτω : ubi tamen τοι pro σοι accipi etiam potest. At γὰρ αὖ vix puto reperiri positum simpl. pro γάρ, ideoque minime, cum Bud., illis addendum censeo. Sed nec in γὰρ οὖν retinet γὰρ suam signif., cum γὰρ οὖν potius accipiatur pro Igitur. At ἀλλὰ γὰρ et οὐ γὰρ ἀλλὰ, item οὐ γὰρ, potius ad ἀλλὰ et οὐ pertinent. De ἦ γὰρ ἂν autem et γάρ κεν pro Alioqui enim, et οὐ γὰρ ἄν, pro Alioqui enim non, vel potius pro Alioqui sine Enim, vide ap. Bud. 992. Item ἦ γὰρ ἂν pro Nam si, 932. [Ἀλλὰ γὰρ et Ἀλλ' οὐ γάρ. V. Ἀλλά. Δὲ... γάρ. V. Δέ. Καὶ γὰρ, Μὲν γάρ. V. Καὶ, Μέν. De vitioso Γάρ γε v. s. Γε.]

|| Γὰρ interrogationibus etiam adhibetur signif. suam amittens. Exempla autem habes ap. Bud. 931, 932; quibus addi cum alia multa possunt, tum ista ex Il. P, [475] : Ἀλκίμεδον, τίς γάρ τοι Ἀχαιῶν ἄλλος ὁμοῖος; Od. Ξ, [115] : Ὦ φίλε, τίς γάρ σε πρίατο κτεάτεσσιν ἑοῖσιν; Sic autem Lat. non solum Enim, sed et Nam interrogationi servit; ut Virg. [Georg. 4, 445] : Nam quis te juvenum confidentissime nostras Jussit adire domos? Soph. [Aj. 1126] : Δίκαια γὰρ τόνδ' ἐντυχεῖν κτείναντά με; Sic autem et Matth. 23, [17], particulam γὰρ interrogationi duntaxat servire existimo : Τίς γὰρ μείζων ἐστὶν, ὁ χρυσὸς, ἢ κ. τ. λ. ideoque vertere malim Utrum majus est, sine Enim. [Et post plura vocabula Aristoph. Lys. 940 : Διὰ ταῦγύριον πολεμοῦμεν γάρ. || De Αἲ γὰρ et Εἰ γὰρ v. s. Αἲ et Εἰ.] De οὐ γὰρ autem et ἦ γὰρ pro Nonne, vide in Οὐ et Ἦ. Item de γὰρ vacante consule Bud. 932. At quæ præterea de γὰρ observavi, alibi a me tractantur. [Apud infimæ ætatis poetas γὰρ pariter atque γε encliticum versibus explendis inservit, de quo dixit Coraes in Ἀτάκτοις vol. 1, p. 70, 97. Plura hujusmodi exempla sunt in lexico σχεδογραφικῷ, quod Boisson. Anecd. vol. 4 edidit inde a p. 366. Sic v. 185 : Ἔτης καὶ ὁ πολίτης γαρ, Ἄγγελος Κόμνηνός τε· 196 : Ἔρας σημαίνει τὴν τιμὴν, ἐρῶ ἐπιθυμῶ γαρ. || Ad mensuram quod attinet γὰρ apud epicos non solum ante οἵ pronomen (de quo v. s. Οὗ) et si qua alia vocabula cum litera Æolica pronunciata fuerunt, sed etiam ictus vi producitur, plerumque tamen non aliter quam sequentibus syllabis duabus brevibus, ut Il. B, 39 : Θήσειν γὰρ ἔτ' ἐμελλεν· P, 403 : Πολλὸν γὰρ ἀπάνευθε· T, 49 : Ἔτι γὰρ ἔχον ἕλκεα· cujusmodi in ll. codd. modo plures modo pauciores ῥα interponunt. Vid. var. lect. ad Il. Δ, 467; E, 587; Λ, 690; Ξ, 30; P, 600; Φ, 600. Rarissime γὰρ producitur in pede disyllabo ante vocalem, ex quo genere duo sunt loci, Odyss. Λ, 580 : Λητὼ γὰρ ἤλκησε, et Hymn. in Cer. 57 : Φωνῆς γὰρ ἤκουσ'... Vitiose in thesi ap. Tyrtæum in Exc. Vat. Diodori p. 3 : Δὴ γὰρ ἀργυρότοξος ... Ἀπόλλων ... ἔχρη, ubi δή ῥα τοτ' scrib. videtur. Atticorum poetarum exempla ipsa paucitate sua suspecta sunt. 1. Aristoph. Eq. 366 : Νὴ τὸν Ποσειδῶ κἀμὲ γὰρ, ἥνπερ γε τοῦτον ἕλκῃς. 2. Vesp. 217 : Νὴ τὸν Δί' ὀψὲ γὰρ ἀνεστήκασι νῦν, ubi facilis correctio est ὀψὲ νῦν ἀνεστήκασι γάρ· quo fere modo Menandri versum supra corrigebam. 3. Aristoph. Lys. 20 : Ἀλλ' ἕτερα γὰρ ἦν τῶνδε προὐργιαίτερα. 4. Eurip. Ion. 847 : Εἰ γὰρ ὑφήσεις, τοῦ δ' ἀπαλλάξει βίου, ubi libri εἰ γάρ γ'. || In codd. γὰρ sæpe confunditur cum aliis particulis monosyllabis, quæ aliquam vel literarum vel compendii, quo in libris solent exarari, similitudinem habent, velut δ' ἄρ', τ' ἄρ', γ' ἂν, γοῦν, γε, δὲ, καὶ, μὲν, al. Γράφεται, quod in codd. literis γρ indicatur, cum γὰρ confusum notavit Bast. ad Greg. Cor. p. 803. Scholiastæ Eurip. Hipp. 272 : Ἐὰν μὲν ἥκει γὰρ, γράφεται restituit Heathius. Γὰρ in γίγνεται corruptum in cod. Paris. Athen. 2, p. 36, B. G. Dind.]

Γάραβος, Hesychio ὀλολυγών. [Strepitus. Per digamma pro ἄραβος.]

[Γαράμαντες, οἱ, Garamantes, populus Libycus. Herodot. 4, 174, 183. Paul. Sil. Ambon. 148 : Ἔς τε νότον Γαράμαντα καὶ εἰς Ἀριμασπὸν ἀήτην. Unde Γαραμαντὶς, ἡ, nomen regionis, ap. Aristid. Quintil. p. 72, et adjectivum Γαραμαντικὸς, ἡ, ὸν, ap. Ptolem. 4, 6. Singularis *Garamas*, urbis nomen *Garama*, æ, et adjectiva *Garamantis*, *Garamantides* ex scriptoribus Latinis cognita sunt. *Garamas* Apollinis filius alio nomine Amphithemis vocatus ap. Apoll. Rh. 4, 1494 et Serv. ad Virg. Æn. 4, 198. Ceterum conf. Γαρίμαντες. υυ-υ. G. Dind.]

[Γαραπάμμων, ὁ, Garapammon, pugil Ægyptius, ap. Pausan. 5, 21, 15, ubi Clavier. Σαραπάμμων. G. Dindorf.]

[Γαράριον lectio vitiosa. V. Ἄριον.]

[Γαράτης, ὁ, Garates, fluvius Arcadiæ ap. Pausan. 8, 54, 4, ubi Sylb. Γαρεάτης conjicit. Γαρεάται nomen demi Tegeatici est ibid. 45, 1. G. Dindorf.]

[Γάργα, αἴγειρος, Populus, Hesych.]

[Γάργαζα, ἡ, Gargaza, urbs Bospori Cimmerii. Diodor. 20, 24.]

[Γαργαῖος. V. Γάργη.]

Γαργαίρω. Γαργαίρειν, Hesychio λάμπειν, κινεῖσθαι, σπαίρειν· item πληθῦναι, h. e. Splendere, quod et μαρμαίρειν dicitur, Moveri s. Vibrare, Palpitare: item Multiplicare. [De quattuor Hesychii interpretationibus una tantum πληθῦναι, quod πληθύειν potius cum Kustero scribendum, convenit verbo γαργαίρειν: λάμπειν recte videtur ad μαρμαίρειν referri, κινεῖσθαι et σπαίρειν autem ad καρκαίρειν. In loco Sophronis γάργαιρε in ἐμάρμαιρε corruptum ap. Athen. 6, p. 230, A. G. D.] Signif. tamen neutr. potius πληθύειν s. πλήθειν, Plenum et refertum esse, Abundare: ut Cratin. [apud Schol. Aristoph. Ach. 3]: Ἀνδρῶν ἀρίστων πᾶσα γαργαίρει πόλις, i. e. πλήθει. Et Sophro [ibid.]: Ἁ δὲ οἰκία τῶν ἀργυρωμάτων γάργαιρε. Itidem vero et Γάργαρα ponitur ἐπὶ πλήθους: ut [Aristoph.] in Λίμναις [Ληναίαις]: Ἀνδρῶν ἐπακτῶν πᾶσα γάργαιρ' ἑστία. [Recte Toup. Em. vol. 3, p. 200, πᾶσ' ἐγάργαιρ' ἑστία. Hesych.: Ἐκάρκαιρεν· ἐπλήθυεν. Hoc est ἐγάργαιρεν. G. D.] Et in Βοηθοῖς Aristomenis, ἔνδον γὰρ ἡμῖν [insere ἐστιν ἀνδρῶν ex Macrob. Saturn. 5, 20] γάργαρα. Et [in Ejusdem Μύθοις], χρημάτων τε γάργαρα. Itidem vero Aristoph. [Ach. 3] ψαμμακοσιογάργαρα dixit pro ἀφάτως πολλὰ καὶ ἀναρίθμητα, compositis duobus vocabb., quorum utrumque πλῆθος denotat, nimirum ψαμμακόσια et γάργαρα. Sunt vero et qui Homericum illud κάρκαιρε, quum dicit, Κάρκαιρε δὲ γαῖα πόδεσσιν, signif. velint τὴν πολλὴν κίνησιν τῶν ποδῶν, διὰ τὴν συγγένειαν τοῦ γ πρὸς κ· dicentes et τὸν καρκίνον ita nominari διὰ τὸ πλῆθος τῶν ποδῶν. [Etymologia inepta.] Hæc fere Aristoph. Schol. et Suidas in ψαμμακοσιογάργαρα. Hesychio vero et Γάργαλα sunt πλῆθος, πολλά. [Conf. Γέργενα.]

[Γάργαλα, τὰ, i. q. Γάργαρα. V. Γαργαίρω.]

[Γαργαλέη lectio corrupta. V. Γαγγίας.]

[Γαργαλεών. V. Γαγγαρεών.]

[Γαργάλη, ἡ. V. Γαγγίας. Γάργαλος.]

[Γαργαλῆς, ὁ, ἡ, lectio suspecta ap. Ælian. N. A. 16, 9: Ἵππους δυσλόφους καὶ γαργαλεῖς. V. Δυσγάργαλις.]

Γαργαλίζω, Titillo, unde Γαργαλίζομαι, Titillor. Alex. Aphr.: Οἱ γαργαλιζόμενοι μασχάλας, Qui in alis titillantur. || Metaph. pro Titillare, i. e. Lætitia afficere. Bud. e Cebete [c. 9, p. 294 Schw.]: Τῆς δὲ ἡδυπαθείας μέχρι μέν τινος ἡδεῖα δοκεῖ εἶναι ἡ διατριβή, ἕως ἂν γαργαλίζῃ τὸν ἄνθρωπον· εἶτ' οὐκ ἔστιν. Idem Bud. citat γαργαλίζειν e Plat. Philebo 227 [47, A] pro Leviter λυπεῖν: et ex eod. Phædro [p. 251, C] γαργαλίζεσθαι pro Prurire, Ζεῖ τε καὶ ἀγανακτεῖ, καὶ γαργαλίζεται φύουσα τὰ πτερά. Supra κνῆσις dixerat de pueris dentientibus. [Aristid. vol. 2, p. 405: Τὰ ὦτα γαργαλίσαι τινῶν. Clem. Alex. p. 328: Γαργαλίζοντες τὰς ἀκοάς. Wakef. Recentior forma est γαγγαλίζω, de qua Phrynich. p. 97 Lob.: Γαργαλίζειν λέγε διὰ τοῦ ρ, ἀλλὰ μὴ διὰ τῶν δύο γ γαγγαλίζειν. Antiatticista p. 87, 28, quo auctore γαγγαλίζειν probaverit non constat: Γαγγαλίζειν· οὐ γαργαλίζειν. Conf. Γαγγαλίζω et Γαργαλισμός. G. D.] Ceterum quomodo γαργαλίζω a γαργαρεὼν deduci possit, si signif. spectetur, aliis considerandum relinquo.

[Γαργάλισμα, τὸ, i. q. Γαργαλισμός. Eumath. p. 146: Φιλημάτων, γαργαλισμάτων, θλίψεων. Angl.]

Γαργαλισμὸς, ὁ, Titillatio, Plato. Cicero Voluptatum etiam titillationem dixit. [Γαργαλισμὸς improbant Atticistæ, probant Γάργαλος. Mœris p. 115: Γάργαλος Ἀττικῶς, γαργαλισμὸς Ἑλληνικῶς. Thom. M. p. 178: Γαργαλισμὸς μὴ εἴπῃς, γάργαλος δέ. Phrynich. in Bekk. Anecd. p. 31, 25: Γάργαλος, ὁ ἐρεθισμός. Καὶ γαργαλισμός. Τὸ δὲ γαργαλίζεσθαι οὐκ Ἀττικόν. Quæ quum repugnent præcepto Phrynichi s. v. Γαργαλίζω memorato, Lobeckius ad Phryn. p. 97 ita corrigit ut γαργαλισμὸς et γαργαλίζεσθαι transponi jubeat. Recte: nisi Phrynichus scripserat τὸ δὲ γαγγαλίζεσθαι οὐκ Ἀττικόν. De usu autem voc. Γαργαλισμὸς, qui ab veteribus Atticis non fuit alienus, optime dixit Hemsterh. in annot. ad Thom. M. p. 179—181, ex qua potissima apposuimus. « Hegesander ap. Athen. 7, p. 290, C, de ridentibus: Τοιοῦτος ἔνδοθέν τις ἐν τῷ σώματι διέδραμε γαργαλισμός. Plato Symp. p. 189, A: Τοιούτων ψόφων καὶ γαργαλισμῶν, οἷος καὶ ὁ πταρμός ἐστι. Phædr. p. 253, E: Ὅταν ... γαργαλισμοῦ τε καὶ πόθου κέντρων ὑποπλησθῇ· unde expressus Juliani locus Orat. 7, p. 206, D. Epicuri γαργαλισμοὺς σώματος annotaverunt Cleomed. K. Θ. 2, p. 91 et Athen. 12, p. 546, E. Scriptorum ecclesiasticorum immensa est exemplorum copia. Galenus autem Comm. 3 ad Hippocr. Περὶ τροφῆς, παλμὸν describit κίνησιν ἐοικυῖαν τῇ κινήσει, ἣ μὲν καλεῖται πρὸς πάντων γαργαλισμὸς, γίνεται δὲ ἐκ τῆς τῶν δακτύλων ἁφῆς· quæ ratio est cur τοὺς γαργαλισμοὺς καὶ τὰς ψηλαφήσεις sociaverit Plutarch. Mor. p. 547, B. Medicis pruritus ac vellicatio musculosarum partium interna, quam tacitis morsiunculis humores acres excitant, dici solet γαργαλισμός. Hippocr. p. 381, 52: Γαργαλισμὸς, ὀδύνη, ῥῆξις. Plato Phileb. p. 47, A: Αὔπας τὰς τῆς ψώρας ... καὶ τὰς τῶν γαργαλισμῶν, ὁπόταν ἐντὸς τὸ ζέον ᾖ καὶ τὸ φλεγμαῖνον. In Hesychio pro Γαργαλισμὸς, κίνησις σώματος, malim κνῆσις. Sic γαργαλισμοὶ κνησμώδεις ap. Pseudo-Basil. vol. 3, p. 596, C, et similia ap. Clem. Alex. Pæd. 3, p. 254, A; 2, p. 174, D. Nonnunquam γαργαλίζειν et γαργαλισμὸς in γαργαρίζειν et γαργαρισμὸς depravata, ut bis terve in cod. Harl. Aretæi. Et ap. Hesych. Γαργαρισμὸς, γαγγαλισμὸς, ἡδυπάθειά τις. In lingua communi γαγγαλισμὸς, quod aliquando in Ioanne Chrys. præbere codd. vett. Benedictini observarunt. »]

Γάργαλος, ὁ, pro γαργαλισμὸς ap. Lucian. [Gall. c. 6, vol. 2, p. 711]: Οἷον οὖν ἐν τοῖς ὠσὶ τὰ πτερὰ ἐργάζεται στρεφόμενα, τοιοῦτον γάργαλον παρείχετό μοι τὰ ὁρώμενα. [Arist. Thesm. 133: Ὥστ' ἐμοῦ γ' ἀκροωμένου ὑπὸ τὴν ἕδραν αὐτὴν ὑπῆλθε γάργαλος. Grammaticorum locos v. s. Γαργαλισμός. Et hanc et femininam formam γαργάλη, quæ non aliunde cognita est, annotavit Erotian. p. 114: Γαργαλισμοῦ· γάργαλος καὶ γαργάλη λέγεται ἐρεθισμὸς ἀπὸ τῶν πασχητιωσῶν γυναικῶν εἰλημμένης τῆς λέξεως, ὡς καὶ Ἀριστοφάνης Γηρυτάδῃ καὶ Δίφιλος ἐν Δαναΐσι· qui poetæ γάργαλος tantum dixerant, ni fallor. G. Dind. Nicet. Annal. 6, 1. Schneid.]

[Γάργανον, τὸ, Tragium. Dioscor. 4, 50. Boisson.]

[Γάργανον, τὸ, Garganum, promontorium Apuliæ Dauniæ. Strabo 6, p. 284, 285.]

Γάργαρα, τὰ, pro Multitudine excellenti positum, vide in Γαργαίρω. || Est alioqui et Urbs Troadis, quæ Γάργαρος quoque, ἡ, dicitur. At Γάργαρον, τὸ, Promontorium Idæ. Inde Γαργαρεὺς dicitur Civis ejus loci, et Γαργαρὶς, ἡ, teste Stephano Byz. [Γάργαρον ἄκρον Ἰδης ap. Hom. Il. Ξ, 292 et aliis locis; unde Eustath. Opusc. p. 326, 8: Ὦ λόγων ἄκρον γάργαρον. Discrimen Ephaphroditus ap. Steph. Byz. (Etym. M. p. 221, 32, Eustath. p. 986, 44) hoc statuit ut promontorium neutrali forma dicatur, urbs autem feminina, ἡ Γάργαρος, quam ex Alcmane memorat Steph. Byz. Nomen ductum a Gargaro, Jovis filio. Urbem plurali numero τὰ νῦν Γάργαρα vocat Strabo 13, p. 583, et promontorium Γάργαρ' ἀγάννιφα Epicharm. ap. Macrob. Saturn. 5, 20. V. Hemst. ad Lucian. vol. 1, p. 252. Gentile Γαργαρεὺς, quo Strabo utitur 13, p. 606, Steph. Byz. ex epigr. Arati affert, Παισὶν Γαργαρέων βῆτα καὶ ἄλφα λέγων. (Γαργαρὶς, ἡ, ap. Strabon. l. c. p. 610.) Idem vitiosam formam memorat, Ἑλλάνικος δὲ Γάργασον ἔφη τὴν πόλιν διὰ τοῦ σ, ἀλλ' οἶομαι σφάλμα εἶναι. || Præterea Γάργαρον nomen habuerunt oppidulum Lampsacenum, aliud in Italia, tertium in Epiro, quæ Steph. Byz. memorat. G. D.]

[Γαργαρεῖς, οἱ, Gargarenses, ἔθνος ὃ μίγνυται ταῖς Ἀμαζόσιν, ὡς Στράβων ἱά (p. 504)· τὸ θηλυκὸν Γαργαρὶς κατὰ τέχνην, ὡς Μεγαρὶς· κατὰ δὲ τὸ ἐπιχώριον Γαργαρηνή. Hæc Steph. Byz. Eustath. p. 986, 46.]

[Γαργαρεύς. V. Γάργαρα. Γαργαρεῖς.]

Γαργαρεὼν, ῶνος, ὁ, Gurgulio. Esse autem a sono fictum h. v., tradunt Alex. Aphr. [in Arist. Probl. 2, 3, p. 301 Sylb.] et Etym. [p. 221, 38], et Eust. [p. 697, 28], qui et γάργαρον Idæ promontorium itidem a sono nom. accepisse tradit. Scribit autem Gorr. Gurgulionem esse carnem fungosam, oblongam, a palato juxta narium meatus in os propendentem, superiori quidem parte latiorem, inferiori vero, in modum pyramidis acutam; eamque ad vocis modulationem facere: unde et πλῆκτρον a quibusdam [ut ab Nemesio De nat. hom. cap. 14, p. 210,] nominatam fuisse. [Hippocr. p. 471, 5: Ἢν σταφυλὶς ἐν τῇ φάρυγγι γένηται, ἐμπίπλαται ἄκρος ὁ γαργαρεὼν ὕδατος. Alia attulit Foes. in OEcon. Hipp. Aristot. H. A.

1, 11 : Διὰ τὸ ἐκ τοῦ στήθους εἶναι τὴν ἀναπνοὴν καὶ ἐκπνοὴν κατὰ τὸν γαργαρεῶνα. Schol. Ar. Eq. 373 : Τὸν πρηγορεῶνα τὸν λεγόμενον γαργαρεῶνα. Ἀσφάραγον sic interpretatur Apoll. Soph. Hesych. : Γαργαρέων (-εὼν), κιονὶς, ἡ καὶ σταφυλίς. Γαργαλεών, Uva, Gurgulio, Gl.] A

[Γαργαρὴς, θόρυβος, Hesych.]

[Γαργαρίδαι. V. Γανδάραι.]

Γαργαρίζω, Gargarizo, Plin. unde γαργαριζόμενον στύφει Dioscor. 1, Dum gargarizatur. [Schol. Hom. Il. Θ, 48 : Γάργαρον ... ἀπὸ τοῦ γαργαρίζειν καὶ ἀναδιδόναι τὰ ὕδατα. Wakef. Eustath. Opusc. p. 168, 85 : Αἱ μὲν (γλῶσσαι) λείως ἔχουσι ... αἱ δὲ τραχὺ γαργαρίζουσι καὶ ἐξαγριοῦνται.]

[Γαργαρίς. V. Γάργαρα. Γαργαρεῖς.]

[Γαργάρισμα. V. Γαργαρισμός.]

Γαργαρισμὸς, ὁ, Ipsa gargarizandi actio, Gargarizatus, Plin. [28, 12, 51. *Gargarisma* Theodor. Priscian. 1, 15. *Gargarismatium*, Marcell. Empir. 14. || Γαργαρισμὸς ab librariis permutatur cum γαργαλισμὸς, quod v.]

[Γαργαριστήριον, τὸ, in diplomate sæc. 12 ap. Montef. Palæogr. p. 405, Poculum s. vitrum, e quo hauritur aqua mane ori eluendo, ut interpretatur Reisk. ad Constantin. vol. 2, p. 178. G. Dind.] B

[Γάργαρον et Γάργαρος. V. Γάργαρα.]

Γαργάρται, Hesychio λίθοι αὐτοφυεῖς.

[Γάργασις. V. Γαγγίας.]

[Γάργασος, ὁ, Gargasus, Cypseli frater vel filius, ap. Strabon. 10, p. 452. Apud alios Γόργος, quod v. G. Dindorf.]

[Γαργαφία, ἡ, Gargaphia, nomen fontis Bœotici, ap. Herodot. 9, 25, 49, 50; Pausan. 9, 4, 3. Ap. illum codex Sancroft. constanter Γαρσαφίη. G. Dind.]

[Γάργη, ἡ, Garga, urbs Libyæ, quam ex Polyhistoris Libycis memorat Steph. Byz. : Τὸ ἐθνικὸν Γαργαῖος, ὡς Βεργαῖος, τῷ (δὲ τῆς χώρας addit Berkel.) τύπῳ Γαργίτης.]

[Γαργηττὸς, ὁ, Gargettus, Ionis pater, ap. Pausan. 6, 22, 7. || Pagus tribus Ægeidis (Οἰνηΐδος Schol. Aristoph. Thesm. 898). Gentile Γαργήττιος : quod ex inscr. ap. Cyriac. Ancon. affert Holsten. Adverbia ap. Steph. Byz. : Γαργήττηθεν, Γαργηττόνδε, Γαργηττοῖ· quorum primum aperte vitiosum. Codd. γαργηττίηθεν, γαργιτίηθεν, γαργῆσαι. Recta scriptura Γαργηττόθεν. Aristoph. Thesm. 898 : Εἰ μὴ Κρίτυλλά γ' Ἀντιθέου Γαργηττόθεν. Γαργηττοῖ est ap. Strabon. 8, p. 377. In codd. interdum simplici τ scriptum. Sic γαργήτιος in cod. Vratisl. Steph. Byz. et libris pluribus Diogen. L. 10, 1. Γαργήτειος ap. Suid. s. v. Ἐπίκουρος. || Eudocia Viol. p. 96 : Γαργίττος (scrib. Γαργηττὸς), ὄνομα κυνὸς Γηριόνου (Γηρυόνου), ἀδελφὸς τοῦ Κερβέρου, ὃς τὰς βοῦς φυλάττων ἀνῃρέθη ὑφ' Ἡρακλέους, καὶ ἔχει μνῆμα ἐν Ἰβηρίᾳ. G. Dindorf.] C

[Γαρεάτης. V. Γαράτης.]

Γάρελον, τὸ, Hesychio γάρος καὶ ἔλαιον, Garum oleo mistum. [Rectius Gl. Γαρέλαιον, Liquamen (ex) oleo. Galen. vol. 6, p. 391 : Παρασκευάσαντες ἐν ἀγγείῳ τὸ καλούμενον γαρέλαιον· ad quem l. vid. Coraes (Xenocr.) p. 183. Γαρέλαιον ex vita S. Pachomii n. 40 affert Ducang.]

[Γαρίμαντες, οἱ, Garimantes. Hesych. : Γαρίμαντας, τοὺς βαρβάρους· οἱ δὲ ἔθνος Λιβυκόν. Gens Libyca eadem haud dubie quam alii Γαράμαντας dicunt, de qua v. supra. Neque tamen propterea Γαρίμαντες vitiosum haberi potest. Etym. M. p. 221, 41 : Γαρίμας ἐκ τοῦ Μαρίκας, ἢ ἐκ τοῦ γαρίκας καὶ μαρίκας (fort. τοῦ γαρίμας ὁ μαρίκας)· βάρβαρον δὲ τὸ ὄνομα καὶ ἡ κλίσις καὶ ὁ τόνος. Ἡρωδιανὸς περὶ παθῶν. Luciano Lexiph. c. 4, vol. 2, p. 326 : Μὴ ἀπολουσώμεθα κατόπιν τῶν Καριμάντων μετὰ τοῦ σύρφακος, Γαριμάντων restituit Meinek. Quæst. scen. 1, p. 56. Conf. Γέραντες. G. Dind.] D

[Γαρίμας. V. Γαρίμαντες.]

[Γαρινδαῖοι, οἱ, Garindæi, populus Arabiæ. Strabo 16, p. 776. Γαρυνδανεῖς ap. Diodor. 3, 43. G. Dind.]

[Γαρῖνος, ὁ, piscis ignoti nomen ap. Marcell. Sidet. v. 37. Schneid.]

[Γάριον, τὸ, Pauxillum gari. Arrian. Dissert. Epict. 2, 20, § 29. G. Dindorf.]

[Γαρίσκος, ὁ, piscis ignoti nomen ap. Marcell. Sidet. v. 33. Schneid.]

Γάρκαν, Hesychius a Macedonibus dici scribit τὴν ῥάβδον, Virgam, afferens paulo post et Γάρρα pro ῥάβδος.

[Γάρκον, τὸ ἔσω τῆς πλήμνης σιδήριον, ὃ τὸν ἄξονα τρίβει, Lex. Rhet. p. 230, 11. Etym. M. p. 221, 44. Zonaras p. 422, nisi quod ap. Zonaram γάρκος.] Γάρνὸν, Hesychio τὸ ἔσω τῆς πλήμνης σιδήριον, ὃ τὸν ἄξονα τρίβει. Pollux [1, 145], paroxytonως [et rectius, ut videtur] habet γάρνον, qui et ἄταρνον nominari ait et δέστρον. [Ἄταρνον, quod ex dittographia ortum, recte delet Ruhnk. Auct. ad Hesych. vol. 1, p. 802.]

[Γαρμαθώνη, ἡ, Garmathona, regina Ægypti, ap. Pseudo-Plutarch. De fluv. p. 30, 31 Huds. (1027 Wytt.) G. Dind.]

[Γαρμᾶνες, οἱ, Garmanes, populus Indiæ, ap. Strab. 15, p. 712, 713, ubi alii libri Γερμᾶνες. G. Dindorf.]

Γαρμαφὼν, Hesychio λευκότης, λαμπηδών· quo significatu et γάνος dicitur. [Corruptela manifesta. Parum tamen probabilis Kusteri conjectura est, γάρμα, φωνὴ, id ut pro γήρυμα dictum sit.]

[Γάρμος, ὁ, Garmus. Suidas, Γάρμος, ὄνομα κύριον. « Ὁ δὲ ἕτερος ταῦρος ἐμυκήσατο κακὸν φώνημα Γάρμῳ. » Fuit rex Babyloniæ : vid. Jamblich. Babyl. ap. Phot. Bibl. p. 74—78. G. Dindorf.]

[Γάρνον. V. Γάρκον.]

[Γαροίας, ὁ, Garœas, fl. Indiæ. Arrian. Hist. Ind. c. 4, p. 317 : Ὁ Ἀκεσίνης ... ἐσβάλλει ἐς τὸν Ἰνδὸν ... ἅμα οἱ ἄγων ... Γαροίαν. Cod. Flor. γαρροίαν. G. Dind.]

Γάρον, τὸ, sive Γάρος, ὁ, Garum, Liquamen s. Sanies piscium sale conditorum et maceratorum : primum e garo pisce fieri solitum, unde et nom. habet; deinde e scombro, intestinis eorum, ceterisque, quæ abjicienda essent, sale maceratis; postremo vero et privatim ex inutili quodam pisciculo minimoque cœpit confici, et e qualibet etiam materia diversis modis præparari. Verum Diosc. non e salsis modo piscibus, sed animalium etiam carnibus garum fieri solitum scribit. Quo vero modo fieret, nemo veterum prodidit, quibus nimirum additis saporibus et qua muria (diversum enim fuisse a muria s. salsugine piscium, intelligi potest e Gal. de simpl. Med. Fac. 2, et Martialis etiam Xeniis de garo et muria) condiretur, quæque tam diligens purgatio et lotura ejus esset, ut sordidum alioqui et fæculentum poculum grato sapore bibi potuerit : nam Gal. et dulcis gari meminit, idemque scripsit plurimum facere ad delectationem. Constantinus quidem Cæsar De agricultura 20 aliquot gari parandi rationes commemorat, sed ambiguum sintne illæ eædem quæ superioribus seculis fuere. Variæ enim gari differentiæ et nomina memorantur : ut Carthaginense, Hispanum, sociorum, nigrum, αἱμάτιον, πρωτεῖον, οἰνόγαρον, ὀξύγαρον. Ac Carthaginense quidem et Hispanum dictum est, quod e finibus Carthaginis et Hispaniæ laudatissimum deferretur. Sociorum vero, quod ganeones et gulæ dediti sociatim eo uterentur, et ob præcipuam, quæ inter socios eo vescentes caperetur, voluptatem. Nigrum vero et fæcosum et αἱμάτιον, h. e. Sanguineum, quod veluti fæx esset piscium, quodque eorum cruor ad confectionem ejus adhiberetur : intestinis enim thynni cum branchiis, cruoreque, ac sanguine in vase aliquo sale aspersis, post bimestre vase illo perforato, effluit illud αἱμάτιον γάρον dictum : quod videtur esse id, quod P. Ægin. γάρον πρωτεῖον, Garum primarium s. excellens, nominat. Quod vero οἰνόγαρον atque ὀξύγαρον appellatur, jam simplex non est, sed illud quidem vino mistum, hoc vero aceto conditum : ut et γάρελον [rectius γαρέλαιον,] cui admistum oleum. Similiter et ὑδρόγαρον, quod aqua dilutum est : de quibus Aet. 3, 84—6 : qui c. 82 descriptionem etiam τοῦ γάρου καθαρτικοῦ explicavit. Hæc inter alia Gorr. Porro masc. quoque gen. dici γάρον, testatur Athen. 2, [p. 67, C, et Herodian. περὶ μον. λέξ. p. 35, 19, et ap. Pierson. ad Moer. p. 437], hoc ex Æschylo hemistichium afferens, καὶ τὸν ἰχθύων γάρον. [Ex Proteo satyrica fabula.] Sic vero et Alex. Aphr. Probl. 1, dicit ὁ γάρος. Apud Polluc. vero [6, 65, nunc ex libris correctum] gemino ρ scriptum Γάρρος, afferentem ex Sophocl. [Triptolemo] : Οὐδ' ἡ τάλαινα δοῦσα ταριχηροῦ γάρρου· ut Diosc. quoque 2,

39 : Γάρρον τὸ ἐκ ταριχηρῶν ἰχθύων καὶ κρεῶν. Sed eam scripturam nullo modo probare possum, cum metrum quoque in illo Soph. iambo eam non admittat. Passim vero et in aliis ap. Athen. poetarum ll. prior ejus syllaba corripitur, ut Martial. quoque in Xeniis, Exspirantis adhuc scombri de sanguine primo Accipe fæcosum, munera cara, garum. Et l. 7, 94 : Unguentum fuerat, quod onyx modo parva gerebat : Nunc postquam olfecit Papilus, ecce garum est. Ubi etiam nota Garum est dici pro Ingrati odoris est modo gari, sc. σαπροῦ : ut Plin. quoque 31, 7, dicit florem salis esse rem odore quoque ingrato, ceu gari. Idem Plin. de utroque garo, et liquamine nimirum et pisce, 31, 7 et 8. [Gl. Γάρον· Liquamen. Γάρος· Liquamen. Alciphr. 1, 18 : Ὁ τὸν χρηστὸν καὶ ἡδὺν γάρον ἕψων ἐκ τῶν λεπτοτέρων ἰχθύων. Τὸ γάρον in Geopon. 20, 46, aliquoties, ubi ed. Bas. τὸ γάρος. Sed in eodem capite τῷ γάρῳ sect. 5. Etym. M. p. 746, 48 : Τάριχος ... παρὰ τὸ γάρη ἔχειν. Aliam gari speciem sine piscibus parati memorat Julius Afric. Cestor. p. 300 : Ἀλλὰ καὶ γάρος ἐξ ἅλμης ἀκράτου μέρους ἑνὸς καὶ δύο οἴνου τοῦ γλυκέος κ. τ. ἑ. de quo v. Schneid. in indice ad Scriptt. R. R. p. 205. G. Dindorf.]

[Γαροπώλης, Liquaminarius, Gl.]

[Γάρος. V. Γάρον.]

[Γαρότας, ὁ, Qui terram arat. Athen. 3, p. 98, D : Ἄθανις δ' ἐν πρώτῳ Σικελικῶν τὸν αὐτόν φησι Διονύσιον (tyrannum dicit) καὶ τὸν βοῦν γαρόταν καλεῖν. Epist. Socr. 35, p. 42 : Πρῶτον μὲν οὖν συγχαίρω Συρακουσίοις, ὅτι πέπαυνται τὸν χοῖρον ἴακχον καλοῦντες καὶ τὸν βοῦν γαρόταν. Conf. Γειαροτὴρ et Γειαρότης et Lobeck. Aglaoph. p. 856. G. Dindorf.]

[Γάρρα. V. Γάρκαν.]

[Γάρρης, ἄγρης, Hesych.]

[Γαρρίαι, γάμοι, Hesych.]

[Γαρριώμεθα, λοιδορούμεθα, Hesych.]

[Γάρρον et Γάρρος lectiones vitiosæ. V. Γάρον.]

Γάρσανα, φρύγανα, Cretenses, Hesych. [Simile voc. ap. Philon. in Mathem. vett. p. 99 : Ἐὰν δὲ ἀντιμεταλλευόντων τῶν ἔνδοθεν συντριβῇ ἢ εἰς λεπτὸν συνέλθῃ τὸ ὄρυγμα, χρηστέον ἐστὶ τοῖς βουπόροις καὶ τοῖς γάρσοις (*virgis* interpres Latinus) καὶ τοῖς ζιβύναις. G. Dind.]

[Γαρτύδας, ὁ, Gartydas, Pythagoreus, ap. Iambl. V. P. 265, p. 520, ubi in codd. γὰρ τύδαν. G. Dindorf.]

[Γαρυνδανεῖς. V. Γαρινδαῖοι.]

[Γαρύω. V. Γηρύω.]

[Γαρώδης, ὁ, ἡ, Gari colore. Theophil. De urin. p. 86. Weigel.]

[Γάς. V. Γαῖα.]

[Γασανδῶν, populi Arabiæ, mentionem facit Diodor. 3, 44. Apud Agatharch. Κασανδρεῖς.]

[Γάσηπτον, τό. Pausan. 3, 12, 8 : Λακεδαιμονίοις ... ἔστιν ἐπονομαζόμενον Γάσηπτον ἱερὸν Γῆς. Recte, ut videtur, Porson. Γάσεπτον. G. Dindorf.]

Γάσος, Hesychio ὁ ἀπατεών, ὁ πολλὰ εἰδὼς καὶ πανοῦργος, ex Hesiod. Theog. [Sed verba ὡς Ἡσίοδος ἐν τῇ Θεογονίᾳ ad proximam glossam Γαστέρες οἷον referenda.] Supra Γάνδος pro eodem.

[Γάσσαν, ἡδονήν, Hesychius.]

[Γαστέριον. V. Γαστήρ.]

Γαστεροπλὴξ, ῆγος, ὁ, ἡ. Eustathio [p. 1837, 39], γαστεροπλὴξ est i. q. γαστρίμαργος s. γάστρις : non afferenti tamen hujus signif. rationem : at ego crediderim hoc quoque τοῦ μαίνεσθαι signif. habere, ut sc. dicatur γαστερόπληξ, ita enim collocatus est ap. eum accentus, ea forma qua φρενοπλήξ. [Philo Jud. vol. 1, p. 22 (?). Wakef.]

[Γαστερόχειρ. V. Γαστρόχειρ.]

Γαστὴρ, έρος, ἡ, Venter, Ventriculus. [In prosa oratione γαστρὸς γαστρὶ γαστέρα. Poetæ utraque declinatione utuntur. Sic Eurip. in Cycl. 219, γαστέρι· 334, γαστρί. Dativi pluralis formam vulgarem γαστράσι ex Dione Cass. 54, 22, inusitatam γαστῆρσι ex Hippocr. De morb. 4, 27 affert Buttmann. in Gr. Gr. vol. 1, p. 184. Propter accentum autem Γαστὴρ inter μονήρη est. V. Herodian. Περὶ μ. λ. p. 16, 21. G. D.] Od. Δ, [369], Μ, [332] : Ἕτειρε δὲ γαστέρα λιμός· Σ, [53] : Γαστὴρ κακοεργός· Ζ, [133] de leone, κέλεται δέ ἑ γαστὴρ μήλων πειρήσοντα καὶ εἰς πυκινὸν δόμον ἐλθεῖν. Hesiod. [Theog. 599] de fucis, Ἀλλότριον κάματον σφετέρην ἐς γαστέρ' ἀμῶνται. [Sic Plut. Mor. p. 525, C : Εἰς τὴν γαστέρα ἐδημαγώγει. Hom. Il. T, 225 : Γαστέρι δ' οὔπως ἔστι νέκυν πενθῆσαι Ἀχαιούς, ubi Eustath. ἤτοι πιεσμῷ τῆς γαστρὸς καὶ ἀσιτίᾳ. Palladas in Anth. Pal. 10, 47 : Ἔσθιε, πῖνε ... οὐ γὰρ ἔοικε γαστέρι πενθῆσαι νεκρὸν, Ὅμηρος ἔφη. Τύπτειν εἰς τὴν γαστέρα, Aristoph. Nub. 549. Ἐναλλεσθαι εἰς τὴν γαστέρα, Plutarch. V. Luculli c. 11; Moral. p. 1087, B; Theopomp. apud Athen. 10, p. 443, C, ab Strongio cit. : Ἀκράτορες τῶν γαστέρων γενόμενοι, Cum alvi dolorem ferre non possent. Γαστρὸς ῥύσις, Alvi profluvium, ap. medicos. Iamblich. Babyl. ap. Phot. Bibl. p. 74, 4 : Τὰς γαστέρας καταρρυέντες. Γαστέρα ὑπάγειν, Ventrem subducere, vel exonerare, ab veteribus dici, non κατὰ κοιλίας ποιεῖν, monet Phrynich. p. 308 Lob. Conf. s. Ὑπάγω. Γαστέρα ἐπέχειν, ἱστάναι, λύειν v. s. his verbis.] Dicitur autem mulier gravida ἐν γαστρὶ ἔχειν, ut ap. Herodot. et Pausan. [4, 33, 3. Vita Homeri, Herodoto tributa, c. 2 : Συνέβη τὴν παῖδα μιγεῖσαν ἀνδρὶ λαθραίως ἐν γαστρὶ σχεῖν. Sæpe in libris V. et N. T.] Unde jocus cujusdam negantis ἐν γαστρὶ ἔχειν illam, quæ triduo nihil edisset. [Κατὰ γαστρὸς ἔχειν Thomas Mag. s. v. Κύει p. 557, et Etym. M. 311, 39 in additamento Turrisani. Schæf. Geopon. 16, 1, 3 : Φέρει κατὰ γαστρὸς ἡ ἵππος μῆνας ιά.] Vel ἐν γαστρὶ φέρειν, ut Plato de LL. [7, p. 792, E.] Et ἐν γαστρὶ λαβεῖν, quæ concepit, in Epigr. [Nicarchi in Anth. Pal. 11, 18. Aristot. H. A. 9, 50 : Ἵνα μὴ ἐν γαστρὶ λάβωσιν (αἱ κάμηλοι). Exempla ex V. T. collecta vide ap. Schleusner. Συλλαμβάνειν ἐν γαστρὶ Lucas Ev. 1, 31. Γαστὴρ, Venter gravidæ, ap. Chariton. 3, 7 ab Schæf. cit. et Philostr. V. A. 3, 39, p. 129 : Γυνή τις ἑπτὰ ἤδη γαστέρας δυστοκοῦσα, Quæ septies partum difficilem fecerat.] Possumus vero γαστέρα Gulam etiam interpr. in ea signif., qua dicitur aliquis gulæ deditus esse, in nonnullis loquendi generibus : ut quum dicit Xen. [Cyrop. 4, 2, 39] : Γαστρὶ χαρίζεσθαι· cui opp. ab Eod. arbitror γαστρὸς κρείττω εἶναι. Possumus autem hic et Ventris appellationem retinere, et γαστρὶ χαρίζεσθαι ex Horatio reddere, Duci ventre. Sed et γαστριμαργίαν videtur idem Xen. Ἐ. 5, [3, 21] γαστρὸς nomine signif., Τοσοῦτον γὰρ ἐγκράτεια γαστρὸς διαφέρει. [Male utitur hoc loco, in quo ἐγκράτεια γαστρὸς conjungenda, ut in altero ἐγκρατεῖς γαστρός.] At, quum dicit Cyrop. 1, [2, 8] : Ἐγκρατεῖς εἶναι γαστρὸς καὶ ποτοῦ, γαστρὸς, redditur Cibi. [Idem OEcon. 9, 11 : Ἐγκρατεστάτη καὶ γαστρὸς καὶ οἴνου. Memor. 1, 5, 1 : Ἥττων γαστρὸς ἢ οἴνου. Γαστρὸς δοῦλος aut γαστρὶ δουλεύων, non γαστρίδουλος, dici jubet Thomas M. p. 181. Hinc γαστὴρ, homo ventri deditus : vid. Valcken. Schol. in N. T. vol. 1, p. 38. Hesiod. Theog. 26 : Γαστέρες οἷον, quod Hesych. interpr. τροφῆς μόνης ἐπιμελούμενοι. Poeta ap. Stob. Flor. 62, 15 : Οὕτω γὰρ κακὸν δοῦλον γένος· γαστὴρ ἅπαντα. Longus 4, 11 : Γνάθων ... οὐδὲν ἄλλο ὢν ἢ γνάθος καὶ γαστὴρ καὶ τὰ ὑπὸ γαστέρα. I. e. κατωφερής. Thomas M. p. 520 : Κατωφερὴς τινὲς μὲν λέγουσιν ... σὺ δὲ ἀκόλαστος λέγε καὶ δοῦλος τῶν ὑπὸ γαστέρα. Athen. 3, p. 116, F : Περιπλεύσας τὴν οἰκουμένην γαστρὸς ἕνεκα καὶ τῶν ὑπὸ γαστέρα. Vid. Boisson. ad Anecd. vol. 4, p. 216.]

|| Ventriculus os geminum habet, unum supernum, quod στόμα τῆς γαστρὸς proprie dicitur et στόμαχος, alterum inferum, angustius, quod πυλωρὸς appellatur. Hæc Gorr. qui et addit esse, qui γαστέρος nomine designari dicant totam eam regionem, quæ septo transverso, hypochondriis et pube circumscribitur : sed eam ἐπιγάστριον potius vocandam sibi videri : γαστέρα autem peculiari nom. Gal. appellare Ventriculum, in quem cibi ingeruntur et concoquuntur. [|| Farcimen ex ventriculo factum. Hom. Od. Σ, 44 : Γαστέρες οἵδ' αἰγῶν κέατ' ἐν πυρὶ, τάς τ' ἐπὶ δόρπῳ κατθέμεθα κνίσης τε καὶ αἵματος ἐμπλήσαντες (ubi Eustath. p. 1837, 13 : Τὰς δὲ γαστέρας φύσκας τινὲς τῶν παλαιῶν ἡρμήνευσαν) et similiter Υ, 25. Aristoph. Nub. 408 : Ὤπτων γαστέρα τοῖς ξυγγενέσιν.]

|| Γαστέρες a Laced. dictæ sunt etiam γογγυλίδες, a Bœotis autem κράμβαι, ut Eustath. [p. 1577, 63] ex Athen. [de quo v. s. Γαστραία] refert. At Γαστορὶς ap. Hesych. ambas hasce signif. habet : exponitur enim ab eo γογγυλὶς ἢ κράμβη. || Γαστὴρ et Γαστέριον esse

genus Vasis quidam post Hermol. scripserunt. [Conf. Γάστρη. G. Dind. || Γαστὴρ clypei. Tyrtæus 2, 24 · Ὤμους ἀσπίδος εὐρείης γαστρὶ καλυψάμενος. Valck.]

[Γαστορίς.. V. Γαστήρ.]

[Γάστρα. V. Γάστρη.]

Γαστραία, ἡ, dicta γογγυλὶς a Laced., teste Hesych., i. e. Rapa. [Athen. 9, 369, A : Γογγυλίδας Ἀπόλλας ... ὑπὸ Λακεδαιμονίων γαστέρας φησὶ καλεῖσθαι· Νίκανδρος δ' ὁ Κολοφώνιος ἐν ταῖς Γλώσσαις παρὰ Βοιωτοῖς γάστρας ὀνομάζεσθαι τὰς κράμβας, τὰς δὲ γογγυλίδας ζακελτίδας· ubi Eustathius utrobique γαστέρας legit : Epitomes codex Paris. γαστέρας ... γάστρας. Codex Venet. γαστέρας ... γαστεας (sic), quod in apographis in γαστέρας mutatum est. Hesychii glossam consideranti probabilius videbitur bis γαστραίας scribendum. Alia forma ap. Hesych. inferius, Γέστα, γογγυλίς. G. Dindorf.]

[Γαστραφέτης, ὁ, machina quædam a Zopyro Tarentino composita, quam describit Bito in Mathem. vett. p. 111—113. Originem nominis explicat Hero ibid. p. 126 : Ἐκάλουν δὲ τὸ ὅλον ὄργανον γαστραφέτην, ἐπειδήπερ διὰ τῆς γαστρὸς ἡ καταγωγὴ τῆς τοξίτιδος ἐγίγνετο. Indicavit Schneid., Tzetzam Chil. 11, 617 Schæf.]

Γνώμη, Mens, Animus. [Xenoph. Cyrop. 1, 3, 10 : Καὶ ταῖς γνώμαις καὶ τοῖς σώμασι σφαλλομένους. Dio Cass. 38, 21 : Ῥᾷον οἶμαι εἶναι τῆς εὐεξίας τῆς γνώμης ἐπιμεληθῆναί τινι ἢ τῆς τοῦ σώματος. Ἐκπτοῆσαι τὰς γνώμας et ἐκπατάξαι τὰς γνώμας de fulgure et tonitru dictum, Poll. 1, 118.] Dem. In Philipp. [p. 44, 26] : Δεῖ γὰρ ἐκείνῳ τοῦτο ἐν τῇ γνώμῃ ἐκπαραστῆναι [παραστῆναι]. Lysias [p. 93, 17] : Ταῦτα πάντα εἰς τὴν γνώμην εἰσῄει, Hæc mentem subibant. Quemadmodum autem accus. γνώμην, significans Sententiam, s. Consilium (i. e. quam vocamus vulgo Deliberationem), jungitur verbo ἔχειν, ita etiam cum Mentem significat, s. Animum : ut γνώμην ἔχειν πρὸς τὴν εἰρήνην, Thuc. 5, [13], quod nos diceremus *Avoir le cœur à la paix*, Esse animo ad pacem propenso, Inclinare ad pacem. Redditur etiam Spectare ad pacem, 3, [25] : Καὶ πρὸς τοὺς Ἀθηναίους ἧσσον εἶχον τὴν γνώμην, ὥστε ξυμβαίνειν· ubi Valla reddit, Minus ad Athenienses animo inclinabantur, ut cum eis convenirent. Dubito certe an reddi possit, Minus Atheniensibus mentem adhibebant, ut transigerent cum illis; vel, ut componerent. Affertur ex eod. scriptore, Γνώμην εἶχον πρὸς τοὺς Λακεδαιμονίους, pro Sentiebant cum Lacedæmoniis. [Pausan. 1, 35, 2 : Τὴν πόλιν γνώμῃ τὸ πλέον Μακεδόσιν ἐνδοῦναι· 7, 6, 4 : Ἐς τὴν συμμαχίαν ἦσαν οἱ Ἀχαιοὶ πρόθυμοι Πατρεῦσι καὶ ἐς τοὺς Ἀθηναίους οὐχ ἧσσον εἶχον γνώμην, ubi cod. Vindob. γνώμης. Ἐν γνώμῃ γίγνεσθαί τινι, Alicui in mente esse, dilectum esse, Herodot 6, 37 : Ἦν δὲ ὁ Μιλτιάδης Κροίσῳ τῷ Λυδῷ ἐν γνώμῃ γεγονὼς, ubi Coraes comparat 9, 111 : Αὐτή τε μοι κατὰ νόον τυγχάνει κάρτα ἐοῦσα.] (Huc pertinet et προσέχειν τὴν γνώμην [de quo v. s. Προσέχω] : atque adeo possit in hujusmodi ll. videri ἔχειν simplex fungi

officio compositi προσέχειν : nisi quod hoc dativum potius habet. [Γνώμην ἔχειν πρός τινι, Animum advertere. Æschin. C. Ctesiph. p. 81, 31 : Οἱ δὲ δικασταὶ ὥσπερ ἐπῳδὴν ἢ ἀλλότριόν τι πρᾶγμα ἀκροώμενοι πρὸς ἑτέρῳ τινὶ τὴν γνώμην ἔχουσιν.] Sunt et alii duo usus præterea hujus accus. γνώμην cum verbo ἔχειν : duo, inquam, quorum exempla proferre possum (fieri enim alioqui potest ut plures sint duobus). Unus extat ap. Dem. Pro cor. : Οὐχ ὡς ἂν εὔνους οὐδὲ δίκαιος πολίτης ἔσχε τὴν γνώμην, οὐδ' ἐδάκρυσεν, οὐδ' ἔπαθεν οὐδὲν τοιοῦτον τῇ ψυχῇ. Ubi reddendum censuerim, Non ita fuit affectus animo. Alter usus est ap. Isocr. Trapez. [p. 360, C] : Πανταχόθεν δέ μοι τοσούτων κακῶν προσπεπτωκότων, τίν' οἴεσθέ με γνώμην ἔχειν; Qui locus mihi in memoriam aliquot Ovidii locos revocat, e quibus interpretandum illud loquendi genus lectori relinquam : Metam. 5 : Quid mihi tunc animi miseræ fuit? anne quod agnæ, Si qua lupos audit circum stabula alta frementes? Idem in alio ejusd. operis loco, Quid mihi tunc animi fuit? aut quid debuit esse? Et in quadam Epist. : Quid mihi tunc animi credis, germane, fuisse? Nec vero dicit solum Quid animi, verum etiam Quem animum (ubi ipsa quoque orationis forma Græcæ respondet, nam Quem animum est τίνα γνώμην : at Quid animi, q. d. τί γνώμης), ita scribens, Quem mihi tunc animum dira in regione jacenti Inter Sauromatas esse Getasque putas? [Soph. Antig. 42 : Ποῦ γνώμης ποτ' εἶ; El. 922 : Οὐκ οἶσθ' ὅποι γῆς οὐδ' ὅποι γνώμης φέρει.] Addam ex eodem illo scriptore, nimirum Isocr., hunc eund. accus. cum eod. verbo, sed longe diversa signif. ob præp. περὶ, quæ ei adjungitur. Locus est in Symm. : Τοιαύτην γνώμην ἔσχον περὶ ἡμᾶς, ad verbum, Hunc animum habuerunt erga nos : pro, Eo animo fuerunt in nos, sc. ita infenso, Adeo male animati in nos fuerunt : sive, erga nos. Apud Thuc. quoque γνώμη pro Animo plerisque in locis occurrit, nec non ap. alios. Sed ap. Herodian. aliquoties inveni γνώμην et ψυχὴν copulata : quod ap. alium invenire me non menimi. [Herodian. 4, 5, 15 : Γνώμας καὶ ψυχὰς διῃρημένοι· 8, 5, 15 : Μιᾷ τε γνώμῃ καὶ ψυχῇ ὁμοίως Μαξιμῖνος μεμίσηται. Ὅλῃ τῇ γνώμῃ, Toto animo, Dio Cass. 42, 15; Anna Comnen. p. 126, A, 465, D. Τῆς ψυχῆς τὴν γνώμην, Mentem animi, Plato Leg. 2, p. 672, B. (Ab librariis interdum confusa esse γνώμη et ψυχὴ infra notabimus.) Γνώμης δόξα, Mentis opinio, Demosth. p. 652, 26 : Ἡ δὲ τῆς γνώμης δόξα ἀφ' ὧν ἂν ἀκούσωσι παρίσταται. Γνώμης σύνεσις, Animi prudentia, Thucyd. 1, 75. Γνώμη εὖ φρονοῦσα Demosth. C. Neær. p. 1394, 10. Γν. καθαρὰ in Hymno Orph. 57, 9 : Καθαραῖς γνώμαις μύστῃσι συνέρχου. Aristoph. Ran. 355 : Ὅστις ... γνώμῃ μὴ καθαρεύει. Miro modo γνώμην manibus tribuit poeta infimæ ætatis cujus versus inter Euripideos leguntur in Iphig. Aul. 601 : Δεξώμεθ' ὄχων ἄπο (Clytæmnestram et Iphigeniam) μὴ σφαλερῶς ἐπὶ τὴν γαῖαν, ἀγανῶς δὲ χεροῖν μαλακῇ γνώμῃ. Γνώμην et χεῖρα sæpius conjunxerunt scriptores recentiores. Anna Comn. p. 131, D : Ὅλῃ χειρὶ (ψυχῇ male marg.) καὶ γνώμῃ ὑπὲρ αὐτοῦ μάχεσθαι. Conf. ib. p. 179, C, 298, D, 368, B, 390, D, 395, C. Et omisso ὅλῃ p. 135, D : Γενναίως καὶ χειρὶ καὶ γνώμῃ ἀντικαθίστατο· 410, D : Μεταθῶνται πρὸς τὸ ὑμέτερον κράτος καὶ χεῖρα καὶ γνώμην. G. D.]

Γνώμη reddi Justitia, a Polit. ap. Herodian., testantur VV. LL. sed locum non afferunt : nec vero, etiamsi afferatur, ei possim hanc interpr. concedere. [Fortasse ex 2, 4, 5 : Πίστει γνώμης, ὅτι μηδένα ἑκὼν ἀδικήσει ποτέ.]

Γνώμη, Dictum aliquod insigne, præsertim e genere eorum quæ ad nos instituendos conducunt. Lat. itidem Sententia. Ideo autem contra morem meum, hanc signif. Sententiæ non tractavi supra una cum altera, quod multa derivata hinc manarint, quæ inter reliquas signiff. minime miscenda (ne ipse veluti cursus tractationis interrumperetur), sed potius ad calcem rejicienda existimavi. Ab Aphthonio γνώμη definitur, Λόγος ἐν ἀποφάνσεσι κεφαλαιώδης, ἐπί τι προτρέπων ἢ ἀποτρέπων. [Ab Aristot. Rhet. 2, 21 : Ἀπόφανσις ... περὶ ὅσων αἱ πράξεις εἰσὶ καὶ αἱρεταὶ ἢ φευκταί ἐστι πρὸς τὸ πράττειν.] A Cornificio autem (si hic est auctor Rhetorices ad Herennium) [4, 17], hoc modo : Oratio sumta de vita, quæ aut quid sit aut quid esse oporteat in vita, breviter ostendit. Denique et Fabius ita de hac voce, Sed consuetudo jam tenuit ut mente concepta, Sensus vocaremus : lumina autem, præcipueque in clausulis posita, Sententias. Paucis interjectis, Antiquissimæ sunt quæ proprie, quamvis omnibus idem sit nomen, Sententiæ vocantur, quas Græci γνώμας appellant. Utrumque autem nomen ex eo acceperunt, quod similes sunt consiliis aut decretis. Reliqua ap. eum videnda tibi relinquo, 8, 5. Quid autem de præcedentibus illis definitionibus sentiam, docui in tractatu quodam, quem Comicorum græcorum Sententiis præfixi : mihi illa mea definitio, licet extemporalis, non pœnitenda videtur. [Demetr. De eloc. 9 : Εἰ δὲ ἐκτείνοιτό τις τὴν γνώμην ἐν μακροῖς, διδασκαλία γίνεταί τις καὶ ῥητορεία ἀντὶ γνώμης.] Dicebant autem veteres scriptores plerumque cum adjectione, γνώμας τῶν ποιητῶν. Isocr. ad Nic. [p. 23, C] : Ἔτι δ' εἴ τις ἐκλέξειε καὶ τῶν προεχόντων ποιητῶν τὰς καλουμένας γνώμας· additque, illos ἐπὶ ταύταις μάλιστα σπουδάσαι. Æschines itidem In Ctes. [p. 73, 1] : Διὰ τοῦτο γὰρ οἶμαι ἡμᾶς παῖδας ὄντας τὰς τῶν ποιητῶν γνώμας ἐκμανθάνειν, ἵν' ἄνδρες ὄντες αὐταῖς χρώμεθα, Ideo enim nos in pueritia sententias poetarum ediscere existimo, ut quum ad virilem ætatem pervenerimus, iis utamur. Quo e loco obiter et consuetudinem illius temporis discere possumus. Eum gen. non addidit Xen. in suo de Venatione libello [13, 3], ubi in Sophistas invehitur, Ὅτι τὰ μὲν ῥήματα αὐτοῖς ἐζήτηται, γνῶμαι δὲ ὀρθῶς ἔχουσαι, αἷς ἂν παιδεύοιντο οἱ νεώτεροι ἐπ' ἀρετὴν, οὐδαμοῦ. Observanda sunt autem hæc verba, quæ addit, ὀρθῶς ἔχουσαι : quæ an ad restringendam hujus nominis signif., tanquam alioqui latius patentem, adjecta fuerint, dubium alicui fortassis videri possit. Sed ego mihi persuadeo, potius verba illa adjici tanquam perpetuum illarum epithetum, ut ita dicam. Plut. in Homero γνώμας et παραινέσεις apophthegmatis similes esse scribit.

[Γνώμη i. q. γνώρισμα, Indicium. Aristot. H. A. 6, 22, p. 576, 14, de dentibus equorum ætatem indicantibus : Ὅταν πάντας ὦσι βεβληκότες, οὐ ῥᾴδιον γνῶναι τὴν ἡλικίαν· διὸ καὶ λέγουσι γνώμην ἔχειν, ὅταν ἄβολος ᾖ, ὅταν δὲ βεβληκὼς, οὐκ ἔχειν. Duo codd. γνώρισμα : unde Camus γνώρισμα. Schneid. Theognid. comparat v. 60 : Οὔτε κακῶν γνώμας εἰδότες οὔτ' ἀγαθῶν. || In codd. γνώμη cum tribus potissimum vocabulis permutatur : cum casibus obliquis v. γλῶσσα, ut ap. Aristoph. Eccles. 574, Ran. 355; Soph. El. 1175. Cum ῥώμη : vid. Schæf. Epimetr. ad Aristoph. Plut. p. xxix. Cum ψυχὴ ap. Aristoph. Equit. 482 : Ἄγε δὴ σὺ τίνα νοῦν ἢ τίνα ψυχὴν ἔχεις, ubi cod. Rav. γνώμην. In Nub. 415 : Καὶ τὸ ταλαίπωρον ἔνεστιν ἐν τῇ ψυχῇ, ubi aliquot codd. et Diog. L. 2, 27 γνώμῃ. Apud Polluc. 6, 131 : Ὃς ἐπὶ τῆς αὐτῆς τιμῆς ἀρετήν τε καὶ κακίαν ἄγει, codd. plures γνώμης, quod ex præcedente πολύστροφος τὴν γνώμην ortum videtur. G. Dindorf.]

[Γνώμη, ἡ, Gnome, n. pr. meretricis ap. Athen. 6, p. 345, D, ex Lynceo. || Nomen canis ap. Xenoph. Cyneg. 7, 5. G. Dindorf.]

Γνωμηδὸν, Per sententias, ut ap. Dionys. H. A. R. 8, [43], γνωμηδὸν πυνθάνεσθαι, quum sc. senatores in senatu singulatim rogantur sententias. [Quem l. Eustath. affert p. 927, 61.]

[Γνωμιδιώκτης, ὁ, Sententiarum captator. Cratin. ap. Schol. Platon. p. 330 : Θεατὴς ὑπολεπτολόγος γνωμιδιώτης, ubi γνωμιδιώκτης corrigendum ex alio cod. ap. Seidler. De fragm. Aristoph. p. 22. Γνωμοδιώκτης Schneider.]

Γνωμίδιον, τὸ, Sententiola, Bud. ap. Aristoph. Equit. [100] : Ἦν γὰρ μεθυσθῶ, πάντα ταυτὶ καταπάσω Βουλευματίων καὶ γνωμιδίων καὶ νοϊδίων. Redditur etiam Ratiuncula, afferturque et ex aliis ejusdem comici locis. [Nub. 320 : Γνωμιδίῳ γνώμην νύξασα. Alciphro 3, 22 : Ἀργαλέος ἄνθρωπος καὶ δριμὺς, γνωμίδια καὶ προβουλευμάτια συνεχῶς ἐπὶ τῆς Πυκνὸς Ἀθηναίοις εἰσηγούμενος, ubi cod. Vat. 140 apud Bast. γνωμίδας. Simile quid est γνώμιες in loco Archytæ ap. Stob. Ecl. phys. vol. 1, p. 788, sed corruptum ex γνώσιες. G. Dindorf.]

Γνωμικὸς, ἡ, όν. A composito Γνωμολόγος transeo ad simplex nomen Γνωμικός : quod fortassis aliquis huic præfigi maluisset : nec ego quin hoc fiat valde repugnarim. Est autem Γνωμικὸς, Pertinens ad γνώμας, i. e. Sententias, Conveniens sententiis, Sententiosus : veluti si dicam alicujus orationem esse γνωμικήν. In VV. LL. γνωμικὴ περίοδος, Sententiosa periodus, et arguta sententiis ; sed absque auctoris nomine. Donatus in illud Terentianum, Andr. 3, 3, Amantium iræ, amoris redintegratio est, annotat, Sententia γνωμικὴ, in qua a specie receditur, et in omnes aliquid dicitur : παροιμία est autem Sine auctore sententia. Hæc ille. Ab Eust. τὸ γνωμικὸν substantive usurpatur pro γνώμη : cum alibi, tum Comm. in Il. A, [80] : Κρείσσων γὰρ βασιλεὺς ὅτε χώσεται ἀνδρὶ χέρηϊ, ubi annotat primum hic esse γνωμικὸν ap. hunc poetam. Sed γνωμικὸν ab alia etiam nominis γνώμη signif. sumtum, usurpat Damascenus, cum γνωμικὸν θέλημα vocat τὸ θελητὸν, Quod constituimus, Propositum, quod διαφέρει τοῦ φυσικοῦ θελήματος. [Tzetz. Chil. 7, 80 : Ὅθεν οὕτως ὁ Πίνδαρος τὸ γνωμικὸν εἰρήκει. In codd. dictis sententiosis ab librariis adscribi solet γνωμικόν : de quo Boisson. ad Nicet. Eug. vol. 2, p. 67 : « Codex Par. ad marg. Γνωμικόν : apographum vero Venetum Γνώμη : et sic aliis in locis ubi Par. exhibet γνωμικὸν per compendium, Venetum apographum habet γνώμη. Sed fere crediderim librum ipsum Venetum habere, non totis literis γνώμη, sed id compendium, quo γνωμικὸν repræsentari solet, quodque non semper ab editoribus probe lectum fuit. Continuo Brunck. ad Ar. Plut. 805 illud non recte vertit γνώμη. Ea est hujus compendii forma ut accentus in vocis fine positus esse videatur, atque syllaba ον vox claudatur. In Xenoph. cod. Reg. 1641 ad ista Exp. Cyri 2, 1, 4, Τῶν γὰρ τὴν μάχην νικώντων καὶ τὸ ἄρχειν ἐστὶ, et rursus ad ista 2, 5, 41, Δίκαιον γὰρ ἀπόλλυσθαι τοὺς ἐπιορκοῦντας, adscriptum est compendium quod interpretandum fuit γνωμικόν. Variæ sunt illius compendii formæ, quas typi imitari non possunt. In Nicetæ cod. Paris. quatuor sunt ad minimum compendii figuræ, p. 6, 18, 22, 32. Nonnunquam illud eo modo librarii scribunt, ut syllaba media μι conspicua sit, ex. gr. in cod. Reg. 1399, p. 207, 2, ad Pausan. 5, 25, p. 111, 7 ; hinc nihil incerti esse potest, et γνωμικὸν, non vero γνωστὸν aut γνώμη esse legendum statim patet. » Schol. Hom. Od. H, 310. Ibid. O, 74 : Τοῦτο τὸ σχῆμα καλεῖται γνωμικόν. Γνωμικὸς στίχος ib. Δ, 691.] || Apud eundem Eustath. legitur adverb. Γνωμικῶς, ubi scribit, Ὁ δὲ Νέστωρ, εἰπὼν ὅτι μάλα μέντοι ἐγὼν ἐθέλοιμι καὶ αὐτὸς οὕτως εἶναι, ἐπάγει γνωμικῶς τὸ, Ἀλλ' οὕπως ἅμα πάντα θεὸς ἔδωκεν ἀνθρώποισι. Utitur et Plut. in Homero, Πάντων ποιητῶν καὶ φιλοσόφων γνωμικῶς τινὰ ἀποφαίνεσθαι ἐπιτηδευσάντων. Utrobique γνωμικῶς reddi potest Sententiose. [Athen. 5, p. 191, E. Donat. in Ter. Eun. 4, 5, 4. Γνωμικώτατα Clem. Alex. Strom. 5, p. 611. Angl. Ex sententia, i. e. Propria voluntate, Consulto. Anast. Sin. Hod. p. 356, 11 : Ἑκουσίως καὶ γνωμικῶς τὰ πάθη κατεδέξατο. Idem mox, οἰκεία γνώμη. Hase.]

[Γνωμοδιώκτης. V. Γνωμιδιώκτης.]

Γνωμοδοτέω, Sententiam s. Consilium do, γνώμην δίδωμι, Suid. [et Zonar. p. 445. Cyrill. Alex. ad Jes. 48, 2 : Μὴ ὀκνήσητε γνωμοδοτῆσαι τῷ θεῷ. Suicer. Eustath. Opusc. p. 164, 59 : Καὶ μαρτύρεται τῷ λόγῳ τούτῳ καὶ ὁ γνωμοδοτήσας ὡς ἔνθα τι χρὴ ψεῦδος λέγεσθαι, λεγέσθω. German. Epist. in Cotel. Mon. Eccl. Gr. vol. 2, p. 472, A : Παῦλος διὰ τοῦ ἐμοῦ στόματος γνωμοδοτεῖ. Georg. Pach. Mich. Pal. 4, 9, p. 183, C : Τοῖς πατριάρχαις ἐπ' ἐκείνῳ γνωμοδοτεῖν. G. D. || Inde subst. Γνωμοδότημα, τὸ, apud Moschop. Περὶ σχεδ. p. 124. Boisson.]

[Γνωμοδότημα. V. Γνωμοδοτέω.]

[Γνωμοδότης, ὁ, Consiliarius, Consiliator, Suasor, Gl. Ioann. Chrys. Serm. 72, vol. 6, p. 733. Seag. Didym. De Trin. p. 83, A. Cramer. Asterius in Coteler. Mon. Eccl. Gr. vol. 2, p. 66.]

Γνωμολογέω, Sententiam eloquor s. Sententias : vel, Sententias loquor, ut Terent. Utitur [Aristot. Rhet. 2, 21 : Τίσιν ἁρμόττει χρῆσθαι τῷ γνωμολογεῖν ἐν τοῖς λόγοις,] Plut. De frat. caritate [p. 530, C] : Ποῖος δ' ἂν ἦν ὁ Ἀτρεὺς, εἰ τοιαῦτα δειπνίσας τὸν ἀδελφὸν ἐγνωμολόγει πρὸς τοὺς παῖδας ; Extat et ap. Athen. 10 : Ἐν τούτοις φαίνεται ἡ αὐτοῦ λαιμαργία, μετὰ τοῦ μηδὲ ἐν δέοντι τὰ περὶ τῆς γαστρὸς γνωμολογεῖν, Sententiose loqui de ventre. Invenitur item ap. Diog. L. Epicharmo [8, 78] : Οὗτος ὑπομνήματα κατέλιπεν, ἐν οἷς γνωμολογεῖ, φυσιολογεῖ, ἰατρολογεῖ. [Iambl. V. P. p. 159. Io. Zonar. Annal. p. 3, B : Γνωμολογεῖν τε καὶ ἠθικεύεσθαι. G. Dind.]

Γνωμολογητέον, Sententiis utendum est. [Aristot. Rhet. ad Alex. c. 33. Kall.]

Γνωμολογία, ἡ, Sententiarum prolocutio, s. Sententiæ. [Aristot. Rhet. 2, 21 init.] Aut etiam, Sententia quam aliquis loquitur. Plut. [V. Cat. maj. c. 2] : Καὶ πολλὰ μεθηρμηνευμένα κατὰ λέξιν ἐν τοῖς ἀποφθέγμασιν αὐτοῦ καὶ γνωμολογίαις τέτακται· Polit. Præc. [p. 813, A] : Δέχεται δὲ ὁ πολιτικὸς λόγος δικανικοῦ μᾶλλον καὶ γνωμολογίας καὶ ἱστορίας καὶ μύθους καὶ μεταφοράς. [Phot. Bibl. p. 495, 12 : Φέρονται δὲ αὐτοῦ ἀποφθέγματα πλεῖστα καὶ γνωμολογίαι.] Quidam annotant esse verbum Sophistarum Platoni in Phædro [p. 267, C]. In VV. LL. Γνωμολογία redditur Dictio sententiæ, Collectio sententiarum, Dicendi acrimonia. Quarum signiff. exempla desidero. Apud Suid. quidem certe γνωμολογία de Libro dicitur γνώμας complectente ; nam de Theognide inter alia scribit, Καὶ πρὸς Κύρνον τὸν αὐτοῦ ἐρώμενον γνωμολογίαν (ἔγραψε) δι' ἐλεγείων. Bud. vertit, Librum sententiis confertum et coagmentatum. Dixerat autem antea, γνώμας δι' ἐλεγείας· quo magis mirum est addi γνωμολογίαν. [Plut. Mor. p. 16, C : Ἐμπεδοκλέους ἔπη... καὶ θηριακὰ Νικάνδρου καὶ γνωμολογίαι Θεόγνιδος.]

Γνωμολογικὸς, ἡ, όν, Gnomologiæ conveniens, Ad gnomologiam pertinens. Quoniam autem γνωμολογία redditur interdum Sententia, sicut γνώμη, quidam γνωμολογικὸς interpr. Sententiosus. In Thuc. Vita [p. xvi Bekk.] legimus, Τὸ δὲ γνωμολογικὸν αὐτοῦ, πάνυ ἐπαινετὸν, ubi dicere possumus τὸ γνωμολογικὸν nihil aliud esse quam αἱ γνωμολογίαι : et hoc non aliud quam γνῶμαι. Nisi quis malit τὸ γνωμολογικὸν intelligere Rationem et methodum qua utitur in utendo γνώμαις, s. in adhibendis orationi γνώμαις. Apud Demetr. Phal. autem [§ 9] γνωμολογικὸν est Conveniens gnomologiæ, Conveniens γνώμαις s. Sententiis : eod. modo quo ἀποφθεγματικὸν, Conveniens apophthegmatis, ubi scribit, Ἔστι γὰρ καὶ ἀποφθεγματικὸν ἡ βραχύτης καὶ γνωμολογικόν. [Proclus ap. Phot. Bibl. p. 322, 35 : Τὰ δὲ γνωμολογικὰ ὅλον ὅτι παραίνεσιν ἠθῶν ἔχει.]

Γνωμολογικῶς, Sententiose : Suid. γνωμοτυπικῶς, γνωμολογικῶς. [Theo in Walz. Rhet. vol. 1, p. 206 ; schol. Soph. Antig. 67.]

Γνωμολόγος, ὁ, q. d. Sententiæ prolocutor vel sententiarum.

[Γνωμονεύω lectio vitiosa. V. Γνωματεύω.]

Γνωμονικὸς, ἡ, όν, Peritus, Sciens, Doctus, Bud. afferens e Xen. Ἀπ. 4, [2, 10] : Ἀλλὰ μὴ ἀρχιτέκτων βούλει γενέσθαι, γνωμονικοῦ γὰρ ἀνδρὸς καὶ τοῦτο δεῖ. Videtur alioqui γνωμονικὸς aliam potius ἀπὸ τοῦ γνώμονος signif. accipere, velut quum Idem in Annott. γνωμονικὴν esse scribit Partem astrologiæ quæ solariorum discriminatis umbris horas gnomone pernotat. (Afferuntur enim ista ex ejus Annott., ubi alioqui et hæc verba invenio, Gnomon pro umbilico solis : a quo ars γνωμονικὴ dicta, quæ solariorum rationem perquirit. Et aliquot paginis ante, Solarium autem præter alia significata, Locum significat in quo horæ ad solem denotantur, veruto umbram faciente, vel pinnula : cujus rei inventionem et rationem γνωμονικοὶ profitentur.) Vitruv. autem 1, 3, architecturæ partem facit gnomonicen. Partes ipsius architecturæ, inquit, sunt tres, ædificatio, gnomonice, machinatio. [Probl. Arithm. in Anth. Pal. 14, 139 : Γνωμονικῶν Διόδωρε μέγα κλέος. Schæf. || Adverb. Γνωμονικῶς ap. Strabon. 2, p. 87 et Polluc. 4, 8, cui ibid. 7 γνωμονικὸς restituendum pro γνωμικός. G. Dind.]

[Γνωμοσύνη, ἡ, Mentis prudentia. Solon ap. Clem. Al. p. 694 et Theodoret. vol. 4, p. 713 : Γνωμοσύνης δ' ἀφανὲς χαλεπώτατόν ἐστι νοῆσαι μέτρον. Kall.]

[Γνωμοτῠπέω, Sententias formo. Arist. Thesm. 55.]

Γνωμοτυπία, ἡ, γνωμολογία ἀκριβής, Hesych. Affert et alia quædam de hujus voc. significatione, sed suspecta. [Pertinent ad v. Γνώμων.]

Γνωμοτυπικός, ἡ, ὸν, in VV. LL. redditur Qui animo sententias imprimit, Facile formans sententias. Sed nullum exemplum, nullus auctor producitur. [Legitur ap. Aristoph. Eq. 1379.] Videtur certe γνωμοτυπικὸς esse Qualis est τῶν γνωμοτύπων : ut si dicas λόγοι γνωμοτυπικοί, Sermones tales quales sunt οἱ τῶν γνωμοτύπων, Convenientes ἀνδράσι γνωμοτύποις, ut quidem vocat Aristoph. in loco jam proferendo. || Apud Suidam legitur adverb. Γνωμοτυπικῶς, et quidem expositum γνωμολογικῶς, de quo dictum fuit supra.

Γνωμοτύπος, ὁ, ἡ, q. d. Sententiarum excusor. Sic enim ad verbum reddi posse existimo, quum simile sit τῷ χαλκοτύπος, atque aliis hujus generis. Alioqui dixerim etiam Sententiarum fabricator. In VV. LL. redditur Sententiarum effictor. [Aristot. Rhet. 2, 21: Οἱ γὰρ ἀγροῖκοι μάλιστα γνωμοτύποι εἰσὶ καὶ ῥᾳδίως ἀποφαίνονται.] Invenitur apud Aristoph. hoc vocab., eumque ejus inventorem fuisse arbitror, suo more ludere volentem, Ran. [877] : Διὸς ἐννέα παρθένοι ἀγναὶ Μοῦσαι, λεπτολόγους Ξυνετὰς φρένας αἳ καθορᾶτε Ἀνδρῶν γνωμοτύπων. Ubi Schol. γνωμοτύπων esse vult τῶν τὰς οἰκείας γνώμας διὰ τῶν λόγων τυποῦντων· vel, τῶν τύπους αὐτὰς τοῖς ὕστερον καταλιμπανόντων· vel, τῶν ταῖς γνώμαις ἀλλήλους τυπτόντων. Apud eund. comicum N. [952] legimus γνωμοτύπους μερίμνας, ubi scribit, Τοῖς περιδεξίοισι λόγοισι, καὶ φροντίσι καὶ Γνωμοτύποις μερίμναις, ubi quis γνωμοτύπους interpretari fortasse possit Cum consilio excusas s. fabricatas; vel Cum prudentia. VV. LL. interpr. Animo impressas cogitationes.

[Γνωμοφθόρος, ὁ, Animi s. Opinionum Sententiarumve corruptor. Georg. Alex. V. Chrys. p. 232.]

Γνώμων, ὁ, ἡ, Cognitor, Index. Xen. Ἀπ. 1, [4, 5]: Τίς δ' ἂν αἴσθησις ἦν γλυκέων καὶ δριμέων, εἰ μὴ γλῶττα τούτων γνώμων ἐνειργάσθη; Ubi non verear reddere etiam Dijudicatrix, Exploratrix. Itidemque ap. Plut. [Mor. p. 968, F]: Ἀλώπεκα ποιοῦνται γνώμονα τῆς τοῦ πάγου στερρότητος, verterim γνώμονα, Exploratorem. [Æsch. Ag. 1130 : Θεσφάτων γνώμων ἄκρος. Thucyd. 1, 138, de Themistocle, Τῶν παραχρῆμα δι' ἐλαχίστης βουλῆς κράτιστος γνώμων.] Quibus in ll. γνώμων gen. additum habet; sed affertur [ab Hesych.] et γνώμων sine hac adjectione, e Soph. pro συνετὸς, i. e. Prudens. Sic Athenis magistratus erant quidam dicti γνώμονες, quasi Accuratæ diligentiæ ac prudentiæ homines, Bud. Idem γνώμονας vertit Inspectores, ap. Lysiam p. 109 : Γνώμονας πέμποντες καθ' ἕκαστον ἐνιαυτόν. [In loco Lysiæ p. 110, 28 ed. Steph. Harpocratio ἐπιγνώμονας legit, de quo v. suo loco. Γνώμονες tamen dicuntur ab aliis grammaticis. Lex. Rhet. p. 228, 23 : Γνώμονας, ἄρχοντάς τινας εἶναι τοὺς ἐπισκεπτομένους καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν τὰ χωρία πάντα, μή πώς τις ἐξέκοψε τὰς μορίας. Etym. M. p. 236 extr. : Γνώμονες ἄρχοντές τινες Ἀθήνησι λέγονται· καὶ οἱ ἀκριβεῖς ἀπὸ τοῦ γνῶναι. Γνώμων, Inspector, ap. Cinnamum p. 122, B. G. D.] || Γνώμων (interdum addito gen. ὡρολογίου, ut Plut. Plat. Quæst. [p. 1006, E] : Καὶ γὰρ οἱ τῶν ὡρολογίων γνώμονες, οὐ συμμεθιστάμενοι ταῖς σκιαῖς, ἀλλὰ ἑστῶτες, ὄργανα χρόνου καὶ μέτρα γεγόνασι, μιμούμενοι τῆς γῆς τὸ ἐπιπροσθοῦν τῷ ἡλίῳ), Stylus horas indicans, Solis umbilicus, cujus umbra internoscuntur horæ, quem Lat. Græco nomine Gnomonem vocant. Ita VV. LL. e Plin. scribente l. 2, [72] : Solis itaque umbilici (quem Gnomonem appellant) umbra in Ægypto etc. [Herodot. 2, 109 : Πόλον καὶ γνώμονα καὶ τὰ δυώδεκα μέρη τῆς ἡμέρης παρὰ Βαβυλωνίων ἔμαθον οἱ Ἕλληνες. Dicitur autem Γνώμων non modo Stylus horologii umbra sua horam diei indicans, verum etiam Horologium totum, et quidem non solum Solarium, sed et Aquatile horologium s. Clepsydra. Sic ap. Athen. 2, p. 42 memoratur ὕδωρ ἐν τοῖς γνώμοσι ῥέον. Schweigh. Hesych. : Λέγεται καὶ τὰ ἐν τοῖς ἡλιοτροπίοις κέντρα· καὶ τὸ παρὰ τοῖς τακτικοῖς. Quæ verba male s. v. γνωμοτυπία leguntur. Quod de tacticis dicit, ad signif. spectat, quam infra memorat HSt. ex Festo. De gnomone autem horologii v. Salm. in Exerc. Plin. p. 449 et cf. vv. Ἡλιοτρόπιον, Πόλος, Ὡρολόγιον.] In VV. LL. exponitur etiam, Veruculum quod stans in medio amusio collocatur ad umbras indagandas. Unde et σκιαθήρας dicitur. Vitruv. 1, 6, [6] : Collocetur æneus gnomon, indagator umbræ, qui Græce σκιαθήρας dicitur. Hujus antemeridiana circiter horam quintam sumenda est extrema gnomonis umbra, et puncto signanda. Deinde etc. Additur ex Eod., γνώμονα esse etiam Totam illam machinulam qua utimur in designandis et metandis urbium viis, ad avertendam eis vim ventorum molestam; ejusque fieri mentionem et a Plin. 18, 34. Est vero et Gnoma, teste Sexto Pompeio, machinulæ genus quæ Græcis γνώμων. [V. s. Γνώμα.] Γνώμων, inquit Bud., recte redditum est Norma a Laurentio ap. Herodot. [2, 109]. Est enim Norma Latine, quemadmodum Græce γνώμων, Pars et geometrici et architectonici instrumenti : qua norma ut recti anguli a geometris, sic lapides ac structuræ orthogonæ, i. e. rectis angulis exactæ, ab architectis et fabris deprehenduntur. Vulgo Quadra vocatur, i. e. Squierra, ut κανὼν Id quod Regula Latine dicitur. [Aristot. Categ. 11 : Τὸ τετράγωνον γνώμονος περιτεθέντος ηὔξηται μὲν, ἀλλότριον δὲ οὐδὲν γεγένηται, ubi interpres male reddidit *gnomone*, recte Argyropul. *norma*. Euclides 2, 1 : Παντὸς παραλληλογράμμου χωρίου τῶν περὶ τὴν διάμετρον αὐτοῦ παραλληλογράμμων ἓν ὁποιονοῦν σὺν τοῖς δυσὶ παραπληρώμασι γνώμων καλείσθω. Hero Dasypodii p. 40 : Καθόλου γνώμων ἐστὶ πᾶν τὸ προσλαβὸν ὁτιοῦν εὔρυθμον ἢ σχῆμα ποιεῖ τὸ ὅλον, ὃ προσείληφεν. Budæus Annot. prior. ad Pandect. p. 455. Philo De sept. mirac. p. 7 : Συνάγεται τὸ πᾶν ἔργον εἰς πυραμίδα καὶ γνώμονος σχῆμα. (Polyæn. 4, 3, 21 : Ὥστε γνώμονι σχῆμα παραπλήσιον ἦν.) In Apollod. Poliorcet. p. 18 γνώμων τρυπάνου Cuspidem terebræ significare videtur. Schneid. De loco Apollodori non liquet. In doctrina numerorum Pythagorica γνώμονες dicuntur numeri impares, qui quadratis appositi nova efficiunt quadrata, nomine a similitudine figuræ ducto : vid. schema a Bœckhio positum in libro de Philolao p. 143. Theonis Smyrnæi et Iamblichi locos attulit Ast. ad Theolog. Arithm. p. 285. || Norma portitorum (*le tarif*). Lex. Rhet. p. 233, 28 : Γνώμων, σύνταξίς τις γραμμάτων, καθ' ἣν τὰ τέλη πράττεσθαι χρὴ τοὺς ἐκ τῆς ἀλλοδαπῆς εἰσκομίζοντες ὧν ἂν ἐκφέρωνται· ubi aut εἰσφέρωνται aut καὶ ὧν ἂν ἐκφ. scribendum. || Figurate Γνώμων de norma agendi dicitur, ut ap. Theognid. 543 : Χρή με παρὰ στάθμην καὶ γνώμονα τήνδε δικάσσαι, Κύρνε, δίκην, quocum comparandum quod v. 805 præcipitur, Τόρνου καὶ στάθμης καὶ γνώμονος ἄνδρα θεωρὸν εὐθύτερον χρή μιν ... φυλασσέμεναι...] Lucian. [Hermot. 76, vol. 1, p. 820] : Ὁποῖον χρὴ τὸν κανόνα εἶναι καὶ γνώμονα τοῦ κατ' ἀρετὴν βίου, Qualem oportet canonem et gnomonem esse vitæ secundum virtutem degendæ. [Idem Harmon. 3, ibid. p. 855] : Γνώμων, φασὶ, καὶ ὁ ὀρθὸς κανὼν τῶν τοιούτων. || Dens pullinus, quod sit ætatis in jumentis index, ὁ ἀποπίπτων ὀδοὺς τῆς ἡλικίας ὢν γνωριστικὸς, inquit Pollux [1, 182]. Frequentius tamen plur. γνώμονες, quod et ap. Xenoph. [De re eq. 3, 1] extat, de equis. [Aristot. H. A. 6, 23 : Ὄνος ... βάλλει τοὺς τετάρτους (ὀδόντας)· τούτους δὲ γνώμονας καλοῦσι. G. Dind.]

Γνωρίζω, Noscito, Agnosco. Ponitur autem et pro Notum facio, Notitiam do s. præbeo (uno verbo Notifico, quod ap. Ovid. et Gellium invenitur), dubitarique possit utra sign. præcedere debeat. Sed illi signif., qua ponitur pro Noscito s. Agnosco, priorem locum dedi, quod plura ejus exempla (præterquam in N. T., ubi altera perfrequens est) invenisse mihi viderer. Si quis tamen alteram præcedere malit, facile cedam. [Soph. OEd. tyr. 538 : Τοὔργον ὡς οὐ γνωριοῖμί (libri γνωρίσοιμί) σου τόδε δόλῳ προσέρπον. Eurip. Alc. 567 : Εἰ τῶν ἐμῶν τι πημάτων ἐγνώρισε· Electr. 630 : Ὅστις γνωριεῖ μ' ἰδών.] Plut. Amat. Narr. [p. 775, A] : Τόδε τὸ φώνημα γνωρίζειν ὅτι τοῦ Φώκου εἴη, Vocem illam, ut quæ Phoci esset, agnovisse, Polit. Herodian. 1, [17, 9] : Γνωρίσασα δὲ τὴν Κομμόδου χεῖρα, ταύτῃ καὶ μᾶλλον ἐσπούδασε διεξελθεῖν τὴν γραφήν, Agnita dein Commodi manu, ut Idem vertit. Eod. modo dixit 2, [1, 23] : Λαβὼν τουτὶ τὸ γραμματεῖον

(γνωρίζεις δὲ τὴν Κομμόδου χεῖρα, οὔσης σοι τῆς ἀναγνώσεως ἐν συνηθείᾳ) ἐπίσκεψαι. Sic et pass. Γνωρίζομαι, Agnoscor, ap. Eund. [5, 4, 12]: Τὸ γένειον ἀποκειράμενος, ὡς μὴ γνωρίζοιτο, Detonsa barba, ne agnosceretur. Itidemque ap. Lucian. Timone [5]: Οὐκέτι γνωρίζομαι πρὸς αὐτῶν, Non amplius agnoscor ab eis. Ita enim malo quam Cognoscor ab eis, ut habent VV. LL. (Licet alioqui, ut γνωρίζω, Cognosco, ita γνωρίζομαι reddi alicubi possit Cognoscor.) Bud. quum de ἐπιγινώσκειν locutus esset, quod dicit significare Agnoscere, i. e. Noscitare, subjunxit, Idem γνωρίζω significat. Lucian. : Γνωρίζω τὴν εἰκόνα, καί φημι ὅμοιος εἶναι αὐτῷ. Cui loco addit illum Herodiani, paulo ante a me allatum, Γνωρίσασα τὴν Κομμόδου χεῖρα, Agnito Commodi chirographo. Quum alioqui, inquit, γνωρίζω significet Cognosco, et Indico, et Notum facio. Unde γνώρισμα, Indicium, ut pulsus in febre. De quibus Budæi verbis dicam aliquanto post. Nunc redeo ad illum Luciani locum, Γνωρίζω τὴν εἰκόνα κ. τ. λ. In hoc enim quum γνωρίζω reddat Agnosco, in iis verbis quæ modo ex eo protuli, alibi vertit etiam Non renuo: exponens Græcis verbis itidem οὐκ ἀναίνομαι. Locus autem (ut melius de eo judicari possit) est hic in principio libelli adversus eum scripti, qui ipsum in verbis Prometheum esse dixerat; ita enim illum orditur : Οὐκοῦν Προμηθέα με εἶναι φῄς; εἰ μὲν κατὰ τοῦτο, ὦ ἄριστε, ὡς πηλίνων καμοὶ τῶν ἔργων ὄντων, γνωρίζω τὴν εἰκόνα, καί φημι ὅμοιος εἶναι αὐτῷ. Occasionem autem sumsit Bud. interpretandi illud γνωρίζω, Non renuo, e proxime sequentibus ipsius Luciani verbis; nam subjungit, Οὐδ' ἀναίνομαι πηλοπλάθος ἀκούειν. Non dubium est certe quin et hic locum habeat verbum Agnoscere; sed eum usum habens, quem in isto Cic. loco De amic. [c. 2] : Tu autem, Fanni, qui mihi tantum tribui dicis quantum ego nec agnosco, nec postulo. Sic ap. Eund. pro Milone [c. 14]: Facti illius gloriam libens agnovisset. Sed et ap. Herodian. γνωρίζειν a vulgari verbi Agnoscere signif. discedit, 8, [6, 4] : Προθέντες δὲ τὰς εἰκόνας Μαξιμίνου καὶ Βαλβίνου, Γορδιανοῦ τε Καίσαρος, στεφάνοις καὶ δάφναις κεκοσμημένας, αὐτοί τε εὐφήμουν, καὶ τοὺς στρατιώτας ἠξίουν γνωρίσαι καὶ ἀνειπεῖν εὐφημῆσαί τε τοὺς ὑπὸ Ῥωμαίων συγκλήτου ἀναδειχθέντας αὐτοκράτορας, Polit. Proponunt Maximini et Balbini ac Gordiani Cæsaris imagines, coronis et lauro redimitas. Quibus ipsi acclamantes, etiam hortabantur exercitum ut agnoscerent salutarentque et lætis exciperent vocibus quos senatus populusque Romanus imperatores elegisset. Hoc certe in loco non Latinum loquendi genus e Græco, sed potius Græcum e Latino petitum esse crediderim. Existimo enim hoc loco Herodianum vocem Agnoscere, qua illi ut valde propria usi erant, voluisse ita interpretari ut verbum verbo redditum esset; ideoque illo γνωρίζειν uti non dubitasse, licet exemplum hujus usus fortasse non habentem. Itidem certe et alia Græca verba ad usum Latinorum accommodasse illum memini me observare. Habet porro nostrum Gallicum verbum *Recognoistre* (quum proprie sit Agnosco, i. e. Noscito), hanc quoque verborum Agnoscere et γνωρίζειν signif. Dicimus enim, *Je le recognoy seigneur,* vel *roy,* aut *empereur :* pro Agnosco illum dominum, regem, imperatorem. Sæpe tamen alia quoque constr. dicere solemus, *Je le recognoy pour seigneur* etc. || Γνωρίζω interdum non est Agnosco, sed potius Cognosco. Bud. quum dixisset γνωρίζω esse Agnosco, et hujus signif. exempla protulisset, subjunxit, ut supra docui, Quum alioqui γνωρίζω significet Cognosco, et Indico, et Notum facio. Quibus verbis videri possit signif. illam, qua pro Agnoscere ponitur, non censere esse primam et maxime propriam, quod ego aliter se habere existimo. Quod autem subjungit, inde esse γνώρισμα, pro Indicium, ne hoc quidem affirmari potest, quum derivando γνώρισμα ab ea verbi γνωρίζω signif. qua ponitur pro Agnosco, possit exponi, Id quo aliquem s. aliquid agnoscimus. Sed tamen de hoc alios pronuntiare malens, venio ad exempla quibus illa Cognoscendi sign. probari potest. Ibi certe nullum ipse affert; sed alibi hoc producit ex Aristot. Metaph. 9 : Καὶ τὴν ἐπιστήμην μέτρον τῶν πραγμάτων λέγομεν, καὶ τὴν αἴσθησιν, ὅτι γνωρίζομέν τι αὐταῖς. Ex Eod. : Ὥσπερ εἰ ἄλλου ἡμᾶς μετροῦντος ἐγνωρίσαμεν πηλίκοι ἐσμέν. Quin etiam e Dem. affert γνωρίζω, pro Cognosco, Novi. Itidemque partic. ἐγνωρισμένος pro Cognitus, inveniri tradit. [Demosth. p. 924, 925 : Ἐγὼ γὰρ ... αὐτὸς μὲν οὐδ' ὁπωστιοῦν ἐγνώριζον τοὺς ἀνθρώπους τούτους ... οὗτοι προσῆλθόν μοι ... ὁπόθεν δήποτε ἐγνωρισμένοι τούτῳ.] Ex Isocr. quoque affertur γνωρίζειν pro Cognoscere, Πειρῶ γνωρίζειν τοὺς λέγοντας, ὁποῖοι καὶ τίνες εἰσί, Da operam ut noris eos qui et quales sint qui loquuntur. Sic etiam e Galeno pro Cognoscere, s. Deprehendere, Ad Glauc. 1 : Ἀμφημερινὸν δὲ πυρετὸν τοῖσδ' ἂν μάλιστα γνωρίσαις. Item, Γνωριεῖς δὲ τὰς τοιαύτας ἐμφράξεις ταῖς ἀνωμαλίαις τῶν σφυγμῶν. Ad hanc signif. referenda est ea, quam dat Polit. isti verbo ap. Herodian. 2, [14, 9] : Ἦσαν δέ τινες τῶν πρεσβυτέρων καὶ γνωριζόντων τρόπον· vertit enim, Qui consuetum ipsius haberent ingenium. Miror tamen cur potius reddiderit Consuetum haberent quam Cognitum haberent; atque adeo suspicari quis possit hoc, non illud, ab eo scriptum fuisse. Invenitur alioqui et in VV. LL. γνωρίζω expositum Consuetudinem ineo et familiaritem. Cui sign. subjungitur ex Aristide, Οὐ χαλεπῶς ἀλλήλους ἐγνώριζον. Sed incertum est an hic Aristidis locus pro illius signif. exemplo afferatur, quum ibid. illam proxime præcedat ea cui primum locum dedi : sc. Agnosco, Noscito. [Aristid. vol. 1, p. 195, 17 : Ἐξ ὧν ὁμόνοια μὲν καὶ πίστις ἀλλήλων ἤνθει κατὰ τὴν πόλιν· εἰ δέ που καὶ διασταῖεν, οὐ χαλεπῶς ἀλλήλους ἐγνώριζον, Reconciliabantur.] || Γνωρίζω, Notum facio, reddo, Cognitum reddo, Notitiam præbeo, Indico. [Antiattic. p. 87, 26 : Γνωρίσαι ἀντὶ τοῦ ἑτέρῳ γνώριμον ποιῆσαι. Æsch. Prom. 487 : Κληδόνας τε δυσκρίτους ἐγνώρισ' αὐτοῖς. Basil. M. vol. 3, p. 451, D : Γνώρισον ἡμῖν τὴν αἰτίαν δι' ἣν πάλαι οὐ γέγονε τὰ προστεταγμένα.] Greg. Naz. de Basilio, Ἀθῆναί γάρ μοι τὸν ἄνδρα τοῦτον ἐγνώρισαν τελεώτερον. Idem, Ἵνα καὶ τὴν φύσιν παραδείξῃ καὶ γνωρίσῃ τὴν δύναμιν. Idem, Ἐκείνῳ γνωριεῖς τὴν ἁμαρτίαν. At ap. Athen. [12, p. 539, B] redditur Indicare, Ὁ Περσῶν βασιλεὺς ἠθλοθέτει τοῖς τὰς ἡδονὰς αὐτῷ γνωρίζουσι, Iis præmia proponebat, qui novas voluptates indicabant. In N. T. frequentissimum est hoc vocab. (unde etiam videri possint Greg. Naz. et reliqui Theologi lubenter hoc fuisse usi) in hac transitiva sign., sc. pro Notum facio, Declaro, qua usi prius fuerant LXX Interprr., ut videmus quum alibi, tum in Ps. 15 : Ἐγνώρισάς μοι ὁδοὺς ζωῆς· Io. 17, 26 : Καὶ ἐγνώρισα αὐτοῖς τὸ ὄνομά σου καὶ γνωρίσω, Et notum feci eis nomen tuum et notum faciam. Sic ad Rom. 9, [23], de Deo, Ἵνα γνωρίσῃ τὸν πλοῦτον τῆς δόξης αὐτοῦ. Sic ibid., versu proxime præcedenti, Καὶ γνωρίσαι τὸ δυνατὸν αὐτοῦ, Notam reddere potentiam suam. Aut etiam, Patefacere potentiam suam. Quo verbo reddi apte potest et in Ep. ad Ephes. 1, [9] : Γνωρίσας ἡμῖν τὸ μυστήριον τοῦ θελήματος αὐτοῦ. Utitur autem et alibi hoc ipso verbo cum eod. accus. Apud Eund. frequens est γνωρίζω ὑμῖν ὅτι, quum dicturus est aliquid, quod ab illis sciri magni referre existimat : perinde ac si diceret, Vos autem hoc ignorare nolim. Vel potius, Vobis autem aperte significo. Non male tamen interpr. qui et hic reddunt Notum facio. Apud Eund. vero ubi dicit, Πάντα ὑμῖν γνωρίσει Τυχικὸς, reddi etiam potest, Omnia vobis exponet, De omnibus certiores faciet. Invenitur tamen γνωρίζω et pro Cognosco, Novi : Ep. ad Philipp. 1, 22 : Καὶ τί αἱρήσομαι οὐ γνωρίζω, ubi οὐ γνωρίζω redditur etiam Ignoro, recte. At de usu quem habet ap. Eund. passiva vox γνωρίζομαι, dicam mox ubi de illa agam. Nunc de alia signif. verbi hujus γνωρίζω, quæ ad istam, cujus exempla tot allata fuerunt, pertinet : sic tamen ut tanquam particularior sub generaliori includatur. Ea est qua ponitur pro συνίστημι καὶ προξενῶ, ut exp. Bud. afferens e Plut. Fabio [c. 24] : Καὶ γνωρίζει τὸν ἀδελφὸν αὐτῷ ἡ γυνή. Interpr. autem ibi non addit, sed alibi reddit, Conciliat illi et insinuat. Quidam certe γνωρίζει et hic simpliciter interpr. Notum reddit. [Commendare, ap. Appian. Maced. 4 : Φλαμινίνου δὲ αὐτὸν τῇ βουλῇ γνωρίζοντος

ἰσχυρῶς.] || Pass. Γνωρίζομαι (sequendo signiff. datas activæ voci Γνωρίζω) est Agnoscor, cujus signif. habuisti duo exempla supra in Γνωρίζω, unum ex Herodiano, alterum e Luciano. Item, sicut Γνωρίζω pro Cognosco etiam poni interdum dictum est, ita Γνωρίζομαι pro Cognoscor poni sciendum est : unde ἐγνωρισμένος, Cognitus. Denique ut Γνωρίζω est Notum facio, sic Γνωρίζομαι, Notus fio, Innotesco, Patefio. Quibus modis reddi potest ap. Paulum : fortasse autem alicubi et Cognoscor. [Γνωρισόμενον signif. act. ap. Theophylact. Hist. p. 112, B : Ἐς Χοσρόην ἐξέπεμψεν ἄγγελον ταῦτα δὴ γνωρισόμενον. G. D.]

Γνώριμος, ὁ, ἡ [et η, ov. Plato Rep. 10, p. 614, E : Ἀσπάζεσθαί τε ἀλλήλας ὅσαι γνώριμαι, ubi tamen libri multi γνώριμοι. Γνωρίμη Aristid. et Lucian. V. infra. G. D.], Notus, Cujus notitiam habemus. Demosth. [p. 34] : Ἔσται δὲ βραχὺς καὶ γνώριμος ὑμῖν ὁ λόγος· οὐ γὰρ ἀλλοτρίοις ὑμῖν χρωμένοις παραδείγμασιν, ἀλλ' οἰκείοις, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, εὐδαίμοσιν ἔξεστι γενέσθαι. Plut. De Pyth. orac. [p. 406, B] : Ἀμοιβῇ γὰρ ἔοικε νομίσματος ἡ τοῦ λόγου χρεία· καὶ δόκιμον καὶ αὐτοῦ τὸ B σύνηθες ἐστὶ καὶ γνώριμον, ἄλλην ἐν ἄλλοις χρόνοις ἰσχὺν λαμβάνοντος. Alex. Aphr. De anima 2, γνωριμωτάτην et ἀγνωστοτάτην inter se opposuit, eodemque in loco voci γνώριμον addidit ἀναμφίλεκτον, ita scribens, Ἀλλ' ἔστι πολλὰ τῶν ὄντων ἃ τὴν μὲν ὕπαρξιν ἔχει γνωριμωτάτην, ἀγνωστοτάτην δὲ τὴν οὐσίαν· ὥσπερ ἥ τε κίνησις καὶ ὁ τόπος· ἔτι δὲ μᾶλλον ὁ χρόνος· ἑκάστου γὰρ τούτων τὸ μὲν εἶναι γνώριμον καὶ ἀναμφίλεκτον· τίς δέ ποτέ ἐστιν αὐτῶν ἡ οὐσία, τῶν χαλεπωτάτων ὁραθῆναι· quæ Bud. ita vertit (sensum exponens, non singula verba interpretans), Tempus esse et locum omnes noverunt, sed quæ sit eorum essentia sive natura, et definitio, scire difficillimum. [Pausan. 1, 27, 3 : Ἃ δέ μοι θαυμάσαι μάλιστα παρέσχεν, ἔστι μὲν οὐκ ἐς ἅπαντας γνώριμα.] Γνώριμος annotatur significare etiam Cognitu facilis, sed nullum signif. hujus exemplum additur : videndum autem an non illi Demosth. loco convenire possit ut sc. γνώριμος ibi non sit Notus, sed Cujus facilis sit notitia, Cognitu facilis. Neque tamen et illam interpr. ferri posse nego. Γνώριμον alicubi legisse mihi videor C non simpliciter pro Eo qui notus sit, sed pro Eo qui sit clarus et celeber. Apud Aristot. Polit. 4, [4] οἱ γνώριμοι distinguuntur ἀπὸ τοῦ δήμου, dicunturque δήμου εἶδη esse, οἱ γεωργοί, τὸ περὶ τὰς τέχνας, τὸ ἀγοραῖον κ. τ. λ., at γνωρίμων εἴδη esse, πλοῦτος, εὐγένεια, ἀρετή, παιδεία. [Ibid. 5, 8 : Ἐνδέχοιτο γὰρ ἂν καὶ τοὺς γνωρίμους καὶ τὸ πλῆθος ἔχειν ἃ βούλονται ἀμφοτέρους. Xenoph. H. Gr. 2, 2, 6 : Σφαγὰς τῶν γνωρίμων ποιήσαντες. Plut. V. Niciæ c. 2 : Τῶν πλουσίων καὶ γνωρίμων. Dio Chr. vol. 2, p. 32 : Πολίτας οὐ τοὺς τυχόντας, ἀλλὰ τοὺς γνωρίμους καὶ πλουσίους. Οἱ βέλτιστοι καὶ γνωριμώτατοι ap. Plut. V. Timol. c. 1.] In VV. LL. ponitur et Γνώριμον, tanquam substantivum, quod redditur, Fides, reique exploratæ et compertæ fiducia. Quibus verbis additur hæc exp. Græca, sine auctoris nomine, Πιστὸν καὶ ἀσφαλές· ὃ ἡμεῖς πεπείσμεθα. Sed quamvis de hac expositione, nisi locus adeatur, difficile sit judicare, quicunque ejus est auctor, non videtur γνώριμον illud pro substantivo accipere. || Γνώριμος, Notus. Sed hic me loqui scito D non jam de participio Notus, quod est Cognitus, sed de nomine Notus : i. e. de Notus quod e participio in nomen, sicut et alia quædam ap. Latinos quoque, transit, et pro Familiari ponitur (scio enim et extra hanc signif. nominis loco haberi nonnumquam), ut ap. Horat. Sat. 1, 1, Non uxor salvum te vult, non filius; omnes Vicini oderunt, noti, pueri atque puellæ. Usus est autem hoc γνώριμος et Hom., sed uno duntaxat (ut tradit ex aliis Eust.) in loco : sc. Od. H, non procul a principio, Εὔμαι', ἦ μάλα τίς τοι ἐλεύσεται ἐνθάδ' ἑταῖρος, Ἢ καὶ γνώριμος ἄλλος. Ubi annotat idem Grammaticus, discrimen poni inter ἑταῖρον et γνώριμον : ac fortasse τιμιώτερον esse ἑταῖρον quam eum qui simpliciter sit γνώριμος : fortasse etiam esse γνώριμον quiddam generalius, sub quo comprehendantur et ἑταῖρος et alii quolibet modo συνήθεις. Ergo certe illi in utroque assentior; nam latius multo γνώριμον patere quam ἑταῖρον, et majore hunc quam illum in pretio esse, varii scriptt. aperte ostendunt loci. A Ap. Dem. certe ut φίλος minus quam ξένος, ita hoc φίλος plus esse quam γνώριμος videmus, [p. 320] : Ἐκ ποίας γὰρ ἴσης ἢ δικαίας προφάσεως Αἰσχίνῃ τῷ Γλαυκοθέας τῆς τυμπανιστρίας, ξένος, ἢ φίλος, ἢ γνώριμος ἦν Φίλιππος; q. d. Tantum abest ut justa aliqua de causa potuerit illi esse ξένος, ut nec φίλος, atque adeo ne γνώριμος quidem. Sæpe autem redditur hoc γνώριμος Latina voce Familiaris. Bud. interpr. Familiaris et quicum consuevimus : afferens e Xen. [Cyrop. 5, 5, 10] : Εἴ τις κόνας, ἃς σὺ τρέφεις, θεραπεύων, γνωριμωτέρας ἑαυτῷ ἥ σοι ποιήσειε. Interdum οἰκεῖοι et γνώριμοι, nonnunquam γνώριμοι et συνήθεις copulantur : utriusque usus exemplum extat ap. Plat. Legitur enim ap. eum de Rep. 1 : Ἀπέχθεσθαι τοῖς οἰκείοις καὶ γνωρίμοις. Apud Eund. libro ejusd. operis 2, τοῖς γνωρίμοις καὶ συνήθεσι opp. οἱ ἀγνῶτες. Ita enim scribit, Οἶσθα γάρ που τῶν γενναίων κυνῶν ὅτι τοῦτο φύσει αὐτῶν τὸ ἦθος· πρὸς μὲν τοὺς συνήθεις τε καὶ γνωρίμους ὡς οἷόν τε πρατότους εἶναι, πρὸς δὲ τοὺς ἀγνῶτας τοὐναντίον. Itidem copulantur ista duo nomina ab Aristot., sed duobus his B alia duo opp.; neque enim ἀγνῶτες solum illis duobus opponit, sed ἀγνῶτες et ἀσυνήθεις : Eth. 4, 6 : Ὁμοίως γὰρ πρὸς ἀγνῶτας καὶ γνωρίμους καὶ συνήθεις καὶ ἀσυνήθεις αὐτὸ ποιήσει. Rursum autem Plato in Charmide ἀγνῶτας et γνωρίμους inter se opposuit : Τοὺς μὲν καὶ ἀγνῶτας ἐμοί, τοὺς δὲ καὶ πλείστους γνωρίμους. [Aristid. vol. 2, p. 428, 7 : Προέσθαι τὴν σαυτοῦ γνωρίμην. Lucian. Somn. 9, vol. 1, p. 12 : Συνήθης σοι καὶ γνωρίμη.] Nec vero solum γνώριμός τινι, sed et γνώριμός τινος dicebant : unde affertur etiam γνώριμος ἐμός. Peculiari magis signif. γνώριμοι appellabantur οἱ μαθηταί. [Sext. Emp. p. 392. Hemst.] Suidas postquam γνώριμοι exposuit φοιτηταί, h. l. affert, Πυθαγόρας ὁ Σάμιος γνωρίμους ἔσχε πλείους ἢ ἑξακοσίους. Quo pertinet Plut. De virt. mor. [p. 448, E] : Ἀντὶ γνωρίμων καὶ μαθητῶν ἑρασταὶ καλούμενοι καὶ ὄντες. [Cum genit. Longin. fr. 5, 2 : Ὁ τούτου γνώριμος. Strabo 1, p. 7 : Θαλοῦ γεγονότα γνώριμον καὶ πολίτην. Cum dat. Xen. Mem. 2, 3, 1 : Ἀδελφῷ μὲν ὄντε ἀλλήλοιν, ἑαυτῷ δὲ (Socrati) γνωρίμω. Dionys. De comp. verb. c. 19 : C Ἡ Ἰσοκράτους καὶ τῶν ἐκείνῳ γνωρίμων αἵρεσις. Inscr. Attica ap. Boisson. ad Max. Planud. Paraphr. Ovid. p. 263 : Ὁ γνώριμός μ' ἔστησε τὸν διδάσκαλον. || Γνώριμα παιδία, ab Hippocr. p. 256, 53 dicuntur noti et vulgares fœtus qui post legitimum novem mensium tempus eduntur, minus robusti quam οἱ δεκάμηνοι.]

[Γνωριμότης, ητος, ἡ, Cognitio, Notitia. Stob. Ecl. Eth. p. 130; Tzetz. Chil. 4, p. 76. Angl. Eustath. Opusc. p. 337, 3 : Οἰκειούμενος ἑαυτῷ μεγάλου ἀνθρώπου γνωριμότητος.]

Γνωρίμως, Familiariter, More eorum qui sunt familiares, Plane. Possint vero et aliæ interpretationes huic adverbio dari, sequendo eas quæ nomini γνώριμος datæ fuerunt. [Familiariter, apud Demosth. p. 1247, 14 : Γνωρίμως εἶχέ μοι καὶ πάλαι. Plane, Perspicue, ibid. p. 722, 15 : Ἁπλῶς καὶ πᾶσιν ὁμοίως γνωρίμως γεγράφθαι. Eurip. El. 943 : Γνωρίμως αἰνίξομαι.]

Γνώρισις, εως, ἡ, Agnitio, Actio reddendi quempiam notum alii. Plato, Πολλὴν χάριν οἶδά σοι τῆς Θεαιτήτου γνωρίσεως, Quod mihi notum et familiarem feceris Theætetum, Bud. [Plut. Mor. p. 491, B : Ἐν τε κλήσεσι καὶ γνωρίσεσιν ἡγεμόνων. Cognitio, ap. Platon. Leg. 6, p. 763, B : Φυλακῆς τε καὶ γνωρίσεως ἕνεκα πάντων ἀεὶ τῶν τόπων.]

Γνώρισμα, τὸ, Id e quo aliquem s. aliquid agnoscimus, Indicium. Synes. : Καὶ καθάπερ ἱερείου διαπεπραγμένου τὸ δέρμα λείπεται, γνώρισμα τοῦ πάλαι ποτὲ ζῴου. Lucian. [Dial. mort. 20, 4] : Ἅπαντες φαλακροί εἰσιν· ὥστε ἁπάντων εἴη τοῦτο τὸ γνώρισμα. Plut. [Mor. p. 855, B] : Οἷον ἴχνη καὶ γνωρίσματα διηγήσεως. Bud. (ut antea dixi) hoc verbale vult esse ab ea verbi γνωρίζω signif. qua ponitur pro Indico, Notum facio; exponitque Indicium : addens, ut pulsus in febre : ap. Galen. : Ταῦτα μὲν αὐτῶν τῶν ἐφημέρων γνωρίσματα. Apud Eund. : Μέγιστα μὲν δὴ τοῖς πυρέσσουσιν ἔν τε τοῖς σφυγμοῖς ἐστὶ καὶ τοῖς οὔροις γνωρίσματα. Apud Xen. quoque γνωρίσματα reddi potest Indicia, Cyrop. 2, [1, 13] : Συναριθμόσαι ταῦτα εὐπετῶς, ἢν ἔχῃ γνωρίσματα, ὥστε εὔδηλον εἶναι ἐξ ὁποίας χώρας ἕκαστον αὐτῶν ἐστίν. [Suidas s. v. Ἀππιανός : Ὅσον εἰς γνώρισμα μόνον αὐτῶν

μέμνηται, Obiter tantum.] || Γνώρισμα, Insigne, Ornamentum, Decus, Id propter quod aut res aut civitas visenda est. Bud. afferens e Greg. Naz. Oratione de Basilio, Ἄλλαι μὲν γὰρ τῶν πόλεων ἄλλοις ἀγάλλονται καλλωπίσμασιν, ὅπως ἂν οἶμαι τῶν διηγημάτων ἔχωσιν ἢ τῶν ὁρωμένων· τῇ δὲ λόγοι τὸ γνώρισμα, Propter literarum studia visitur, de Cæsarea Cappadociæ. Sic γνωρίσματα τῆς βασιλείας affertur pro Insignibus imperii. Item, Φιλοσοφίας γὰρ φέρει γνωρίσματα, ex Alex. Aphr. in præf. Probl. 2, de medicina, Insignia gestat philosophiæ. || Γνωρίσματα plur. numero, Monumenta; sed accipiendo hanc vocem Latinam in certa et peculiari signif. Terent. Eun. 4, 6, [15]: Abi tu, cistellam Pythia domo effer, cum monumentis. Ubi Donatus, Monumenta sunt quæ Græci dicunt γνωρίσματα καὶ σπάργανα. [Hesych.: Γνωρίσματα, τὰ συνεκτιθέμενα τοῖς παισὶν ἔξω τῶν περιδεραίων (codex περιδυραίων).] Cujus signif. aptissimum videtur exemplum habere iste Paus. locus, in Atticis [c. 27, 8]: Κρηπῖδας Αἰγέα ὑπὸ πέτρᾳ καὶ ξίφος θεῖναι, γνωρίσματα εἶναι τῷ παιδί. Pertinet autem potius hæc signif. ad illam cui primus locus datus est, quam ad eam cui secundus. Ceterum (ut de hoc obiter lectorem moneam) convenire optime videtur ille Terentii locus cum isto Plauti in Rudente, Quia leno ademit cistulam ei, quam habebat, ubique habebat Qui suos parentes noscere posset: veretur ne perierit. Ubi observa etiam verbum Noscere quod est γνωρίζειν, unde γνωρίσματα. [Plut. V. Thes. c. 4: Ὀνομασθῆναι Θησέα λέγουσι διὰ τὴν τῶν γνωρισμάτων θέσιν. Longus 1, 3: Κομίζει πάντα πρὸς τὴν γυναῖκα ... καὶ τὰ γνωρίσματα καὶ τὸ παιδίον· et 5: Παρέκειτο καὶ τούτῳ σπάργανα, γνωρίσματα, μίτρα διάχρυσος. Schæf. De γνωρισμάτων figura in statua pueri, Viscont. Mus. Piocl. t. 3, p. 20. Hase.]

[Γνωρισμός, ὁ, Cognitio, Agnitio. Etym. M. p. 735, 25 et Suidas s. v. Σύνθημα· Σύσσημον, λόγος ἐν πολέμῳ ἐπὶ γνωρισμῷ τῶν οἰκείων διδόμενος. Tzetz. ad Lycophr. 494: Διὰ γνωρισμὸν τοῦ πατρός. Memorat h. v. Pollux 4, 32.]

[Γνωριστέον, Cognoscendum. Aristot. p. 1180, 22, ubi var. lect. γνωστέον. Alex. Trall. 1, p. 28.]

[Γνωριστὴς, ὁ, Cognitor. Antipho p. 140, 37: Νῦν μὲν οὖν γνωρισταὶ γίνεσθε τῆς δίκης, τότε δὲ δικασταὶ τῶν μαρτύρων· νῦν μὲν δοξασταὶ, τότε δὲ κριταὶ τῶν ἀληθῶν. Seag. Γνωρίστης ap. Aquil. Deuter. 18, 11 Montef. e cod. Basil. Sed scribendum esse γνώστης intelligitur ex Aquilæ versione Lev. 19, 31; 20, 6. Schleusn. Sed tamen 4 Reg. 23, 24: Τοὺς θελητὰς, καὶ τοὺς γνωριστάς. Hase.]

Γνωριστικὸς, ἡ, ὸν, Notitiam præbens, et quasi quis dicat Notificatorius. Sed ap. Polluc. [1, 182] reddi potest Index, ubi scribit γνώμονα vocari τὸν ἀποπίπτοντα ὀδόντα τῆς ἡλικίας ὄντα γνωριστικόν. [Gregor. Nyss. vol. 2, p. 3, C: Τοῖς γνωριστικοῖς τῶν ὑποστάσεων ἰδιώμασιν· p. 5, C: Μόνας τὰς τῶν ὑποστάσεων γνωριστικὰς ἰδιότητας. || Facultatem cognoscendi habens. Iambl. Protrept. 7, p. 124: Αἴσθησις δὲ πᾶσα δύναμίς ἐστι γνωριστικὴ διὰ σώματος. Plut. Mor. p. 79, D: Γνωριστικὸς τοῦ καλοῦ καὶ οἰκείου γεγονέναι. Pollux 1, 195: Ἵππος γνωριστικὸς τῶν ἐχθρῶν. In γνωριστὸν corruptum ap. Justin. Mart. p. 98, B. G. Dind.]

[Γνωσίας, α, ὁ, Gnosias, n. pr. viri Syracusani ap. Xenoph. H. Gr. 1, 1, 29. G. Dind.]

[Γνωσιγραφία, ἡ. Apsines Ms.: Ἔτι ἀναμνήσωμεν ἐπὶ τῆς καλουμένης γνωσιγραφίας. Walz. Γνωσιγραφία ab Apsine Art. Rhet. p. 709 definitur ἀπόφασις δικαστῶν. Ernest. Lex. rhet.]

[Γνωσίδημος, ὁ, Gnosidemus, Orita apud Æschin. C. Ctesiph. p. 68, 20. G. Dind.]

[Γνωσίδικος, ὁ, Gnosidicus, Cous, Nebri, clarissimi Asclepiadarum, filius, ap. Steph. Byz. s. v. Κῶς, Hippocr. p. 1271, 32, Galen. vol. 11, p. 15. G. D.]

[Διακηρῡκεύω.] Διακηρυκεύομαι, Per caducatorem s. præconem pacem peto, de pace ago, Mitto caduceatores s. legatos de ineundo fœdere : Διὰ κηρύκων συνθήκας αἰτοῦμαι, ἢ ποιοῦμαι. [Thucyd. 4, 38 : Διακηρυκεύσασθαι πρὸς τοὺς ... Λακεδαιμονίους. Schol. : Δ. ἐν ἴσῳ μέν πως ἐστὶ τῷ ἐπικηρυκεύσασθαι, εἰ μή τις εἴπῃ τὸ μὲν διακηρυκεύεσθαι πρὸς φίλους, τὸ δ' ἐπικηρυκεύεσθαι πρὸς πολεμίους. Διακηρυκεύσασθαι Polluci inferendum 8, 138 ex cod. || Per præcones proclamo. Joann. Cinnam. Hist. 2, p. 25, B : Τὴν τοῦ σουλτὰν δῆθεν ἐπὶ τοῦ στρατεύματος διακηρυκεύεσθαι ἅλωσιν. Anna Comn. 1, p. 13, D : Τό τε διακηρυκευόμενον ὡς ἄρα ὁ Βρυένιος ἑάλω ... ἐθαρσοποίει τοὺς τέως δειλούς. Similiter 11, p. 324, C. Eadem sæpius activo utitur διακηρυκεύω : vid. ibid. p. 317, D; 322, A; 325, C; 14, p. 444, A. G. Dind.]

[Διακηρυκτικὸς, Licitator, Gl.]

[Διακήρυξις, εως, ἡ, Licitatio, Gl.]

[Διακηρύσσω, s. Διακηρύττω, Per præconem pronuntio, Prædico. Philostr. p. 603 : Ἐκπεσεῖν τῆς οἰκίας, διακηρυττομένης ἐπ' ἀγορᾶς πρὸς δραχμὰς μυρίας. Plut. V. Arati c. 10 : Δεινότης τίς ἐστιν ἀνθρώπου καὶ σύνεσις ἐν τοῖς ὑπαίθροις καὶ διακεκηρυγμένοις εὐτάρακτος φύσει. Eustath. Opusc. p. 276, 70 : Ἤσθετο δὲ τρόποις πολλοῖς, ὧν εἷς καὶ οὗτος διακεκήρυκται. || Forma media schol. Eur. Or. 488 (478) : Πάντες οἱ παλαιοὶ ... τρανῶς ἄνω καὶ κάτω τοῖς λόγοις διακηρύττονται ὡς ... Diodor. 18, 7 : Νικήσας τῇ μάχῃ διεκηρύξατο πρὸς τοὺς ἡττημένους κελεύων τὰ μὲν ὅπλα καταθέσθαι, ubi tres codd. ἐκηρύξατο.] C

[Διακιβδηλεύω, Adultero, Corrumpo. Scriptor anon. ap. Suid. s. v. Ἀδὰμ p. 80, B Gaisf. : Κἀντεῦθεν ἤρξατο φύσις ἡ τῶν ἀνθρώπων παραχαράττεσθαι καὶ διακιβδηλεύεσθαι. Joann. Cinnam. Hist. 5, p. 127, D : Σὺ μὲν ψεύδῃ τὸν ἀρχιερέα, ὁ δὲ τὸν βασιλέα διακιβδηλεύει. G. D.]

[Διακιγκλίζω.] Διακίγκλισον, Hesychio et Etym. διάσεισον, a κίγκλος, Avicula quædam quæ et σεισοπυγὶς dicitur, Lat. Motacilla : quoniam caudam perpetuo fere motitat et quatit. [Aristoph. fr. 94 : Ὀσφὺν δ' ἐξ ἄκρου διακίγκλισον ἠύτε κίγκλον ἀνδρὸς πρεσβύτου. Hippocr. p. 838, E : Δεῖ δὲ ἀεὶ πάντα τὰ ἄρθρα, ὁκόταν μέλλῃς ἐμβάλλειν, προαναμαλάξαι καὶ διακιγκλίσαι, Dimovere.] D

Διακινδυνευτέον, Periclitandum, Alea subeunda. Item Audendum. Affertur enim e Plat. Timæo [p. 72, E] : Διακινδυνευτέον φάναι, pro Non dubitandum affirmare, h. e. Audendum.

Διακινδῡνεύω, Periculum adeo, Aleam subeo. Plerumque vero pro Aleam certaminis subeo. Thuc. [8, 27 : Τῷ αἰσχρῷ ὀνείδει εἴξας ἀλόγως διακινδυνεύσειν]· 7, [47] : Ἀλλ' ἅπερ καὶ διανοηθεὶς εἰς τὰς Ἐπιπολὰς διεκινδύνευσε [διακινδυνεῦσαι]· 1, [142] : Πρὸς μὲν γὰρ ὀλίγας ναῦς ἐφορμούσας κἂν διακινδυνεύσειαν. Eand. constr. huic verbo dedit Isocr. Paneg. [p. 54, A]: Ἡ δὲ ἡμετέρα πόλις πρὸς ἅπαντας τούτους διακινδυνεύσασα. [Diodor. 3, 27 : Διακινδυνεύουσι πρὸς τοὺς ἐπιτιθεμένους.] In VV. LL. affertur διακινδυνεύω cum infin. εἰσπλεῦσαι, pro πειρῶμαι διὰ κινδύνου εἰσπλεῦσαι. [Ex Thucyd. 7, 1 : Ἐβουλεύοντο εἴτ' ἐν δεξιᾷ λαβόντες τὴν Σικελίαν διακινδυνεύσωσιν εἰσπλεῦσαι, ubi π. δ. κ. εἰσπλεῦσαι interpretatur schol. G. D.] Dicitur item διακινδυνεύεσθαι res, quæ in periculum adducitur : Dem. p. 39 [866]: Ἡ καταμίξαι τὴν προῖκα εἰς τὴν οὐσίαν τὴν Ἀφόβου τὴν οὕτω διακινδυνευθήσεσθαι μέλλουσαν. Bud. διακινδυνευόμενον, sicut et παρακινδυνευόμενον, dici scribit Quod periculose suscipitur. Idem διακινδυνευόμενα φάρμακα vertit Medicamenta e periculo petita, in Isocr. Busir. [p. 225, D] : Ἰατρικὴν ἐξεῦρον ἐπικουρίαν οὐ διακεκινδυνευμένοις φαρμάκοις χρωμένην, ἀλλὰ τοιούτοις, ἃ τὴν μὲν ἀσφάλειαν ἔχει ὁμοίαν τῇ τροφῇ. Ego aptius expressum iri puto signif. participii διακινδυνευόμενα, interpretando, Quæ cum vitæ periculo adhibentur.

Διακινέω, Permoveo, Incito. Aristoph. Nub. [477] : Διακίνει τὸν νοῦν αὐτοῦ, exp. Permove ejus mentem, Incita. [Sopater ap. Athen. 9, p. 378, C : Ἐν ὅσῳ προσέρχετ' ἐξ ἀγορᾶς ὁ παῖς, μικρὰ διακινήσω σε περὶ τοῦ πράγματος, ἵνα τῷ λαλεῖν λάβωμεν εὔκαιρον χρόνον. Plut. Mor. p. 454, F, de ira : Οὐδὲν γὰρ οὕτω τῶν παθῶν συλλεγόμενον καὶ διακινούμενον ἔχει τὴν γένεσιν ἐμφανῆ καὶ τὴν αὔξησιν.] Thuc. autem [5, 25] : Διεκίνουν τὰ πεπραγμένα, Concutiebant, Perturbabant, Bud. [Plut. V. C. Gracchi c. 10 : Ὑποπτος τοῖς ἄλλοις ὡς τὰ συμμαχικὰ διακινῶν καὶ παροξύνων κρύφα τοὺς Ἰταλιώτας.] Rursum autem ap. Aristoph. [Vesp. 688] pass. partic. διακινηθεὶς, addito dat. τῷ σώματι, de lascivo quopiam corporis motu, qui fit gesticulatione. [Demetr. De eloc. 273 : Προσπαλαίων γὰρ καλῷ παιδὶ Διογένης διεκινήθη πως τὸ αἰδοῖον. Hemst. Hesych. : Διασαυλούμενον, διακινούμενον, ἐναβρυνόμενον.] In VV. LL. affertur ex anon. auctore Διακινεῖν τὸ πεπονθὸς μόριον, ubi fortasse accipitur pro simplici κινεῖν : exp. tamen ibi Permovere partem affectam. [Διακινῆσαι de exiguo ac levi motu et agitatione dicitur Hippocrati, ut scribit Galen. Comm. 4 in l. De art. p. 654, 45 Bas. Hippocr. p. 797, E : Τούτων ὅσα ἐν τῇ χρήσει πλειστάκις διακινέεται. Conf. Διακίνημα. Foes. Plut. Mor. p. 63, D : Διακινῶν τὸ προσκεφάλαιον αὐτοῦ· 722, D : Διακινῶν τὰ σμικρότατα τοῦ ἀέρος. || « Proficiscor, quomodo Latini Moveo interdum dicunt. Apophthegm. Patr. in Antonio n. 34 : Ἐξέλθωμεν καὶ διακινήσωμεν τὴν ἔρημον. Et in Joanne Curto n. 40 : Οὗτοι οἱ μοναχοὶ ἀεὶ διακινοῦσι παρὰ τὴν ἐρυθρὰν θάλασσαν καὶ εὑρίσκουσι μαργίτας. » Ducang.]

[Διακίνημα, τὸ, Permotio. De parva luxatione ossium ap. Hippocr. p. 775, H : Τὰ ὀλισθήματα τὰ κατὰ γούνατα καὶ τὰ διακινήματα τῶν ὀστέων εὐηθέστερα πουλὺ τῶν κατ' ἀγκῶνα κινημάτων καὶ ὀλισθημάτων. Ad quem l. Galen. vol. 12, p. 259 : Ὀλισθήματα μὲν ὀνομάζει τὰς τέτταρας παραλλαγὰς τῶν ὀστῶν, διακινήματα δὲ τὰς βραχείας. Similiter Oribas. p. 141, 31 Cocch.]

[Διακινησία lectio vitiosa pro ἀκινησία ap. Alex. Trall. 9, p. 550. Schneid.]

[Διακινήσιμος scriptura vitiosa. V. Διακαινήσιμος.]

[Διακίνησις, εως, ἡ, Motio. Hesych. : Περίπατοι ... τόποι διακινήσεων. Cui Osann. in Auctar. Lex. p. 49 confert glossam Lexici Ms. Havn. : Περίπατος, διακινητήριον, ἢ αὐτὸ τὸ βάδισμα. || De luxatione ossium, i. q. διακίνημα, Galen. vol. 12, p. 456 : Κίγκλισιν ... τὴν ἐπὶ βραχὺ γιγνομένην διακίνησιν (εἶπε).]

[Διακινητήριον, τὸ, Locus in quo quis movetur; Ambulacrum. V. Διακίνησις.]

[Διάκινον, δυσκίνητον, Κρῆτες, Hesych. Et post Διακομισθείημεν, Διακόνιν (Διακόνιον Musur.), δυσκίνητον, Κρῆτες.]

[Διακιρνάω, Permisceo. Hippocr. p. 361, 1 : Τῶν δὲ πικρῶν καὶ δριμέων τοῖσι γλυκέσι διακιρνῶντα· 557, 9 : Ἐν τῷ οἴνῳ διακιρνᾶν (ὕδωρ) καὶ διδόναι. Scott.]

[Διάκις vocabulum fictitium. Etym. Gud. p. 147, 50 : Ἀπὸ τοῦ δύο γέγονε διάκις καὶ κατὰ συγκοπὴν δίς.]

[Διακιτρίον, τὸ, Cortex citri melle conditus. Simeon Sethi De cibor. facult. : Τὸ δὲ σὺν μέλιτι καὶ ἀρτύματος σκευαζόμενον, διακιτρίον ὀνομαζόμενον, θερμαίνει τὴν γαστέρα. Ducang.]

[Διακλάζω, Clamo, Vociferor. Orph. Arg. 1274 : Ἤειδον δὲ λιγὺ κλάζων δία θέσκελον ὕμνον.]

[Διάκλασις, εως, ἡ, Confractio. Jo. Chrys. De sac. 6, 2, p. 268 : Δ. φωνῆς. Routh. Id. Matth. p. 444, E : Μελῶν δ. Procl. Hypothes. p. 75, C. Hase.]

Διακλάω, Frango, Diffringo. Hesychio et Suidæ διακλῶν est διαθρύπτων [Delicatum faciens. Ad hanc

signif. referri debent Διακεκλασμένα μέλη, quorum Patres mentionem faciunt. Jo. Chrys. Hom. 10 in Ep. ad Philipp. p. 62 : Θεὸς ἐποίησέ σοι ὦτα· ταῦτα αὐτῷ πάρεχε, ἀλλὰ μὴ τοῖς διακεκλασμένοις μέλεσι μηδὲ ταῖς αἰσχραῖς ἀκοαῖς. Eodem sensu κατακεκλασμένα μέλη, ap. eund. Hom. 2 in Matth. p. 12. Suicer. Dionys. De comp. verb. 17, p. 107 R., de numero amphibrachi : Διακέκλασταί τε καὶ πολὺ τὸ θῆλυ καὶ ἀγενὲς ἔχει. Id. De adm. vi Dem. p. 1093 : Ὑπορχηματικούς τε καὶ Ἰωνικοὺς καὶ διακλωμένους (ῥυθμούς), quo loco Toupius utebatur Emend. vol. 2, p. 611, ubi Aristophani Thesm. 163 restituebat : Οἵπερ ἁρμονίαν ἐχύμισαν ἐμιτροφόρουν τε καὶ διεκλῶντ' Ἰωνικῶς. Codd. διεκίνων, Suidas διεκίνουν. Διέκνων aut διεκνῶντ' Dorvill. ad Charit. p. 560. Verum videtur aut διέκλων aut διέκνων.] A

[Διάκλεισις, εως, ἡ, Interclusio. Joseph. A. J. 18, 6, 4 : Διάκλεισιν γενέσθαι τῷ Ἀγρίππᾳ κελεύει εἰσόδων τῶν πρὸς αὐτόν.]

Διακλείω, Discludo, Intercludo, Intercipio. [Polyb. 4, 56, 6 : Χερρονήσου ... ἧς τὸν αὐχένα ... ἡ πόλις ἐπικειμένη διακλείει κυρίως· 1, 82, 13 : Διακλείων τὰς χορηγίας τοῖς περὶ τὸν Μάθω· 16, 6, 4 : Διακλείσας τὸν Ἄτταλον ἀπὸ τῶν οἰκείων νεῶν. Dionys. A. R. 11, 14 : Διέκλεισάν με τῆς εἰσόδου. Schol. Pind. Pyth. 8, 3 : Ἵνα διακλείῃ αὐτοὺς (bella) καὶ ἀπείργῃ, ad verba poetæ πολέμων ἔχοισα κλεῖδας.] Et pass. Διακλείομαι, Discludor, Intercludor, Bud. subjungens Polyb. 5, [51, 10] : Τὸ δὲ μέγιστον, ἀπέφαινε διακλεισθησόμενον τὸν Μόλωνα τῆς εἰς τὴν Μηδίαν ἐπανόδου· ib. [52] : Φοβούμενος δὲ καὶ τῆς εἰς Μηδίαν ἐπανόδου μὴ διακλεισθῇ, διέγνω ζευγνύειν τὸν Τίγριν. B

Διακλέπτω, Furto diripio et distraho. [Demosth. p. 817, 7 : Ὅσα δ' αὐτῆς διακέκλεπται καὶ ὅσα ἰδίᾳ ἕκαστος εἴληφε. Polyb. 2, 62, 11 : Ὥστε μήτε διαφυγεῖν μηδένα μήτε διακλαπῆναι ῥᾳδίως μηδέν. Diodor. 17, 74 : Τὰ διακλαπέντα καὶ ἁρπαχθέντα.] Subduco. [Thucyd. 7, 85 : Τὸ μὲν οὖν ἀθροισθὲν τοῦ στρατεύματος ... οὐ πολὺ ἐγένετο, τὸ δὲ διακλαπὲν πολύ. Plut. V. Timol. c. 29 (et similiter V. Niciæ c. 27) : Τῶν δ' αἰχμαλώτων οἱ μὲν πολλοὶ διεκλάπησαν ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν· V. Sullæ c. 22 : Μετέλλα μόλις διακλέψασα ἑαυτὴν καὶ τοὺς παῖδας. Herodot. 1, 38 : Εἴ κως δυναίμην ἐπὶ τῇς ἐμῇς σε ζόης διακλέψαι, Subducere fato, quod somnium portenderat.] Supprimo. [Plut. V. Anton. c. 84 : Σελεύκου δέ τινος τῶν ἐπιτρόπων ἐλέγχοντος ὡς ἔνια κρύπτουσαν καὶ διακλέπτουσαν (ἐν τῇ ἀναγραφῇ τῶν χρημάτων). Longin. 16, 4 : Οὐδαμοῦ νικήσαντας εἶπεν, ἀλλὰ πάντη τὸ τοῦ τέλους διακέκλοφεν ὄνομα.] Demosth. [p. 846, 10] : Διακλέπτειν τὴν ἀλήθειαν τοῖς λόγοις, i. e. πανουργεῖν et comminisci mendacia ad veritatem obruendam. Bud. Sic supra κλέπτειν τὴν ἀλήθειαν, Synes., Supprimere veritatem. [Lysias p. 175, 19 : Διακλέπτοντα τῇ ἀπολογίᾳ τὴν κατηγορίαν. Dionys. De comp. verb. p. 112 R. : Οἰκονομεῖν αὐτὰ χρὴ φιλοτέχνως καὶ διακλέπτειν τῇ χάριτι τῆς συνθέσεως τὴν ἀνάγκην, Occultare necessitatem.] At διακλέπτομαι, Declino, Lateo, VV. LL. C

Διακληδονίζομαι, Ominor, Vaticinor, Bud.

[Διακληρονομέω, Distribuo, Dispergo. Longin. 12, 4 : Ὁ δὲ Κικέρων ὡς ἀμφιλαφής τις ἐμπρησμὸς ... πολὺ ἔχων καὶ ἐπίμονον ἀεὶ τὸ καῖον καὶ διακληρονομούμενον ἄλλοτ' ἀλλοίως ἐν αὐτῷ.] D

Διακληρόω, Sorte distribuo, divido. [Æsch. Suppl. 978 : Οὕτως ὡς ἐφ' ἑκάστῃ διεκλήρωσεν Δαναὸς θεραποντίδα φερνήν.] Et pass. apud Plat. De LL. 6, p. 259 [p. 760, C] : Τούτοις δὲ διακληρωθήτω τὰ μόρια τῆς χώρας κατὰ μῆνα, ἕκαστα ἑκάστοις, Sorte dividantur s. distribuantur. Διακληροῦμαι, active quoque accipitur pro διακληρόω, Theophr. H. Pl. 9, 5, [2], de cinamomo, Διελόντες τρία μέρη, διακληροῦνται πρὸς τὸν ἥλιον· καὶ ἣν ἂν λάχῃ ὁ ἥλιος, καταλείπουσιν· ἀπιόντες δ' εὐθὺς ὁρᾶν φασὶ καιομένην ταύτην. Unde Plin. 12, 19 : Est et alia fama, cum sole dividi ternasque partes fieri, dein sorte cremia discerni; quodque soli cesserit, relinqui ac sponte conflagrare. Sic Thuc. 8, p. 272 [c. 30] : Ἐβούλοντο διακληρωσάμενοι, ἐπὶ μὲν τῇ Μιλήτῳ τῷ ναυτικῷ ἐφορμεῖν, πρὸς δὲ τὴν Χίον καὶ ναυτικὸν καὶ πεζὸν πέμψαι, schol. διαμερίσαντες κλήρῳ, Dispertientes sorte. Sæpe vero dicitur aliquis διακληροῦσθαι s. voce med. διακληρώσασθαι, pro Sortiri, et quidem in utraque hujus verbi signif., Xen. Cyrop. 6, [3, 34] : Ὑμεῖς δ' οἱ τῶν ἁρμάτων ἡγεμόνες διακληρωσάμενοι, ὁ μὲν λαχὼν ὑμῶν, πρὸ τῆς φάλαγγος, τὰ μεθ' ἑαυτοῦ ἑκατὸν ἔχων ἅρματα καταστησάτω. Appian. B. C. 2 : Τὰ δὲ ἔθνη διακληρούμενοι καὶ στρατιὰς ἐπ' αὐτοῖς, Πομπήϊος μὲν εἵλετο Ἰβηρίαν καὶ Λιβύην. Dem. [p. 1380] : Διακληρωσάμενοι πρὸς σφᾶς αὐτούς. Philo De mundo : Ἐν τῷ κόσμῳ κατὰ φύσιν ἕκαστα τῶν μερῶν διατέτακται τὰς οἰκείας διακληρωσάμενα χώρας· V. M. 1 : Δίψα καὶ πεῖνα διακληρωσάμεναι τὰς κακώσεις, ἐν μέρει προσέκειντο, Sortitæ, ut ibi exp., sed malim, Sorte partitæ inter se. || Sorte lego, deligo, Bud. in Xen. Cyrop. 6, p. 100 [c. 3, 36] : Ἐπεὶ δὲ ἐκεῖνοι ἀπεκρίναντο ὅτι οὐ καλὸν εἴη ταῦτα ὑφίεσθαι, διεκλήρωσεν αὐτοὺς, καὶ ἔλαχεν Ἀβραδάτας ἥπερ ὑφίστατο. [Appian. Civ. 2, 47 fin. Idem paucis versibus ante c. infin. : Τοῦ ἑνάτου τέλους ... τὸ δέκατον διακληρώσω θανεῖν. Parthen. c. 35 : Ἀκούσας δὲ τοῦ χρηστηρίου (ἥρωσι σφαγιάσαι παρθένον) Κύδων διεκλήρου τὰς παρθένους πάσας, καὶ κατὰ δαίμονα ἡ θυγάτηρ τυγχάνει.]

Διακλήρωσις, εως, ἡ, Distributio, quæ fit sorte, Actio ipsa legendi sorte s. deligendi, sequendo signif., quam habet διακληρόω in Xen. l. c. [Appian. B. C. 1, 35. Schæf. Porphyr. De abst. p. 34, B : Τίς γὰρ ἡ διακλήρωσις τούτου; Sors, Greg. Nyss. t. 1, p. 364, C : Δύο προτεθέντων χιμάρων ἐκ διακληρώσεως. Id. t. 2, p. 14, D et 15, B : Ἀναμένει ἐκ δ. τινὸς σχεῖν τὴν ἐξουσίαν, Ex quadam sortitione. Hase.]

Διακληταίδες, Derivationes, VV. LL.

[Διακλῑδόν, Decedendo. Theodosius p. 76, 24 Gœttl. : Τὰ εἰς δόν διὰ τοῦ ο μικροῦ ἐν τῇ ληγούσῃ καὶ η ἐν τῇ παραληγούσῃ, οἷον σωρηδὸν κωμηδὸν κρουνηδὸν, πλὴν τοῦ νοσφιδὸν ἀσπιδὸν πληνθιδὸν (πλινθιδὸν) διακλιδὸν ἀποκριδὸν διακριδόν. G. Dindorf.]

[Διακλῑμακίζω.] Διακλιμακίσας Hesychio est διαπαλαίσας : Eod. enim teste κλίμακες et κλιμακισμοὶ sunt Genus παλαίσματος, Luctæ. Idem tradunt Etym. [p. 267, 17] et Lex. meum vet. Διακλιμακίζειν igitur est Luctari cum, In lucta certare cum. [Plato com. ap. Aspas. ad Aristot. Eth. Nic. p. 58, a : Χαίροις, οἶμαι, μετάπεττεύσας αὐτὸν διακλιμακίσας τε, τὸν ὑπηνόβιον.]

[Διακλίνω, Declino. Polyb. 7, 11, 1 : Βραχὺ διακλίνας, Paululum recedens. Cum genit. 11, 9, 8 : Διακλίνειν ἐνίους ἠνάγκαζον τῆς ἀγορᾶς. Cum præpos. 6, 41, 11 : Διακλίναντες ἀπὸ τῶν πυλῶν. Cum accus. 35, 4, 6 : Τὸ δὲ μέγιστον, τοὺς νέους διακλίνειν τὰς καταγραφάς. Dio Chrys. vol. 2, p. 93 : Ὀξεῖαν καὶ ἐλαφρὰν κίνησιν πρὸς τὸ διακλῖναι (sic codex : vulgo διακρῖναι) καὶ φυλάξασθαι τὸ βέλος. Plut. V. Alex. c. 54 : Διακλῖναι τὸ φίλημα τὸν Ἀλέξανδρον.]

[Διάκλῑσις, εως, ἡ, Effugium. Plut. V. Pyrrhi c. 21 : Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι τὰς διακλίσεις ... τὰς πρότερον οὐκ ἔχοντες.]

Διακλονέω, Concutio, Perturbo, Conturbo, Valde concutio etc., ut præpositioni διὰ tribuatur vis epitatica. Hesych. διακλονῶν exp. διασείων, δονῶν : sicut ἀκλόνητος a Suida exponi dixi ἄσειστος, ἀδόνητος. [Greg. Nyss. t. 2, p. 553, D : Καὶ μόνον ψόφος πρὸ τῶν θυρῶν ἢ ὑπονοηθεὶς ἢ γενόμενος ... ἐξαίφνης τὴν ψυχὴν διεκλόνησεν. Hase.]

[Διακλονίζω, Libanii Epist. 334 glossator ap. Bloch. Miscell. Hafn. vol. 1, 2, p. 146. Boissonade.]

Διακλύζω, Colluo. [Eur. Iph. T. 107 : Κατ' ἄντρ', ἃ πόντος νοτίδι διακλύζει μέλας. Athen. 9, p. 381, B : Διακλύσας οἴνῳ. Hesych. : Διανίζει, διακλύζει.] Et pass. Διακλύζομαι, Colluor. A Diosc. 5 et 6 διακλυζόμενα dicuntur, inquit Bud., Quæ ori colluendo fiunt : ut ἐγκλυζόμενα, Quæ infunduntur clystere. Marcellus tamen in Diosc. verbo quoque διακλύζεσθαι Medicos uti ait in iis, quæ clystere ad purgationem infunduntur. [Aristot. Probl. 27, 3 : Διακλύζονται καὶ ἐπιῤῥοφοῦσι. (Id. De generat. anim. 2, 4 : Καθάπερ τὰ ἀκώνιτα τῶν ἀγγείων, ὅταν θερμῷ διακλυσθῇ.) Dioclis Epistola ap. Fabric. B. Gr. vol. 12, p. 587 : Διακλύζου τὸ στόμα ubi διαβλύζου editum. Schneid. Theophan. Nonn. vol. 1, p. 332, 338, 348. || Recentior forma Διακλύω est, de qua Ducang. : « Διακλύειν pro διακλύζειν, Os colluere, diluere, maxime usurpatur de aquæ potu, quo interdum reficiuntur monachi. Typicum Sabæ c. 19 : Εἰ δὲ οὐκ ἔστι νηστεία, πρωὶ μὲν λειτουργοῦμεν ὡς καθ' ἑκάστην καὶ διακλυόμεθα ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ. Eadem

habet Marcus Hieromon. De dubiis Typicis c. 11. Idem Typic. c. 41 : Διακλυόμεθα δὲ οἱ μεταλαμβάνοντες ὕδωρ, et iisdem fere verbis Triodium Feria 2 primæ hebd. jejun.»]

Διάκλυσμα, τὸ, Id quo colluimus, quo utimur ad colluendum, collutionem. Sed exp. et Collutio. Diosc. l. 3 [1, 53] : Ὀδονταλγίας ἐστὶ διάκλυσμα, ubi interpretatur, In dentium dolore colluitur. [|| De potu aquæ Cyrillus Scythop. in V. Sabæ c. 58 a Ducang. cit. : Ὅτι οὐκ ἔχουσι διάκλυσμα οἱ πατέρες. Conf. Διακλύζω.]

Διακλυσμὸς, ὁ, pro eodem [Διάκλυσμα]; Plin. Infusionem vertit, quum pro eo, quod scripserat Diosc., Καὶ τοῦτο δὲ μίγνυται τοῖς πρὸς ἰσχιάδα διακλυσμοῖς, scripsit, Et ipsum utile ischiadicorum infusioni. [|| De potu aquæ Typic. Irenes Aug. in Analect. Benedict. p. 232 : Ἐν δὲ τῷ ἁγίῳ σαββάτῳ ἀπέστω πᾶσα μέριμνα περισπασμὸν ἐμποιοῦσα· μόνος δὲ ὁ. γινέσθω, citavit Ducang.]

[Διακλυστήριον, τό. Suidas : Κύλιξ ῥοπαλωτὴ, τὸ παρὰ πολλοῖς διακλυστήριον. «Est Δ. Vas magnum, quo vel pocula lavabant vel vinum temperabant. Ψυκτῆρα sive ψυκτήριον vocabant Græci antiquiores. Suid. : Ψυκτὴρ, σκεῦος, ἔνθα διανίζουσι τὰ ποτήρια. Idem est διανίζειν et διακλύζειν.» Toup. Emend. vol. 1, p. 372.]

[Διακλύω. V. Διακλύζω.]

[Διακλώθω, Neo. Planud. Ovid. Metam. 12, 475 : Νῆμα τοῖς δακτύλοις διάκλωθε. Boiss. Greg. Naz. vol. 1, p. 368, B (1, 153 ed. Col.) : Βύσσον διακεκλωσμένην.]

[Διακλωπάω. V. Κλωπάω.]

Διακναίω, Corrumpo, Vitio, Fœdo. [Hippocr. p. 451, 2 : Ἡ ἀσιτίη διακναίει· 643, 50 : Ἡ δὲ νοῦσος γίνεται μάλιστα, ἢν ἐν αὐτῇσί τι διακνασθῇ· 644, 49. Foes.] Aristot. De cœlo 2, [c. 9] : Οἱ γὰρ ὑπερβάλλοντες ψόφοι διακναίουσι καὶ τῶν ἀψύχων σωμάτων τοὺς ὄγκους, οἷον ὁ τῆς βροντῆς διΐστησι καὶ λίθους καὶ τὰ καρτερώτατα τῶν σωμάτων. Hæc Bud., qui exp. etiam ἀμαυρῶ, διαφθείρω, ap. Aristoph. [Nub. 119] : Οὐ γὰρ ἂν τλαίην ἰδεῖν τοὺς ἱππέας τὸ χρῶμα διακεκναισμένος, Emaciatus, ὠχριῶν, Pallidus. [Eur. Cycl. 487 : Τίς ... δαλοῦ κώπην ὀχμάσας Κύκλωπος ἔσω βλεφάρων ὥσας λαμπρὰν ὄψιν διακναίσει;] Item Molesto, Molestia afficio. Vel etiam Tabefacio, Macero. Aristoph. [Eccl. 956] : Ἄτοπος δ' ἔγκειταί μοί τις πόθος Ὅς με διακναίσας ἔχει. Et, Διακναιομένων ἀγαθῶν [ap. Eur. Alc. 108], VV. LL., Dum calamitate premuntur. Ap. Aristoph. autem Pac. [251] : Οἷα πόλις τάλαινα διακναισθήσεται, schol. exp. διαφθαρήσεται. [Qui simul monet, ὡς ἐπὶ τυροῦ τοῦτο· nam casei mentionem præcessisse. Pherecr. ap. Plut. Mor. p. 1141, F : Ὁ δὲ Τιμόθεός με ... κατορώρυχεν καὶ διακέκναικ' αἴσχιστα. Hemst. Eur. Heracl. 297 : Ὡς δεῖν' ἔπαθεν καὶ παρὰ μικρὸν ψυχὴν ἦλθεν διακναῖσαι· Iph. A. 27 : Τοτὲ δ' ἀνθρώπων γνῶμαι πολλαὶ καὶ δυσάρεστοι διέκναισαν· Med. 164 : Ὃν ποτ' ἐγὼ νύμφαν τ' ἐσίδοιμ' αὐτοῖς μελάθροις διακναιομένους. Clem. Al. p. 269 : Τὸ σῶμα καὶ τὰς ψυχὰς αὐτῶν διακναίοντες ψευδεργίᾳ καὶ ψευδολογίᾳ. || Perfrico. Galen. vol. 1, p. 6 Bas. a Weigel. cit. : Ἀθληταὶ ... ῥοδοδάφνῃ τὰ νῶτα διακναίονται.]

[Διακνάω. Signif. propriæ, Rado, Scalpo, exempla nulla sunt. Impropr., ut διακναίω, est Corrumpo, Tabefacio. Hesych. : Διακνᾶσθαι, διαφθαρεῖν. Corr. διαφθείρεσθαι aut saltem διαφθείρειν, nisi gl. ipsa corrupta et sic corrigenda est, Διακναισθῆναι, διαφθαρῆναι. Idem : Διεκλήσθη, ἀπώλετο, ubi Albert. διεκνήσθη vel διεκναίσθη probabilius corrigit quam alii διεκλείσθη. Διέκνων Aristophani restitutum a Dorvillio notavimus s. Διακλάω. Διακνήσει ex διακναίσῃ, ut videtur, corruptum v. s. Κατακνάω. G. Dind.]

[Διακνημόω, Perdo. Hesych. : Διεκνημώσατο (cod. δισκνημάσατο, Musur. διεκ-), διέφθειρε. De quo pluribus dicetur s. Κνημόω. G. Dind.]

[Διακνήθω, Rado, Scabo. Epiph. t. 2, p. 192, A, de uro : Ὥστε τὰ μεγάλα δένδρα διακνηθόμενος τοῖς κέρασι διαπρίειν. Hase.]

[Διακνῆστι lectio vitiosa. V. Διασώχω.]

Διακνίζω, Vellicatim rumpo, Ungue dirumpo. Aristot. H. A. 7, [3], de abortu loquens, Ἐὰν δὲ τὸ κύημα εἰς ψυχρὸν ὕδωρ ἀφῇ τις, συνίσταται οἷον ἐν ὑμένι· τούτου δὲ διακνισθέντος, φαίνεται τὸ ἔμβρυον τὸ μέγεθος ἡλίκον μύρμηξ [et 6, 16 : Ἐν διακνιζομένοις καὶ διαιρουμένοις], Bud., citans alibi e Diosc. : Ἐλάτην θλάσας ἢ διακνίσας. [Meleag. in Anth. Pal. 4, 1, 32 : Βαιὰ διακνίζων ἄνθεα.] Item διακνιζόμενος in VV. LL., Scalptus. [Theophr. H. P. 3, 10, 5 : Διακνιζόμενος δὲ ὁ ἀὴρ ὁς (καρπὸς) ἔχει μίκρ' ἄττα καὶ λεπτὰ σπερμάτια.]

[Διακοιλαίνω, Excavo. Schol. Hom. Od. Δ, 438 διαγλάψασα int. διακοιλάνασα. Cyrill. Alex. in Hagg. 1, 4, p. 630 : Κοιλοστάθμους οἴκους φησὶν ὧν ... τῷ θυρῶν οἱ σταθμοὶ σιδήρῳ διακοιλαίνοιντο.]

Διάκοιλος, ὁ, ἡ, Cavus. [Diodor. 17, 115 : Ἐφειστήκεισαν Σειρῆνες διάκοιλοι. Suidas s. v. Περιπόλων ex scriptore ignoto : Ἡ δὲ (ἀσπὶς) ... οὐ στερεὸν ἐκτύπησεν, ἀλλὰ κοῖλον καὶ διάκοιλον, ipse conjecturam addens probabilem, τάχα διάκενον.] At Διακοίλη ὁδὸς, n. propr. viæ cujusdam prope Athenas, teste Herodoto [6, 103, ubi nunc recte legitur divisim, Ἥρην τῆς διὰ Κοίλης καλεομένης ὁδοῦ.]

[Διακοινήσιμος scriptura vitiosa. V. Διακαινήσιμος.]

[Διακοινοποιέω, Commune facro. Schol. Pind. Pyth. 4, 25 : Τὰ τῶν χωρῶν ἢ τὰ τῶν πόλεων καὶ τὰ τῶν ἡρωΐδων ὀνόματα διακοινοποιοῦντες. Hemst.]

[Διακοινώνησον, διασείσθητον ἐν τῇ πορείᾳ· ἔνιοι πόνησον, Hesych. ante Διακονῆσαι, corrupte. Soping. Διακόνησον, quo pacto διασείσθητι corrigendum. Kust. : «Forsan male pro Διακίνησον, διάσεισον. Sequens autem πόνησον videtur referendum ad Διακόνησον.»]

Διακοιρανέω, Regis s. Domini more obeo vel administro. Hesych. enim διακοιρανέοντα exp. βασιλικῶς ἐπερχόμενον : et ὡς κοίρανον διαπορευόμενον s. διέποντα. [Ex Hom. Il. Δ, 230 : Πολέας διακοιρανέοντα.]

[Διακολακεύω, Adulor. Schol. Eurip. Or. 713 (703) : Διακολακεῦσαι τὸν τῶν Ἀργείων ὄχλον. Med. ap. Isocr. Panath. p. 266, B : Οὔτε νῦν αἱ μέγισται τῶν Ἑλληνίδων πόλεων αἰσχύνονται διακολακευόμεναι πρὸς τὸν ἐκείνου πλοῦτον.]

[Διακολάπτω, Percudo, Gl.]

[Διακολλαὶ corrupte in gl. et ipsa corrupta Hesychii Διαφυπαί.]

Διακολλάω, Conglutino, Coagmento, Ferrumino, VV. LL. [Lucian. Hipp. c. 6 : Διάδρομος Νομάδι λίθῳ διακεκολλημένος. Figurate Gregor. Nyss. vol. 2, p. 753, C, ab Hemst. cit. : Διακολλῶντα τὴν συμβολὴν τῶν ῥημάτων καὶ συναρμόζοντα.]

[Διακόλλημα, τὸ, Glutinamentum. Phot. Lex. p. 539 : 17 : Στοιβὴν, ὡς ἡμεῖς τὸ ἀναπλήρωμα, καὶ διακόλλημα τὸ αὐτὸ τοῦτο. Εὔπολις. G. Dind.]

Διακολλητικὸς, ut ἔργα, Pollux [7, 209], In quibus utimur glutinamentis et coagmentis; item ferruminationibus et plumbaturis : Διακολλητικὰ ἔργα, γομφωτικὴ, ὁπλοποιητική. [Lectio vitiosa. V. Διακωλυτικός.]

[Διακολοβόω, Decurto. Greg. Nyss. t. 2, p. 338, D : Διακολοβῶσαι πρὸς τὸ γελοῖον τὰ μέτρα τῆς φύσεως. Id. ib. p. 336, D ; t. 3, p. 87, B. Hase.]

[Διακολουθέω, Sequor. Sext. Emp. p. 425 : Καὶ μὴν εἰ τὸ θνητὸν φαίη τις ἄνθρωπον εἶναι, διακολουθήσει τὸ καὶ τὰ ἄλογα τῶν ζῴων θνητὰ ὄντα ἀνθρώπους ὑπάρχειν. Struv.]

Διακολυμβάω, Trano, Transnato, Nando transeo. [Polyb. 5, 46, 8 : Πλειόνων δὲ διακολυμβώντων πρὸς αὐτὸν ἀπὸ τῆς ... στρατοπεδείας. Maccab. 1, 9, 48 : Διεκολύμβησαν εἰς τὸ πέραν. Schol. Plat. p. 67 (318 Bekk.) : Διανεῖν, διακολυμβᾶν, διαπερᾶν. Hesych. s. Διανηξάμενοι. G. D. Achm. Onirocr. p. 152, 30 : Διεκολύμβα ἐν τῷ ποταμῷ, χάριν πόρου ἢ λούσεως. Cyrill. Catech. p. 110, 25 : Διακολυμβήσας ὁ Πέτρος ἀναβέβηκεν. Hase.]

Διακομιδὴ, ἡ, Transportatio, Traductio, Trajectio, quæ vehendo portandove fit. Thuc. 3, [76] : Τῆς δὲ στάσεως ἐν τούτῳ οὔσης τετάρτῃ ἢ πέμπτῃ ἡμέρᾳ μετὰ τὴν τῶν ἀνδρῶν ἐς τὴν νῆσον διακομιδὴν, Postquam in insulam traducti s. deportati fuissent. Synes. : Ὅς ἐπὶ χρυσίου διακομιδῇ παρ' ὑμᾶς ἐστάλη, Ad aurum inde huc deportandum s. perferendum.

Διακομίζω, Transporto, Transveho, Portando s. Vehendo trajicio. Isocr. Paneg. [fin.] : Τὴν δὲ εὐδαιμονίαν τὴν ἐκ τῆς Ἀσίας εἰς τὴν Εὐρώπην διακομίσαιμεν. Thuc. 3, [75] : Διακομίζει ἐς τὴν πρὸ τοῦ Ἡραίου νῆσον. Polyb. [1, 20, 14] : Παραβόλως διεκόμισαν τοὺς ἄνδρας, Summa cum audacia milites transvexerunt, Bayf. [Dio Chr. vol. 2, p. 188 ab Hemst. cit. : Καὶ γὰρ ἐκεῖθεν πᾶς μὲν ὁ παραπλέων ἐμβάλλεται κέραμον, οὐδεὶς δὲ ὑγιῆ διακομίζει ῥᾳδίως. Hesych. : Διεκομισάτην, δυϊκῶς, διε-

κόμισαν.] Et διακομίζομαι, Transportor, Transvehor, Transeo, Commeo navibus. Thuc. 1, [136]: Διακομίζεται ὑπ' αὐτῶν ἐς τὴν ἤπειρον τὴν καταντικρὺ, Trajicitur. Item, Καὶ τῶν ἐπικούρων οἱ πολλοὶ εἰς τὴν ἤπειρον λαθόντες διεκομίσθησαν. Rursum 1 [immo 3, 23]: Ὁ δὲ διακομιζόμενος ἵστατο ἐπὶ τοῦ χείλους τῆς τάφρου, Qui transibat. [Plato Leg. 10, p. 905, B: Εἰς ἀγριώτερον ἔτι διακομισθεὶς τόπον· 7, p. 803, B: Τίσι ποτὲ τρόποις ξυνόντες τὸν βίον ἄριστα διὰ τοῦ πλοῦ τούτου τῆς ζωῆς διακομισθησόμεθα. Hesych.: Διακομισθεὶς, διελθὼν, βασταχθείς· et Διακομισθείημεν sine interpretat.] Διακομίζομαι [forma media] active quoque capitur pro Transveho, Transporto, Traduco. Thuc. 4: Οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι κήρυκα πέμψαντες, τοὺς νεκροὺς διεκομίζοντο, Traducebant, Transportabant ad se mortuorum cadavera. 1, [89]: Διεκομίζοντο εὐθὺς ὅθεν ὑπεξέθεντο παῖδας καὶ γυναῖκας καὶ τὴν περιοῦσαν κατασκευὴν, Transportarunt, Deportarunt inde, ubi collocarant liberos. Διακομίζω, Perfero, ea signif., qua tabellarius perferre literas dicitur, Herodian. 4, [12, 10]: Ταῦτα τὰ γράμματα ἀποσημηνάμενος μετὰ καὶ ἑτέρων ἐπιστολῶν, κατὰ τὸ ἔθος, δίδωσι τοῖς διακομίζουσιν, οὐκ εἰδόσιν ἃ φέρουσι, Perferendas dat tabellariis; 3, [5, 8]: Μεταπεμψάμενος οὖν τοὺς πιστοτάτους τῶν εἰωθότων τὰ βασιλικὰ γράμματα διακομίζειν, Tabellarios, qui regias literas perferre solebant. Synes. Ep. 133: Ταύτην γέ τοι τὴν ἐπιστολὴν Πέτρον οἶμαι διακομιεῖν, Petrum arbitror perlaturum. [|| Διακομίζειν idem q. ἀνακομίζειν, Reficere, Restaurare. Hippocr. p. 479, 28: Σιτίοισι διακομίζειν αὐτὸν μαλθακοῖσιν, ἐξ ὀλίγου ἀρχόμενος. Foes.]

Διακομιστὴς, ὁ, Qui aliquid transportat s. transvehit, transvehendo s. transportando trajicit. [Steph. B. s. v. Δειπνιάς: Τῷ παιδὶ τῷ διακομιστῇ τῆς δάφνης. Hemst.] Dicitur et de tabellario literas ad alium perferente. Synes. Ep. 141: Μὴ θαυμάσῃς εἰ διακομιστῇ δυοῖν ἐπιστολῶν ἑνὶ χρῶμαι, Si tabellario uno utar, qui binas ad te perferat literas. Idem [p. 169, D]: Ἐλαθεν ἡμᾶς ὁ δ. τῶν γραμμάτων. [Antioch. p. 1077, B: Δ. τοῦ λόγου, ut Amm. Marcell. 21, 16: Perlator epistolarum. Hase.]

[Διάκομμα, τό. Hippocr. p. 100, G: Τὰ ἐν τοῖσι ἀγκῶσι διακόμματα, Quæ in cubitis discissa sunt.]

[Διακομπέω, Jacto. Pindar. ap. schol. Aristoph. Nub. 223: Νήπια βάζεις χρήματά μοι διακομπέων. Posidon. ap. Athen. 5, p. 212, B: Ταῦτα οἱ Ἀθηναῖοι διεκόμπουν.]

Διακονάω, ήσω, Peracuo s. Exacuo.

Διακονεῖον, τὸ, Diaconium. Distinct. 23: Diaconium, quod Latini Sacrarium dicunt, quo subdiaconi non intrant, Bud. Erit igitur διακονεῖον, Locus ubi diaconi congregantur. [Conf. Διακονικόν.]

[Διακονέστερος. V. Διάκονος.]

Διᾰκονέω [Ion. Διηκονέω], Ministro, Famulor, Ancillor, Ministri seu famuli operam præsto, Ministrum seu famulum ago. [Plato Leg. 7, p. 805, E: Διακονεῖν μηδὲν διαφερόντως τῶν δούλων. Ibid. 12, p. 955, C. Eurip. Ion. 396: Διακονοῦσα κρυπτά. Aristoph. Av. 1323: Ὡς βλακικῶς διακονεῖς· οὐ θᾶττον ἐγκονήσεις;] Demosth. [p. 362]: Δεσπότῃ διακονοῦντες. Aristid.: Διακονῶν τῷ βασιλεῖ. Plut. [Mor. p. 440, B]: Ἡσκημένων καὶ μεμαθηκότων παίδων δαιτρεῦσαι καὶ ὀπτῆσαι καὶ οἰνοχοῆσαι, εἰ μὴ διάθεσις μηδὲ διάταξις εἴη πρὸς τοὺς διακονοῦντας. [Menand. ap. Athen. 6, p. 245, C: Τοὺς ἐν τοῖς γάμοις διακονοῦντας μαγείρους.] Athen. 6, [p. 264, D]: Εἴθισται γὰρ ἐν ταῖς οἰκιακαῖς διακονεῖν τοὺς νεωτέρους τοῖς πρεσβυτέροις· 5: Δοῦλος οὐδεὶς ἦν ὁ διακονήσων, ἀλλ' οἱ νέοι τῶν ἐλευθέρων ὠνοχόουν· 9, [p. 377] Euphron inducit coquum ita ministrum hortantem, Ὅταν ἐρανισταῖς, Καρίων, διακονῇς, Οὐκ ἔστι παίζειν. Matth. 4, [11]: Ἄγγελοι προσῆλθον, καὶ διηκόνουν αὐτῷ· pro quo Greg., Ὑπ' ἀγγέλων ὑπηρετεῖται. Plato De rep. 2, [p. 371, D]: Διακονεῖν πρὸς ὠνήν τε καὶ πρᾶσιν, Inservire s. Operam suam locare ad emendum et vendendum. Item ap. Plut. [Mor. p. 63, D] loquentem de vetula quadam, quæ Apelli ægroto famulabatur, Ὡς οὖν ἡ διακονοῦσα πρεσβύτις εὗρε, sc. τὸ κερμάτιον τὸ ὑποβεβλημένον τῷ προσκεφαλαίῳ. Sicut vero Ovid., Medicorum jussa ministro, Horat., Res omnes timide gelideque ministrat, ita Aristot. Pol. 7, [c. 14], διακονεῖν τὰ ἔργα. Qua fere signif. e Demosth. διακονεῖσθαι infra habes. Item διακονῶ σοι ταῦτα, Plato, Hæc tibi servitia præsto, Hæc tibi præsto veluti minister et famulus. [Herodot. 4, 154: Ἐξορχοῖ ἢ μέν οἱ διηκονήσειν ὅ τι ἂν δεηθῇ. Plato Rep. 5, p. 466, E: Πρὸς δὲ τῇ θέᾳ διακονεῖν καὶ ὑπηρετεῖν πάντα τὰ περὶ τὸν πόλεμον, ubi cum ὑπηρετεῖν conjunctum ut in locis ab Hemst. citatis, Lucian. Philops. c. 35: Δεξιῶς ὑπηρέτει καὶ διηκονεῖτο ἡμῖν· Batonis ap. Athen. 14, p. 639, F: Καὶ αὐτὸν τὸν Πελασγὸν προθύμως διακονεῖν καὶ τῶν ἄλλων τοὺς ἐν ἀξιώματι ὄντας ὑπηρετεῖν· et Athenæi ibid. C: Οἱ δεσπόται ὑπηρετοῦσι πρὸς τὰς διακονίας. Heliodor. 7, 20, p. 290: Πάντα τἀπόρρητα διὰ χειρὸς ἐχούσης, τὴν ὁμιλίαν διακονούσης. Sic idem alibi τὰ ἐρωτικὰ διακονεῖσθαι.] Διακονέομαι, Ministratur mihi, Ministri operas suas mihi præstant, Obsequiis et operis color atque observor, Bud. Matth. [20, 28]: Ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου οὐκ ἦλθε διακονηθῆναι, ἀλλὰ διακονῆσαι. Διακονοῦμαι [forma media] accipitur etiam active pro διακονῶ. [Hesych.: Διακονουμένων, ὑπηρετούντων, ἢ ἀποκρίσεις τινὰς ἐκπληρούντων. Soph. Phil. 287: Κἄδει τι βαιᾷ τῇδ' ὑπὸ στέγῃ μόνον διακονεῖσθαι, ubi schol., ἔδει με ἐμαυτῷ ὑπηρετεῖσθαι. Aristoph. Ach. 1017: Ὡς μαγειρικῶς κομψῶς τε καὶ δειπνητικῶς αὐτῷ διακονεῖται. Dio Chr. vol. 1, p. 244: Θυγάτηρ δὲ ὡραία γάμου διηκονεῖτο.] Diog. L. Diogene [6, 31]: Ἐν οἴκῳ τε ἐδίδαξε διακονεῖσθαι, λιτῇ τροφῇ χρωμένους. Athen. [14, p. 659, D]: Τὸν τοῖς τετραδίσταις διακονούμενον μάγειρον ἐν τῇ τῆς Πανδήμου Ἀφροδίτης ἑορτῇ. Et transitive, Lucian. [De merc. cond. c. 27]: Τοῖς τὰ ἐρωτικὰ διακονουμένοις, Amorum ministris, Cic. Ministri libidinis, Ministræ voluptatum artes. Apud Eund. [Lucio c. 53]: Ἡμῖν παρειστήκεισαν οἰνοχόοι, τὸν οἶνον ἡμῖν χρυσίῳ διακονούμενοι. Sic Cic. Pocula ministrare. [Priscus Exc. p. 188, 8: Λουομένῳ αὐτῷ τε καὶ τοῖς ἀμφ' αὐτὸν διηκονεῖτο· et similiter p. 192, 9; 204, 14. Paullo aliter p. 167, 3: Ἐκπέμπει Ἥσλαν, εἰωθότα τοῖς διαφόροις αὐτῷ τε καὶ Ῥωμαίοις διακονεῖσθαι, Componendis controversiis adhiberi solitum.] || Administro et gero, Bud. ap. Dem. [p. 1206, 18: Ἐὰν διὰ μακροτέρων διηγῶμαι τά τε ἀναλώματα καὶ τὰς πράξεις,] ὡς ἐν καιρῷ τε ἕκαστα καὶ χρήσιμα τῇ πόλει ἐδιακονήθησαν. Fortasse [Necessario] tamen et hic διακονεῖσθαι accipi posset pro Ministrari, Præstari: metaph sumta ab iis, qui pocula aut victum ministrant egentibus et petentibus, ut Cic. et Varro loquuntur: qua metaph. dicit Ovid. Divitias ministrare, Tibull. Vias fallendi ministrare, Virg. Furor arma ministrat. [Demosth. p. 1230, 10: Τῶν δὲ καλῶς δεδιακονημένων νῦν αὐτοῖς κελεύειν χάριν ὑμᾶς ἔχειν.] || Διακονεῖν γάμον, Ministrum agere in parandis et adornandis nuptiis, Apparare s. Instruere nuptias, eo sensu, quo Apparare et Instruere convivium dicimur, Athen. [9, p. 377, A,] e Posidippo comico de quodam coquo, Διακονοῦμεν νῦν γάμους· τὸ θῦμα, βοῦς· Ὁ διδοὺς, Ἐπιφάνης. Ubi obiter etiam nota α in h. v. produci, sicut supra in l. ex Euphrone comico cit. [De augmento Mœris: Δεδιακόνηκα Ἀττικῶς, δεδιηκόνηκα Ἑλληνικῶς· ad quem l. Pierson. p. 122: « Quanquam Attici nonnunquam augmenta geminare solent, ut in πεπαρῴνηκα pro πεπαροίνηκα, δεδιῳκηκα pro δεδιοίκηκα, alia tamen iis in διακονεῖν placuit ratio. Gramm. Bibl. Coisl. p. 499 (in Bekk. An. p. 1285): Διακονῶ ἐδιακόνουν οἱ Ἀθηναῖοι καὶ δεδιακόνηκα· οἱ δὲ κοινολεκτοῦντες διηκόνουν. Alius ibid. p. 482 (Antiattic. p. 88, 15): Δεδιακόνηκα, Δημοσθένης περὶ τοῦ ἐπιτριηραρχήματος. Hoc quidem tempus in ista oratione non reperitur, sed ἐδιακονήθησαν statim in init. (p. 1206, 18. Libri pauci διηκονήθησαν vel διεκονήθησαν.) Per η tamen Or. de cor. præf. nav. (p. 1230, 10) δεδιηκονημένων scribitur (ubi meliores libri δεδιακ- præbuerunt), ut διηκόνηκεν in Archedici fr. ap. Athen. 7, p. 294, C. (Vulgo οὐδεὶς δὲ διηκόνηκεν. Recte Valck. οὐδεὶς δεδιηκόνηκεν, nisi quod forma Attica potius restituenda. Apographum Palat. οὐδεὶς δὲ διακόνηκεν.) Sed librarii talia sæpissime pro arbitratu suo mutarunt. In Hesychio certe pro Δεδιηκόνηκε, διῳκηκε, διηκόνησε (Musuri interpolatio. Cod. Δεδηακόνικε, δ., διεκώνησε), literarum ordo postulat Δεδιακόνηκε per α. Ἐδιακόνουν usurpavit Alcæus Endymione (ap. Antiattic. p. 91, 17). Quod autem Attici δεδιακόνηκα scripserint, non δεδιηκόνηκα, ejus rei hæc

videtur fuisse causa, quod syllaba secunda in διακονεῖν natura esset longa, adeoque augmenti minus capax, similiter plane ut ἀνάλωκα pro ἀνήλωκα, quia secunda in ἀναλοῦν natura produceretur.» Ap. Eurip. Cycl. 406 : Ἐχριμπτόμην Κύκλωπι καὶ διηκόνουν, facillima correctio est καδιακόνουν. Quod de vulgaris dialecti scriptoribus dicit gramm. Coisl., verissime dicit. Apud hos enim constans est augmenti in medio vocabulo positi usus, διηκόνουν, διηκόνησα. G. Dind.]

Διακόνημα, τὸ, Opera a ministro præstita, i. e. Ministerium : Ovid. : Membra diurnis fessa ministeriis. [Plato Theæt. p. 175, E : Ὅταν εἰς δουλικὰ ἐμπέσῃ διακονήματα.] Aristot. Polit. 1, [c. 7,] dicit fuisse, qui servos διακονήματα docerent : Ἐκεῖ γὰρ, sc. Syracusis, λαμβάνων τις μισθὸν ἐδίδασκε τὰ ἐγκύκλια δ. τοὺς παῖδας, Trivialia ministeria s. officia, ut ὀψοποιητικὴν, et quæ hujusmodi sunt : sicut et Plut. supra in διακονῆσαι ponit δαιτρεῦσαι, ὀπτῆσαι, οἰνοχοῆσαι. Secundo autem libro pro ἐγκύκλια διακονήματα dicit ἐγκύκλιοι διακονίαι, ut infra videbis. || Διακονήματα, Utensilia ad supellectilem pertinentia. Apud Athen. [6, p. 274, B,] dicunt Romani : Πίλους τε ταῖς κεφαλαῖς περικείμεθα προβατείων δερμάτων δασεῖς, κεράμεα δὲ καὶ χαλκᾶ τὰ δ. κομίζομεν, κἀν τούτοις βρωτὰ καὶ ποτὰ πάντων ἀπεριεργότατα, de vasis sacrificalibus. Sic vero et διακονίαι, infra.

[Διακονῆσαι, κατεργάσασθαι, ἀπολέσαι, βλάψαι, Hesych. Recte, ut videtur, quamvis contra literarum ordinem Albert. Διακνῆσαι.]

[Διᾰκόνησις, εως, ἡ, Ministratio. Plato Leg. 1, p. 633, C, cum dativo : Αὐτοῖς ἑαυτῶν διακονήσεις.]

[Διᾰκονητέον, Ministrandum. OEcumen. Explic. in Epist. cathol. p. 78. Boiss.]

[Διακονητὴς, ὁ, Ministrator. De discipulis Christi Balsamon ad Can. 14 Concilii Neo-Cæsar. p. 797 : Εἰς τὰς λοιπὰς διακονίας τῶν προσερχομένων τῷ θεῷ παρελήφθησαν καὶ οἱ ἄνδρες, οἵτινες διακονηταὶ μὲν ἐλέγοντο καὶ μαθηταὶ τοῦ κυρίου. Suicer. Διακονηταὶ, monachi qui in monasteriis in officinis operi sibi præstituto incumbunt : vel etiam monasteriorum famuli. Joann. Mosch. in Limon. c. 158 : Κῆπον δὲ ἔχουσι διεστηκότα ἀπ' αὐτοῦ σημείοις ἕξ ... ἔχουσι δὲ διακονητὴν ἐξ αὐτῶν ἐκεῖ. Typic. Sabæ c. 5 extr. : Οἱ δὲ διακονηταὶ σχολάζουσιν ἐν ταῖς διακονίαις αὐτῶν. Ib. c. 57 extr. Balsamon in Meditato de chartophylace et Protecdico : Καὶ ἀναθεῖναι τὴν τούτων διοίκησιν τοῖς διακονηταῖς. V. Apophthegm. Patrum in Arsenio n. 32 et 37. At in Diurno Romano c. 7, tit. 17 *Diaconitæ* appellantur pauperes qui in Diaconiis alebantur. Ducang. Eustath. Opusc. p. 258, 80 : Καὶ τίς μὲν τῶν διακονητῶν ἁπλοῦς τὴν δράκα πέφυκεν εἶναι. Simplex posuit Hesych. : Κονῆται (hoc accentu), θεράποντες. || Alia forma Διακονιστὴς ap. Aster. p. 13, B ed. Combef. : nisi hoc ex διακονητὴς corruptum. G. Dindorf.]

[Διακονήτρια, ἡ, Ministra. De officialibus monasterii sæpius Typic. Irenes, p. 167 : Τῶν λοιπῶν προκρίτων διακονητριῶν· et 173, 188. Indicavit Ducang.]

Διακονία, ἡ, Ministerium, Opera s. Officium, quod a ministro præstatur, i. q. διακόνημα supra : ut διακονίαι ἐγκύκλιοι, eæd. quæ διακονήματα ἐγκύκλια supra, ut culinarii et mediastini officia, quæ quotidie nobis a ministris præstantur : peculiariter quod ad domestica negotia attinet. Aristot. Pol. 2, [6] : Τῶν θεραπόντων τούτοις μάλιστα προσκρούομεν, οἷς πλεῖστον προσχρώμεθα πρὸς τὰς διακονίας τὰς ἐγκυκλίους. Item 1 post l. in Διακόνημα cit. [1, 7] : Ὀψοποιϊκὴ καὶ τἆλλα τὰ τοιαῦτα γένη τῆς δ. Rursum 2, [3] : Ἐν ταῖς οἰκετικαῖς δ. οἱ πολλοὶ θεράποντες ἐνίοτε χεῖρον ὑπηρετοῦσι τῶν ἐλαττόνων. Plut. Sympos. 5, [p. 677, E] : Ἐγκελευόμεθα πολλάκις τοῖς διακονοῦσι θερμότερον ἅπτεσθαι τῆς δ., Calidius subire quæ imponuntur ministeria. [Strato in Anth. Pal. 12, 194 : Πρὸς μακάρων ἦγε διηκονίας. Cum dat. Aristid. vol. 1, p. 82, 21 : Ἐλέσθαι τὴν τοῖς παλαιοῖς Ἕλλησι διακονίαν, ubi figur. dicitur de opera interpretandis Græcorum veterum scriptis impendenda. G. D.] At κριοῦ διακονία proverb. est in ingratos; nam cornu aries eos quoque petit, a quibus alitur. Διακονία dicitur etiam de Publico ministerio, i. e. de Negotio publico, de Muniis publicis, de Officiis quæ reip. præstamus. Æschin. C. Ctesiph. [p. 55, 33] : Ὅσα τις αἱρετὸς ὢν πράττει κατὰ ψήφισμα, οὐκ ἔστι ταῦτα ἀρχὴ, ἀλλ' ἐπιμέλειά τις καὶ διακονία· quod postea exp. πραγματεῖαι προστεταγμέναι κατὰ ψήφισμα. Demosth. Pro cor. [p. 296 extr.] : Τῆς μέν τοι δ. τῆς ἐφ' ἑκάστοις τῶν πεπραγμένων, καὶ ἐμαυτῷ μετεῖναί φημι. Plato [Rep. 2, p. 371, C] : Ἑαυτοὺς ἐπὶ τὴν δ. τάττουσι ταύτην, Hæc sibi imponunt ministeria, Hanc provinciam sibi deposcunt. Et διακονίαι δημοσίαι ap. Pollucem [8, 115], Munera publica. Dicitur etiam de Legatione, quæ et ipsa munus publicum est. Sic vero et διάκονος et διακονίσασθαι usurpari, paulo post ostendam. Thuc. 1, [133] : Ὡς οὐδὲν πώποτε αὐτὸν ἐν ταῖς πρὸς βασιλέα διακονίαις παραβάλοιτο, προτιμηθείη δ' ἐν ἴσῳ τοῖς πολλοῖς τῶν διακόνων ἀποθανεῖν, In exsequendis iis muneribus, quorum nomine ad regem mittebatur. Item δ. ἐκκλησιαστικὴ, Ministerium ecclesiasticum, Ministerium s. Munus quod in Ecclesia nobis exequendum imponitur, præsertim vero Ministerium verbi : 2 Cor. 6, [3] : Ἵνα μὴ μωμηθῇ ἡ δ. 1 Tim. 1, [12] : Πιστόν με ἡγήσατο, θέμενος εἰς διακονίαν. Item de ministerio eorun, qui διάκονοι appellantur, Synes. Epist. 66 de quodam Alexandro, qui adolescens in monasticum ordinem se contulerat : Τῇ δὲ ἡλικίᾳ συμπροϊούσης τῆς μοναδικῆς κατὰ τὸν βίον ἑνστάσεως, ἠξιώθη μὲν ἐκκλησιαστικῆς δ., ἠξιώθη δὲ τοῦ πρεσβύτερος εἶναι. [Δ., Diaconatus, Ministerium diaconi. Clemens Constit. Apost. l. 8, c. ult. : Οὐδαμοῦ φαίνεται τοῖς μὴ ἀνήκουσι τῇ διακονίᾳ χρησάμενος· et alii sæpe. Ducang. Δ. notat quælibet spiritualia vel etiam corporalia officia, quæ fidelibus præstantur. Theophylactus in cap. 12 Ad Rom. p. 120 : Καθολικῶς πᾶν ἔργον πνευματικὸν διακονίαν νοήσεις. Ita Rom. 12, 7 Theodoret. per διακονίαν intelligit τὴν τοῦ κηρύγματος λειτουργίαν. Idem Ad Cor. 1, 16, 15 per διακονίαν intelligit πᾶσαν θεραπείαν, Omne officium, quod sanctis præstatur. Δ. eleemosynam notat Act. Ap. 11, 29 : quo sensu dicitur Ad Hebr. 6, 10 διακονήσαντες τοῖς ἁγίοις καὶ διακονοῦντες. De eleemosyna interpretatur Theophyl. p. 926. Sic Δ. pro ipsarum eleemosynarum subsidio, quo pii alii aliis ministrant accipitur Ad Cor. 2, 8, 4 teste Theodoreto p. 240 et Theophyl. p. 340. Et 9, 1 et 12, ut iterum agnoscit Theodoret. p. 244 et 246, et Theophyl. p. 396 : Ἡ διακονία φησὶ, τουτέστιν ἡ τῶν χρημάτων ἐπιχορηγία. Suicer. Διακονίαι, Ministeria quibus occupabantur monachi ac iis incumbebant, vel quibus præficiebantur ab hegumeno seu abbate eaque annua. Cyrill. Scythop. in V. S. Joann. Solitarii n. 6 : Τοῦ δὲ καιροῦ τῆς ἀλλαγῆς τῶν διακονικῶν φθάσαντος ... ταύτην μετὰ προθυμίας καὶ χαρᾶς τὴν διακονίαν δεξάμενος· 7 : Τοῦ δὲ ἐνιαυτοῦ τῆς τοιαύτης πληρωθείσης διακονίας. || Præfectura monasterii sanctimonialium. Martyrium Ms. S. Febroniæ : Ἐγὼ δὲ Θωμαΐς μετὰ τὴν κοίμησιν τῆς κυρίας Βρυένης διεδεξάμην τὴν διακονίαν. Ducang. || Famulitium. Polyb. 15, 25, 4 : Παρεισαγαγὼν ἐκ τῆς διακονίας καὶ τῆς ἄλλης ὑπηρεσίας τοὺς εἰκαιοτάτους καὶ θρασυτάτους.] || Διακονίαι, Instrumenta ad suppellectilem pertinentia, ut et διακονήματα supra : nam ὄργανον, ut Aristot. docet, est ἄψυχος δοῦλος. [Moschio ap.] Athen. [5, p. 208, A] : Ἐφ' ὧν κατεσκευασμέναι ἦσαν ξυλοθῆκαι καὶ κρίβανοι, καὶ ὀπτανεῖα καὶ μύλοι καὶ πλείους ἕτεραι δ., Aliaque ministeria, Bud. : s. potius Aliaque instrumenta, quorum ministerio quotidie utimur.

[Διακονίζω]. Pro διακονέω autem et διακονοῦμαι dicitur etiam Διακονίζω s. Διακονίζομαι, ead. signif. VV. LL. e Luciano : Ἀνθρώποις διακονίζεσθαι οἴεται. Dicuntur vero et legati διακονίσασθαι : nam ministros agunt in mandatis principum aut civitatum exequendis. Pollux 8, [138] : Καὶ τὰ ῥήματα, πρεσβεῦσαι, διακονίσασθαι [recte Kuhn. διακονήσασθαι, ut 4, 28 scriptum], ἀποπρεσβεύσασθαι, ἀντιπρεσβεῦσαι. Vide Διάκονος, Διακονία. [Locum Luciani non reperi. Sed διακονίζωextat etiam in schol. ad Nicandri Ther. 348, ubi διηκονίζοντο, pro quo tamen cod. Vat. (et Gott.) διηκονοῦντο. Bast. Conf. Διακονιστὴς, de quo s. v. Διακονητὴς dixi. G. Dindorf.]

[Διακονίκιον, τὸ, Diaconatus, Munus diaconi. Balsamon ad Can. 7 Concil. in Trullo p. 369. Ducang.]

Διακονικὸς, ἡ, ὸν, Ministratorius, Ad ministrum pertinens : ut διακονικαὶ πράξεις, Munia ministratoria;

Munera quæ ministri exequuntur. Aristot. Polit. 3, [4] : Δύνασθαι καὶ ὑπηρετεῖν τὰς διακονικὰς πράξεις. Idem Polit. 7, 14 : Διὸ πολλὰ τῶν εἶναι δοκούντων διακονικῶν ἔργων, καὶ τῶν νέων τοῖς ἐλευθέροις καλὸν διακονεῖν· ubi διακονικὰ ἔργα dixit, quæ alibi διακονήματα et διακονίας. Idem Polit. 1, [13] : Πότερόν ἐστιν ἀρετή τις δούλου παρὰ τὰς ὀργανικὰς καὶ διακονικὰς ἄλλη τιμιωτέρα τούτων. Plut. [Mor. p. 416, F] : Τὴν ἑρμηνευτικήν, ὡς Πλάτων ἔλεγεν, καὶ δ. ἀναιροῦντες φύσιν, Quum interpretem, ut ait Plato, naturam et administram removerant, Turn. || Promtus ad exequenda ministeria, Officiosus, Peritus exequendorum ministeriorum. Xen. [Œc. 7, 41] : Ἀνεπιστήμονα ... διακονίας παραλαβοῦσα, ἐπιστήμονα καὶ πιστὴν καὶ διακονικὴν ποιησαμένη. Sic Aristophan. Pl. [1168] : Καὶ πλοῦνέ γε Αὐτὸς προσελθὼν πρὸς τὸ φρέαρ τὰς κοιλίας, Ἵν' εὐθέως διακονικὸς εἶναί μοι δοκῇς. Et ap. Plat. Gorg. [p. 517, B] : Οὐδ' ἐγὼ ψέγω τούτους, ὥς γε διακόνους εἶναι πόλεως, ἀλλά μοι δοκοῦσι τῶν γε νῦν διακονικώτεροι γεγονέναι, Apti magis et idonei administratores, Ministri magis strenui, Bud. [Add. ibid. p. 517, B; 518, A.] Τὸ διακονικὸν, pro Sacrarium s. Secretarium accipi in canon. 21 Conc. Laodic. et ap. Grat. Dist. 23, tradunt VV. LL. Bud. vero Διακονεῖον in hac signif. affert supra. Alioqui τὸ δ. dicerentur Ipsi ministri, sicut τὸ στρατιωτικὸν Ipsi milites. [Τὸ δ. quibus signiff. a scriptoribus eccl. dicatur exposuit Ducang. ex quo potissima apponimus. « Διακονικὸν interdum sumitur pro Loco in ecclesia ubi consistunt diaconi, dum peragitur sacra liturgia; interdum pro Æde ab ecclesia seclusa, quæ diaconorum propria erat. Glossæ Mss. : Παραπέτασμα, τὸ δ., τὸ παρακάλυμμα. Quippe in sacra liturgia soli presbyteri erant in bemate, diaconi in solea consistebant et ad cancellos bematis, qui hic παραπέτασμα et παρακάλυμμα appellantur. Crebrius significat Ædem in qua consistere solebant diaconi adjunctam ecclesiæ, ut ap. Philostorg. 7, 3 : Τὸν δὲ ἀνδριάντα μεταστησάμενοι ἐν τῷ τῆς ἐκκλησίας διακονικῷ. || Liber ecclesiasticus Græcorum continens omnia quæ ad diaconi munus obeundum requiruntur in agenda re divina et singulis officiis, de quo, inquit Attalius, videtur intelligendus Joannes Euchaitarum metropolitanus Carm. εἰς τὸ βιβλίον τῆς διακονίας τοῦ τροπαιοφόρου, qui titulus abest ab edito p. 51. || Collecta, ita dicta quod a diacono pronuncietur, inquit Goar. ad Eucholog. p. 30, 46, 130. Eædem collectæ εἰρηνικὰ dicuntur ». Διακονικὴ ἐπιστολὴ ap. Georg. Syncell. p. 375, C.]

Διακονικῶς, Ministratorio modo, More eorum qui ministrant. Menander ap. Athen. [4, p. 172, C] : Τί τοῦτο, παῖ; διακονικῶς γὰρ, νὴ Δία, Προελήλυθας.

Διακόνιον, τὸ, Diaconatus, VV. LL. [Ædes in qua consistere solebant diaconi adjuncta ecclesiæ. Gregorius II, Papa, in Ep. 2 ad Leon. Isaur. de clericis delinquentibus : Εἰς τὰ διακόνια τῆς ἐκκλησίας ἐξορίζουσιν αὐτόν. Indicavit Ducang. Longe frequentius Διακονικὸν dicitur.] || Est et placentæ quædam species, ut Eust. docet [p. 1114, 1] : vel, ut ap. Suid. nonnulli exp., ἡ τοῦ πλακοῦντος κρηπὶς, ζωμὸς ποιὸς, μάζα. Menecles autem in Γλωσσοκόμῳ, ut idem Suid. refert, ita de eo scribit : Ἀθηναῖοι τῷ Ἀπόλλωνι τὴν καλουμένην εἰρεσιώνην ὅταν ποιῶσι, πλήττοντες λύραν τε καὶ κοτύλην καὶ κλῆμα καὶ ἄλλα τὰ [ἄλλα τινὰ Hemst. ad Aristoph. Plut. p. 386. Debebat ἀλλ' ἄττα. G. D.] κυκλοτερῆ πέμματα, ταῦτα καλοῦσι διακόνια. Similiter et Amerias esse dicit τὰ κατὰ τὴν εἰρεσιώνην τῷ Ἀπόλλωνι πλασσόμενα πέμματα. Fuisse autem Placentam aut Panis quandam speciem ex ipso carmine in Eiresionen cantari solito apparet : Εἰρεσιώνη σῦκα φέρει καὶ πίονας ἄρτους, Καὶ μέλι ἐν κοτύλῃ καὶ ἔλαιον. Sed mendi suspicione laborant verba illa, quæ e Menecle affert Suid. : ac inter alia pro πλήττοντες [quod vitium etiam in codd. Gaisfordi est] fortassis leg. πλάττοντες : nisi forte post κοτύλην inserendum φοροῦντες [Non est inserendum], retinendo πλήττοντες, at κλήματος nomine intelligendus θαλλός : quod cognosci potest ex iis, quæ de eiresione traduntur a Plut. Theseo [c. 22] et Suida ac Aristoph. schol. [ad Plut. 1055], item et Eust. ac Etym. Pherecr. ap. Athen. [14, p. 645, A] : Ὑπὸ τῆς ἀπληστίας Διακόνιον ἔπησθεν, ἀμφιφῶντ' ἔχων. [Hesych. : Δ., μᾶζα· ἢ ζωμός. Καὶ ἡ κρηπὶς τοῦ πλακοῦντος. Οἱ δὲ πέμματα ἐξαπτόμενα τῆς εἰρεσιώνης.]

Διακονὶς, Adornatio. [Hoc ex Hesychii gl. : Δ., διακόσμησις.] Textura quædam. Item Homo gracilis, VV. LL. [Hesych. : Διακονὶς· ἐπὶ ὑφῆς ἱματίου ἀνωμάλου (cod. ἀνομάλου), ὅ φαμεν κονίζειν. Καὶ ἄνθρωπος ὁ μὴ πυκνός. Qui non Homo gracilis est, sed Homo imprudens. Nihil cum hac gl. commune habet alia ejusdem gramm., Ἀδιακόνιστον, ἀναίσθητον, ἄτρωτον, quod pridem alii animadverterunt ex ἀδιακόντιστον esse depravatum, ut ap. Ælian. V. H. 13, 15, ubi libri omnes τὸ δέρμα ἔχοντα ἀδιακόνιστον. Sic φορίνην δυσδιακόντιστον dixit Ælian. N. A. 17, 44. Gl. Hesychii Toupio Em. vol. 4, p. 253 ex διακένως corrupta videbatur, collato l. Josephi A. J. 3, 7, 2 : Ζώνην πλατεῖαν μὲν ὡς εἰς τέσσαρας δακτύλους, διακένως δ' ὑφασμένην, ὥστε λεβηρίδα δοκεῖν ὄφεως. G. Dindorf.]

[Διακόνισσα, ἡ, et Διάκονος, ἡ, Diaconissa, Ministra ecclesiæ. Utriusque nominis exx. frequentissima sunt ap. scriptores eccl., quorum ll. de officiis diaconissarum collegerunt Suicer. et Ducang. || « Διακόνισσαι deinde dictæ Ætate provectiores in monasteriis ex sanctimonialibus, licet non essent ex iis quæ proprie diaconissæ appellabantur. Balsamon ad Canon. 15 Calchedon. : Διακόνισσα γὰρ σήμερον οὐ χειροτονεῖται, κἂν καταχρηστικῶς τινὲς τῶν ἀσκητριῶν διακόνισσαι λέγονται. Nempe monasteriorum præfectæ, uti attigimus in Gloss. Med. Lat. ». Ducang. V. Casp. Ziegler. De diaconis et diaconissis veteris ecclesiæ, Viteb. 1678. Sturz.]

[Διακονιστής. V. Διακονητής.]

Διακονίω, Pulvere perlino. || Διακονίομαι, [In pulvere volutor. Hippocr. Epist. p. 1293, 22, de equo Eurylochi : Ὁπότε διακονίεσθαι ἤθελεν·] Pulvere me lorico more athletæ in palæstra, Ad certamen me paro, In pulverem s. arenam descendo. Plut. [Mor. p. 970, F], loquens de cane quodam Indico : Ἐλάφου ἀφιεμένου καὶ κάπρου καὶ ἄρκτου, ἡσυχίαν ἔχοντα κεῖσθαι καὶ περιορᾶν· ὀρθέντος δὲ λέοντος, εὐθὺς ἐξαναστῆναι καὶ διακονεῖσθαι, καὶ φανερὸν εἶναι αὑτοῦ ποιούμενον ἀνταγωνιστὴν, τῶν δ' ἄλλων ὑπερφρονοῦντα πάντων. Simile quid refert Plin. 8, 40 de cane Indico, quem rex Albaniæ Alexandro dono miserat. [Addiderat his HSt. Διακονίσαι ex Hesyehio, lectionem vitiosam, de qua v. s. Διακωνέω.]

Διάκονος, ὁ, ἡ, Minister, Ministrator, Famulus, et Ministra, Ministratrix, Famula. [Æsch. Prom. 942 : Τὸν τοῦ τυράννου τοῦ νέου διάκονον. Soph. Phil. 497 : Τὰ τῶν διακόνων. Plato Gorg. p. 517, B.] Athen. [6, p. 267, C,] e libro Clitarchi, qui Γλῶσσαι inscribitur : Καλοῦνται δ' οἱ δοῦλοι ἄζοι, καὶ θεράποντες, καὶ ἀκόλουθοι, καὶ διάκονοι, καὶ ὑπηρέται· ἔτι δὲ πάλμονες καὶ λάτρεις. Aristot. Eth. 7, 6 : Καθάπερ οἱ ταχεῖς τῶν διακόνων, οἳ πρὶν ἀκοῦσαι πᾶν τὸ λεγόμενον ἐκθέουσιν. Sic Claud. dicit Celeres ministros : Hortatur celeres clamore ministros. Athen. 10, [p. 420, E,] de quibusdam, qui convivas secum adducunt : Βοῶσι, κεκράγασι, βλασφημοῦσι τὸν οἰνοχόον, τὸν διάκονον, τὸν μάγειρον. Id. 7, [p. 291, F,] e Nicomacho : Ἴσως, ὅσον διαφέρει διακόνου [Interpolatio Musuri. Recte nunc legitur ὅσον μαγείρου διαφέρει] Μάγειρος, οὐκ οἶσθ'· paulo post : Πρότερον ἀποδοῦναι σκευάσαντα μουσικῶς Διακόνου 'στὶ τοῦ τυχόντος; Ἡράκλεις, Ὁ μάγειρός ἐσθ' ὁ τέλειος ἑτέρα διάθεσις. Ubi itidem observa α in h. v. bis produci, sicut in διαφέρει, διάθεσις [De his duobus fallitur], διακονέω, ut supra admonui. Legati quoque διάκονοι appellantur sicut et διακονία supra de legatione dictum videbis, item διακονίσασθαι. [Lectio vitiosa. V. Διακονίζω.] Pollux 8, [137] : Ὁ δὲ πρεσβευτὴς εἴη ἂν καὶ ἄγγελος καὶ διάκονος· ἑτέρας δὲ χρείας, κήρυξ καὶ σπονδοφόρος· nam sicut paterfamilias ministros suos aliquo cum mandatis mittit, ita et princeps aut civitas legatum. Qua metaph. ministri verbi divini in Scriptura διάκονοι nominati esse videntur, sicut et κηρύσσειν iid. dicuntur et πρεσβεύειν. Paul. vero Ep. ad Rom. [13] Magistratus etiam appellat modo τοῦ θεοῦ διακόνους, modo λειτουργοὺς, Ministros s. Administros Dei, sc. in exequendis ejus jussis. Item 2 Cor. 6, [4] Paulus de se : Ἐν παντὶ συνιστῶντες ἑαυτοὺς ὡς Θεοῦ διάκονοι, ut Dei ministri. Item Ephes. 3, [7] : Τοῦ εὐαγγελίου διάκονος· Coloss. 1, [7];

2 Cor. 3, [6] : Διακόνους καινῆς διαθήκης. Et in malam partem in Ep. ad Gal. 2, [17] : Ἁμαρτίας διάκονος, Minister s. Ministrator peccati. Peculiariter vero διάκονοι dicebantur in Ecclesia Qui eleemosynas distribuebant pauperibus, ac eorum curam gerebant; s. Ærarii ecclesiastici œconomi : quo nomine comprehendebatur et Viduarum collegium : ii autem διάκονοι presbyteris suberant. [De usu h. v. ap. scriptores eccles. vid. Suicer.] Ceterum pro Διάκονος Ionice [ap. Herodot. 4, 71, 72; 9, 82 et] in Epigr. dicitur Διήκονος, metri fortassis gratia [non metri, sed dialecti gratia] : quamvis a comicis [immo ab omnibus Græcis] α in hoc voc. producatur, ut paulo ante admonui. [Cum α in ἀθάνατος et ἀκάματος producto componit Strabo 9, p. 419. G. D.] Ab eodem formatur comparat. Διακονέστερος, In ministrando promtior, Expeditior et celerior in ministrando et ministratoriis obsequiis præstandis, Celerior in subeundis ministeriis, quæ imponuntur. Irregularis autem compar. hic est, sicut ap. Pind. ἀπονέστατον, et ἀφθονέστατος, φιλοκτεανέστατος, ap. Hom., et alia similia. Apud Suid. in proverb. [ex Epicharmo], Φρὺξ ἀνὴρ πλαγεὶς ἀμείνων καὶ διακονέστερος. Unde Cic. in testes Asiaticos dixit: Utrum igitur nostrum aut vestrum est hoc proverbium, Phrygem plagis fieri meliorem? Non interpretatus est autem hoc διακονέστερος, quod rei præsenti non conveniret, aut non semper addi soleret.

Διακοντίζω, Jaculor i. q. simplex ἀκοντίζω. [Euseb. Pr. ev. 4, 20 : Διακοντίζει Κάρνον Ἱππότης. Nicet. Chon. Ann. p. 72, C : Τοῦ διακοντίζοντος τὸν σύνεγγυς.] Potest etiam διὰ esse ἐπιτατικὸν, sicut ἐξ in ἐξακοντίζω. Citatur autem διακοντίζω e Xenoph. Et ex Eod. διακοντιούμενος ἢ διατοξευσόμενος passive [immo forma media, Jaculando certare. Pollux 1, 175 : Διακοντίσασθαι. Xen. Cyrop. 1, 4, 4 : Ἀναπηδῶν ἐπὶ τοὺς ἵππους ἢ διακ. ἢ διατ. Theophr. Char. 27 : Πρὸς τὸν ἑαυτοῦ ἀκόλουθον διατοξεύεσθαι καὶ διακοντίζεσθαι. Joseph. B. J. 4, 3, 12 : Λίθοις βάλλοντες ἀλλήλους καὶ πόρρωθεν διακοντιζόμενοι. Synes. p. 28, D. Hesych. : Διαριπίζεσθαι, διακοντίζεσθαι. Apud Diodor. 17, 58 διηκοντίσθη meliorum auctoritate librorum in συνηκοντίσθη mutatum.]

Διάστᾰσις, εως, ἡ, Distantia, Insterstitium, Intervallum. Nonnunquam reddi etiam potest Secretio ac Diremtus, ut Cic. Plut. De def. orac. [p. 427-430 pluribus ll.] αἱ κατὰ τόπον διαστάσεις, Locorum intervalla, Loci distantia, Distantia et disjunctio ratione loci. Plato Tim. [p. 36, A] : Ἡμιολίων δὲ διαστάσεων καὶ ἐπιτρίτων καὶ ἐπογδόων γενομένων, Sesquialteris autem intervallis et sesquitertiis et sesquioctavis sumtis, Cic. Lex. p. 22. [Polyb. 1, 18, 4 : Ὀχυροποιησάμενοι τοὺς εὐκαίρους τῶν τόπων ἐν διαστάσει. Theophr. H. Pl. 8, 2, 9 : Τὸ γὰρ εἰς ἑτέραν χώραν μετενεγκόντας σπείρειν, ὥσπερ ἐκ Κιλικίας φασὶν εἰς Καππαδοκίαν καὶ ὅλως τὴν ἐπέκεινα τοῦ Ταύρου, ἧττον ἄτοπον· φανερὰ γὰρ ἡ τῶν τόπων διάστασις· et 10 : Τὰ δὲ κατὰ τὰς ἄλλας χώρας οὐ πολλὴν ἢ οὐδεμίαν τοῦ γε χρόνου λαμβάνει διάστασιν· 1, 2, 4 : Ἡ ὅλη τῶν γενῶν πρὸς ἄλληλα δ. « Δ. dicitur ubi ossa inter se diducuntur ac disparantur in luxatis. Hippocr. p. 778, E : Ἀνάγκη ὄγκον ἴσχειν τὴν διάστασιν, Diductis ossibus eam partem turgidiorem esse necesse est. Id. p. 795, A : Διαστάσιος ὀστέων. Auctor Defin. med. (vol. 2, p. 281 ed. Chart.): Δ. ἐστι τῶν κατὰ ῥαφὴν ἢ κατὰ σύμφυσιν συγκειμένων ὀστῶν χωρισμὸς ἢ διάστασις ἀπ' ἀλλήλων. Idem est διάστημα. Διαστάσιες χειρῶν ap. Hippocr. p. 397, 8 sunt Manuum porrectiones et distentiones, qualiter in convulsionibus contingit. Φλεβῶν διαστάσιες dicuntur Venarum distentiones ac amplitudines Aretæo De caus. et sign. morb. acut. 2, 2. Eidem ib. c. 7 διάστασις κενὴ dicitur Inanis ventriculi distentio, dum vomere frustra conatur. Διάστασις etiam ἀντὶ τῆς διαστολῆς ponitur in pulsus definitione Zenoni Herophileo ap. Galen. (vol. 8, p. 93) et Chrysermo (ib. p. 95). » Foes.] Aristot. Metaph. 10 : Σῶμα γάρ ἐστι τὸ πάντῃ ἔχον διάστασιν, Quoquoversus dimensionem habens et intervallum, Bud. Alibi pro eod. dicit πανταχῇ διεστηκός. Idem in Eth. 5 : Μεγίστη μὲν οὖν ἴσως δ. ἀρετὴ καὶ κακία, εἶτα πλοῦτος καὶ πενία, Maximum intervallum inter virtutem et vitium, Magno intervallo diremta sunt et dissident. [Plato Rep. 2, p. 360, E : Ἐὰν διαστησώμεθα τόν τε δικαιότατον καὶ τὸν ἀδικώτατον ... τίς οὖν δὴ ἡ διάστασις;] Plut. De def. orac. [p. 429, C] : Εἰ μὲν γὰρ ἀμιγὲς καὶ καθαρὸν ἦν καὶ ἓν, οὐδὲ ὅλως εἶχεν ἡ ὕλη διάστασιν, Nullum prorsus materia discessum secretionemque haberet, Turn. Ibid. διαίρεσιν id ipsum appellat, i. e. Divisionem, Partitionem. Aristot. Polit. : (Ἀκολουθεῖ) κατὰ τὴν ὑπεροχὴν ἥνπερ εἴληφε διάστασιν ὧν φαμὲν αὐτὰς εἶναι διαθέσεις ταύτας, Consecutionem habet proportione respondentem ad differentiam, quam habent res ipsæ mutuo compositæ, quarum affectiones esse dicimus : Bud. interprete, qui βραχυλογίαν peripateticam h. in l. esse dicit, p. 994. Idem Aristot. De part. anim. 3, [c. 7], de jecore loquens : Ἡ τοῦ σώματος δ., διφυὴς μὲν οὖσα, πρὸς μίαν δὲ συντελοῦσα ἀρχὴν, Bipartita corporis compositio. Et in VV. LL., Ἐν διαστάσει τῶν συλλαβῶν, In diversis syllabis. [Διάστασις διφθόγγου i. q. διαίρεσις ap. Etym. M. p. 171, 9, 13; 244, 29; 413, 14, 24; quibus in ll. est κατὰ διάστασιν. Ibid. p. 182, 46 : Ἄχρειος κατὰ ἔκτασιν τοῦ ε εἰς τὸ η καὶ διαστάσει τοῦ ι ἀχρήιος. De consonantibus p. 249, 20 : Δάσληρα· ... τὸ σ ἐν συλλήψει ἐστὶ μετὰ τῶν ἐπιφερομένων συμφώνων· ὅτι γὰρ οὐκ ἔστιν ἐν διαστάσει ... Sic κατὰ διάστασιν σύμφωνον ἔχειν ap. Arcad. p. 38, 13.] Item Ἐν διαστάσει κεῖται, Dirimitur ac dissidet. Aliquando videtur active accipi pro Diremtio, Distractio in duas partes, Plut. Coriolano : Κατὰ ῥῆξιν καὶ διάστασιν μοιῶν βιαιοτέραν· De def. orac. [p. 428, C : add. V. Coriol. c. 16] : Καὶ φεύγειν, ὡς ἀνυστόν ἐστι, τομὴν ἅπασαν καὶ δ., Divisionem distractionemque, Turn. [|| Διάστασις, qua σεμνότητα orationis effici dicit Aristides Περὶ λογ. πολ. p. 643, fit, quum sententiæ alicujus continuatio, membro in medium interjecto, interrumpitur, τὸ ἐξᾶραι εἰς τὴν σεμνότητα ἡ δ. διὰ μέσου ἐπιχειρεῖ. De alio genere διαστάσεως, quæ in vitiosa et injucunda verborum structura cernitur, v. s. v. Διίστημι. Ernest. Lex. techn. rhet.] || Dissidium, Animorum disjunctio. Aristot. Polit. 4, [c. 17] : Ὅπου γὰρ πολὺ τὸ διὰ μέσου, ἥκιστα στάσεις καὶ διαστάσεις γίνονται. [Eadem conjungit Plato Leg. 5, p. 744, D : Ἐν πόλει ... τῇ τοῦ μεγίστου νοσήματος οὐ μεθεξούσῃ, ὃ διάστασιν ἢ στάσιν ὀρθότερον ἂν εἴη κεκλῆσθαι.] Thuc. 6, [18] : Μὴ ὑμᾶς ἡ Νικίου τῶν λόγων ἀπραγμοσύνη καὶ διάστασις τοῖς νέοις ἐς τοὺς πρεσβυτέρους ἀποστρέψῃ, Nec avocare vos a proposito debet oratio Niciæ, quæ quietem suadet, dissidiumque inter juvenes et senes quærit. || In VV. LL. i. etiam esse dicitur q. ἔκτασις, Mutatio in iis, quæ degenerant et a priore natura desciscunt, ἐκτροπὴ, μεταβολὴ καὶ ἀλλοίωσις : sicque interpr. ap. Theophr. C. Pl. 4, [5, 4] : Ὥστ' ἐκ τῆς ὑπερβολῆς ἡ διάστασις [Schneid. μετάστασις ex Gazæ interpretatione], de lino, quod scribit ἐξαιροῦσθαι, i. e. ἐκστῆναι τοῦ γένους, ejusque naturam μετακινεῖν : ut δ. hic sit, quam alibi μετάστασιν appellat. At paulo ante, Μεγάλη γὰρ ἡ δ., in prima accipitur signif. pro διάστημα, Generum distantia, differentia. || Apud Antiphontem pro διακόσμησις accipi tradit Suid. [Plenius Harpocr. : Δ., Ἀντιφῶν Ἀληθείας β' « περὶ τῆς νῦν κρατούσης διαστάσεως », ἀντὶ τοῦ διακοσμήσεως τῶν ὅλων.] || Δ. vocabatur etiam, ut Pollux [8, 127] tradit, ἡ δραχμὴ, ἣν ἐλάμβανον οἱ διαιτηταὶ παρὰ τοῦ κρίνοντος, ἐγγράψαντος αὐτοῦ ἐν γραμματείῳ τὸ ἔγκλημα καὶ τὸ τίμημα. [Recte ex codd. correctum παράστασις, quod v.]

Διαστασμὸς, ὁ, Distantia, Separatio, VV. LL. [Scriptura vitiosa pro διασπασμός. G. Dind.]

Διαστατέω, Disto. Exp. etiam διαστασιάζω, Dissidiis implico, Ad dissidia concito. [Διαστατῶν lectio vitiosa pro διάστατον notabitur s. v. Διάστατος.]

[Διαστάτης, ὁ, Diremtor. Hesych. : Δίορον, διαστάτην.]

Διαστατικὸς, ἡ, ὸν, Dirimendi vim habens. Plut. [Mor. p. 952, B] : Τὸ μὲν πῦρ διαστατικόν ἐστι καὶ διαιρετικὸν, Dirimit ac dissipat ignis, Turn. [V. Pomp. c. 53 : Καὶ πάντα τὰ πράγματα σάλον εἶχε καὶ λόγους διαστατικοὺς, Ad seditionem incitantes. || Diogen. L. 4, 33, de Arcesilao : Ἦν δὲ ἀξιωματικώτατος καὶ συνηγμένος καὶ ἐν τῇ λαλιᾷ διαστατικὸς τῶν ὀνομάτων, Nomina distincte pronuntiabat. Quod ὄγκον καὶ δίαρμα τῶν ὀνομάτων dicit Plut. V. Toup. ad Longin. 40, 2.]

[Διαστατικῶς, Divisim, i. q. κατὰ διάστασιν s. διαίρεσιν. De diæresi ηυ diphthongi Apollon. in Bekk. An. p. 560, 6 : Διασαττικώτερόν φαμεν τὸ γρηΰς. G. D. Distincte, Per intervalla. Porphyr. Sentent. p. 241, 9 : Ὅθεν ὁ μὲν κόσμος τῷ νοητῷ ὁ. πάρεστι· τὸ δὲ ἀσώματον τῷ κόσμῳ ἀμερῶς καὶ ἀδιαστάτως. Hase.]

Διαστατὸς, [ἡ, ὸν et Διάστατος, ὁ, ἡ], Distans, Diremtus. [Plut. Mor. p. 1023, B : Ἀπεφήναντο τὴν ψυχὴν ἰδέαν εἶναι τοῦ πάντη διαστατοῦ κατὰ ἀριθμὸν συνεστῶσαν. Gregor. Thaumat. p. 44, D : Τὸ δὲ σύνθετον τριχῇ διαστατόν. G. D.] Philopon. [et Plut. Mor. p. 882, F] : Τὸ τριχῇ διαστατὸν σῶμα, i. e., ut alibi exp., τὸ ταῖς τρισὶ διαστάσεσιν ὁριζόμενον. Bud. p. 475. [|| Harpocrat. : Διαστῆσαι, ἀντὶ τοῦ διαταράξαι καὶ οἷον ἀδύνατον ποιῆσαι... Μένανδρος Χήρᾳ, Βοῶν ποιείτω τὴν πόλιν διάστατον, Clamore urbem perturbet. Apte Meinek. comparat Theopomp. ap. Athen. 11, p. 485, F : Περίστατον βοῶσα τὴν κώμην ποιεῖ. Ceterum ap. Harpocr. codices διαστατῶν, quod ex διαστατὸν corruptum, quo accentu etiam in l. Athenæi περιστατὸν scriptum est in codice. Recto accentu Valesius διάστατον. Διαστάτους lectio corrupta ap. Hesych., quam in διστάτους mutant critici. G. D. || Adverb. Διαστατῶς, Divisim. Iamblich. De myster. p. 73, 5 : Τὸ θεῖον οὐ διαπεφοίτηκεν οὕτω ὁ. (interpres, Secundum distantiam) καὶ μεριστῶς ἐν τοῖς αὐτοῦ μετέχουσιν, ἀλλ' ὡς παρέχον ἔξωθεν καὶ ἐπιλάμπον τὴν πηγὴν, πληροῖ δυνάμεως αὐτὴν ἀφ' ἑαυτοῦ μαντικῆς. Wakef. Proclus in Plat. Cratyl. p. 60 : Ὅτι τὸ μέγα ἐπὶ τῶν θεῶν οὐ ὁ., ἀλλὰ νοερῶς ἀκουστέον. Osann. Porphyr. Sent. p. 220, 10 : Πανταχῇ ἐστὶν (incorporea), οὐ ὁ. ἀλλ' ἀμερῶς. Hase.]

[Διασταυρόω, Vallo munio. Dio Cass. 41, 50 : Τὰ μὲν διεσταύρου, τὰ δὲ ὑπετείχιζε καὶ διετάφρευε. Forma media Thucyd. 6, 97 : Διασταυρωσάμενος τὸν ἰσθμόν.]

[Διασταχύζω, Inspico, Gl.]

[Διαστέατον, medicamentum quod antiquiores medici διὰ στέατος dicunt, ap. Alex. Trall. 6, p. 88. V. Στέαρ.]

[Διαστεγάζω, Contego. Anna Comn. 13, p. 381, C : Τὰς πλευρὰς διαστεγάσαντες βύρσαις βοείαις. Elberl.]

[Διαστείβω, Pervado, Permeo. Pindar. ap. Sext. Emp. p. 23 : Τέρπεται δὲ καί τις ἐπ' οἶδμ' ἅλιον ναῒ θοᾷ σῶς διαστείβων. Ubi Bentl. διαστείχων restituit. Hemst. Nonnus Dion. 36, 239 : Οἰκτρὸν ἐὸν θνήσκοντα διαστείβων ἑλατῆρα κείμενον ἀρτιδάϊκτον.]

Διαστείχω, Pervado, Permeo, Pertranseo, Vado per, Eo per. Euripid. Andr. [1091] : Ἀγαμέμνονος δὲ παῖς διαστείχων πόλιν, Vadens per urbem. [Et 1093 : Ὅς διαστείχει θεοῦ χρυσοῦ γέμοντα γύαλα.] Ubi nota cum accus. construi : Nonnus vero genitivo junxit, dicens [Jo. p. 62, 18, coll. 128, 34] διαστείχοντα θαλάσσης, Per mare vadentem. Nisi potius disjunctim scr. διὰ στείχοντα θαλάσσης. [Id. Dion. 34, 2 : Διέστιχεν ἐς ῥάχιν ὕλης. Pindar. Isthm. 3, 27 : Ματρόθε Λαβδακίδαισιν σύννομοι πλούτου διέστειχον τετραοριᾶν πόνοις· ubi alii libri διέστιχον, quod vitium ap. Coluth. 211 correxit Lennep. : Ἔνθα διαστείχουσα κινύρεο. Ap. Hesych. inter Διαστήτην et Διαστοιχισάμενος glossæ positæ sunt sex hæ : Διαστίχειν, διαπορεύεσθαι. Διαστίχονται, διαπορεύονται. Διαστήχοντι, διαστήσαντι. Διαστιχῶν, διαπορευόμενος. Διαστιχοῦσα, διαπορευομένη, διερχομένη. Διαστιχοῦσι, διαπορεύονται. Quas Musurus omnes ad verbum Διαστείχω revocavit præter tertiam, ubi Διαστήχοντι in Διαστήκοντι mutavit : sed literarum ordo postulat ut ad formam Διαστίχω referamus, de qua dicetur s. v. Στείχω. In secunda gl. memorabilis est formæ mediæ usus, qui mihi tam suspectus videtur ut remoto isto διαστήσαντι, quæ alius est voc., velut διαστείλαντι, interpretatio, ex duabus glossis unam esse putem faciendam, Διαστίχοντι, διαπορεύονται. Quæ Dorica forma est pro διαστίχουσι. Apud Theocr. 27, 68 : Χὰ μὲν ἀνεγρομένα διέστιχε μᾶλα νομεύειν, probabilis est Brunckii conj. διαπέστιχε, non ferenda edit. Florentinæ interpolatio γε διέστιχε. G. Dind.]

Διαστέλλω, Mando dimissis huc illuc nuntiis; simpliciter Mando, Edico. Quomodo accipi potest h. l., qui affertur e Levit. [5, 4] : Διαστέλλων τοῖς χείλεσι καλοποιῆσαι, ubi tamen exp. Proferens labiis ut bene agat. [Diodor. Exc. p. 619, 80 : Τοὺς δὲ πρὸς αὐτὸν πρεσβεύοντας ἐπὶ Λυσιμαχίαν ἐπιτακτικῶς αὐτῷ διαστέλλειν περὶ τούτων.] Et pass. Διαστέλλομαι, Mandor, Edicor. Ad Hebr. 12, [20] : Οὐκ ἔφερον γὰρ τὸ διαστελλόμενον, Non enim ferebant quod mandabatur, imperabatur. Non raro activa signif. præsertim in aor. med. Matth. 16, [20] : Διεστείλατο τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ ἵνα μηδενὶ εἴπωσιν, Mandavit ne cui dicerent, Interdixit ne nemini dicerent. Sic Marc. 9, [9] : Διεστείλατο αὐτοῖς ἵνα μηδενὶ διηγήσωνται ἃ εἶδον· 5, [43] : Διεστείλατο αὐτοῖς πολλά. Sic Act. 15, [24] : Οἷς οὐ διεστειλάμεθα, Quibus non mandavimus et injuximus. Præt. imperf. etiam active itidem, Marc. 8, [15] : Διεστέλλετο αὐτοῖς, λέγων. Cum infin. jungitur in libro Judith, Διεστείλατο μὴ φαγεῖν, Mandavit s. Interdixit ne comederent. Eadem signif. Areth. utitur Comm. in Apoc. p. 968, διαστέλλεσθαι sc. accipiens pro Mandare, Jubere, Præcipere. Bud. Itidem τὰ διεσταλμένα pro Mandata accipi posset et in h. l., qui affertur ex 2 Macc. [14, 28] : Τὰ διεσταλμένα ἀθετεῖ· qui tamen sic vertitur, Irrita facit quæ convenerant. Nisi forte referendum id est ad Διαστέλλομαι, quod signif. Nominatim excipio, Stipulatione caveo : ut a Polyb. accipitur [3, 23, 5] : Ὑπὲρ δὲ Σικελίας τἀναντία διαστέλλονται ῥητῶς, ὑπὲρ αὐτῶν τούτων ποιούμενοι τὰς συνθήκας, ὅσα τῆς Σικελίας ὑπὸ τὴν Καρχηδονίων πίπτει δυναστείαν, Nominatim cavent quatenus Carthaginensium ditio et imperium patet, Bud. || Διαστέλλω, Diduco. Greg. Naz. : Ἀνευρύνει τὸν περὶ τὸ στόμα πόρον, ἑκατέρωθεν περὶ τὸ ἄσθμα τὰς παρειὰς διαστέλλουσα, describens τὸν γέλωτα, Oris foramen aperit, utrimque anhelitui genas diducens. Itidem et in Hippiatr. : Ἄριστον δὲ ἐμφυσᾶν οἴνῳ διαστέλλοντα τὸν ὀφθαλμὸν, Diductis genis oculi. Unde Medicorum ille διαστολεύς. [Sæpe etiam de dilatatione cordis et arteriæ s. pulsu dicitur, oppositum habens συστέλλεσθαι. V. Galen. vol. 8, p. 95 et seqq.] Item, Divido, Separo, Distermino, i. q. διαχωρίζω, διορίζω : qua signif. accipitur 3 Reg. 8, [53] : Σὺ διέστειλας αὐτοὺς σεαυτῷ εἰς κληρονομίαν ἐκ πάντων τῶν λαῶν τῆς γῆς, Separasti tibi eos in hæreditatem ex universis populis terræ. Itidem Suidæ διαστελλόμενος, διαχωριζόμενος. Hesychio διαστέλλεται, διαμερίζεται, ἀφορίζεται· διασταλήσονται, ἀφορισθήσονται. [|| Hesych. : Διεσταλμένα, κατεσκευασμένα. Quæ gl. refertur ad Jerem. 22, 14 : Ὠκοδόμησας σεαυτῷ οἶκον σύμμετρον, ὑπερῷα ῥιπιστὰ διεσταλμένα θυρίσι. || De interpunctione schol. Hom. Il. I, 110 : Λόγος αἱρεῖ διαστέλλειν ἐπὶ τὸ εἶξας· N, 260 : Οὐκ ἀπίθανον διαστέλλειν ἐπὶ τὸ ἓν πρὸς τὸ σαφές.] Cui subjungi potest Διαστέλλω, Determino, Definio, Limito, Suis terminis et finibus describo : ut fit interdum in contractibus : qua signif. διορίζω quoque accipitur. Gen. 30, [28] : Διάστειλον τὸν μισθόν πρός με, Defini et constitue mercedem, qua tibi serviam. [Dio Chrys. vol. 2, p. 275 : Οὐ γὰρ ῥᾴδιον διαστεῖλαι τὸ τοιοῦτον. Sic Reisk. Libri διαστῆναι.] Cum quo διαστέλλειν affinitatis aliquid habet Διαστείλασθαι, significans Præcise cavere, s. Præcise et verbis conceptis denuntiare et testari, ut non solum Polyb. accipit p. 43 [3, 23, 5 ?], sed et Ezech. 3, [18], teste Bud. [Hesych. : Διεστείλατο, διεσαφήσατο.] Alioquin exp. etiam Aperio, Patefacio, Laxo : quæ signif. finitima est superiori, qua accipitur pro Diduco. Plut. [Mor. p. 182, D], de Antigono : Τῇ βακτηρίᾳ τὴν σκηνὴν διαστείλας, Quum baculo tentorium aperuisset, amoto sc. velo quo ostium obtegebatur. Ubi Diducendi etiam signif. habet. Cui subjungi potest Διαστείλασθαι, Explicare : ut apud Aristot. Pol. 2, [8] : Ἐπεὶ δὲ τούτου πεποιήμεθα μνείαν, ἔτι μικρὰ περὶ αὐτοῦ διαστείλασθαι βέλτιον· q. l. citans Bud. p. 147 Comm. annotat, Διαστέλλεσθαι i. esse q. διορίζεσθαι et διαιρεῖσθαι, et διαστέλλειν i. q. διορίζειν et διαιρεῖν, Disputare, Disceptare et explicare. [Plato

Rep. 7, p. 535, B : Ποῖα δὴ διαστέλλει; « Polyb. 12, 16, 7 : Τὸν δὲ διαστείλασθαι τὸν νόμον, φήσαντα... 23, 9, 10 : Προφερομένου τοῦ στρατηγοῦ πάσας τὰς συμμαχίας καὶ κατὰ μέρος ἐν ἑκάστῃ διαστελλομένου... 16, 28, 5 : Τούτου χάριν ἐν ἀρχαῖς τῆς πραγματείας διεστειλάμην, φήσας, etc. Conf. Διαστολή. » Schweigh. Diodor. 11, 38 : Περὶ δὲ τῆς ἑαυτοῦ ταφῆς ἐνετείλατο διαστελλόμενος ἀκριβῶς τηρῆσαι τὸ νόμιμον.] Significat etiam Distinguo : quo modo διορίζειν quoque et διαιρεῖν interdum usurpantur. Philo V. M. 3 : Ἀναφέρει τῷ θεῷ τὴν διαπόρησιν, ὃν ᾔδει μόνον καὶ ἀψευδέσι καὶ ἀπλανεστάτοις κριτηρίοις τὰς κατὰ μικρὸν διαφορὰς διαστέλλοντα, Quem unum sciebat nec mendacibus nec errantibus judiciis exigua rerum discrimina distinguere, Turn. [Plato Euthyd. p. 295, D : Ὅτι μοι χαλεπαίνοι διαστέλλοντι τὰ λεγόμενα, βουλόμενός με θηρεῦσαι τὰ ὀνόματα περιστήσας· Politici p. 265, E : Ταύτην δὴ δεῖ καθάπερ τὰ ἔμπροσθεν, ὡς ἔοικεν, ἡμᾶς δίχα διαστέλλειν. Ammon. p. 5 de formis αἰτῶ et αἰτοῦμαι : Μένανδρος ἐν τῷ Ὑμνίδι διαστέλλει. (Sic ibid. p. 59.) Quod Eranius Philo p. 159 dixit διαστέλλει τὴν διαφοράν, quomodo Ammonius quoque loquitur s. v. αἰδὼς p. 5 et Strabo l. infra afferendo. Strabo 10, p. 453 : Τῷ γὰρ ἐπιθέτῳ τὴν ὁμωνυμίαν διέσταλται (corr. διέσταλκεν vel διέστειλεν), ὡς οὐκ ἐπὶ τῆς πόλεως, ἀλλ' ἐπὶ τῆς νήσου τιθεὶς τοὔνομα· et paullo post : Ἀπολλόδωρος τοτὲ μὲν ἐν τῷ ἐπιθέτῳ λέγων διεστάλθαι τὴν ὁμωνυμίαν.... Forma media ib. p. 466 : Μικράς τινας αὐτῶν πρὸς ἀλλήλους διαφορὰς διαστελλομένων. Sic libri meliores : edd. vett. διαστελλόντων. Cum genit. Clem. Al. Strom. 2, p. 449 : Διαστέλλοντες τὸ ἀγαθὸν τοῦ δικαίου.] || Distendo, Bud. ap. Philopon. in Procl. : Γίνεται γὰρ ἐν τοῖς σώμασι καὶ ἀπογίνεται τὸ μέγα καὶ τὸ μικρὸν, τοῦτ' ἔστι, διαστέλλεται τὰ σώματα καὶ συστέλλεται. Sed id referri potest ad superiorem signif. Diduco. Idem Bud. Διαστέλλω interpr. Decerno, Destino, ap. Josuam 20, [7]. || In VV. LL. afferuntur et hæc. E Levit. [22, 21] : Διαστείλας εὐχὴν, pro Votum solvens. Et ὅρασις διαστέλλουσα ex 1 Reg. 3, [1], Visio manifesta. [Διαστείλαντος inusitata signif. dictum ap. Polyb. 18, 30, 11 ex διαστάντος esse corruptum s. v. Διΐστημι dicetur. G. Dind.]

[Διάστενος, ὁ, ἡ, Angustus. Διάστενος βάσις ap. Galen. Defin. med. vol. 2, p. 273 bis deinceps.]

Διάστερος, ὁ, ἡ, Stellis distinctus, Stellatus. Metaph. Lucian. [Amor. c. 41] : Στεφάνη λίθοις Ἰνδικοῖς διάστερος, pro Corona gemmis Indicis stellata, s. veluti stellis distincta.

[Διαστεφανόω, Corono, Cingo. Theophyl. Simoc. Hist. 2, p. 36, C : Διαστεφανοῖ εὐθὺς τὸ ἐχύρωμα. G. D.]

[Διαστεφὴς, ὁ, ἡ, Coronatus, Redimitus. Schol. Arist. ap. Mai Coll. 1, 3, p. 42 : Καρκίνοις τὴν κεφαλὴν δ. (Thetis). Hase.]

[Διαστήκω, Disto, Persto, Gl.]

[Διαστηλόω, Columnæ infigo. Joseph. Genes. p. 50, C : Τὸ ἄγαλμα δ... κατὰ κίονα διεστήλωτο. G. Dind.]

Διάστημα, τὸ, Interstitium, Intervallum, i. q. διάστασις. [De intervallo loci, ut manipulorum, apud Polyb. 11, 22, 10 : Διαδεξάμενος... διὰ τῶν διαστημάτων ἐν ταῖς σημαίαις εἶσω τοὺς ἀκροβολιζομένους. Longin. De subl. 9, 4 : Τὸ ἐπ' οὐρανὸν ἀπὸ γῆς δ. De intervallo temporis Polyb. 9, 1, 1 : Τοῦ τετραετοῦς διαστήματος, ὃ φαμὲν δεῖν ὀλυμπιάδα νομίζειν. Hippocr. p. 25, 26 : Ὅκως ἐν διαστήμασι μηδὲν λανθάνῃ σε, quod Foes. interpretatur, Ne interea dum absens es quicquam te lateat.] Plato Timæo, Διπλάσια καὶ τριπλάσια διαστήματα, Dupla et tripla intervalla, Cic. Ibid. διαστάσεις nominat. Chrysost. : Ἐκ πολλοῦ τοῦ διαστήματος νικᾶν, Longo intervallo superare. Athen. 5 : Πάντες ἐν διαστήμασι βεβῶτες, Certis interstitiis firmati. [11, p. 488, E : Οὐ πολὺ ἀπ' ἀλλήλων διεστῶσαι διάστημα.] Plut. [Mor. p. 389, E : Ἆρ' οὐχὶ πολλῶν, μᾶλλον δὲ ἀπείρων διαστημάτων ὄντων,] τὰ μελῳδούμενα διαστήματα πέντε μόνα εἰσί· δίεσις καὶ ἡμιτόνιον, καὶ τόνος, καὶ τριημιτόνιον καὶ δίτονον, Modulata quoque tot intervalla sunt, diesis, hemitonium, tonus, sesquitonus, ditonum. Diastemata etiam quidam e Latinis ea vocant intervalla et spatia vocis, quibus acuta et gravis includitur : e quibus fiunt systemata. Sicut vero idem Plut. [Mor. p. 513, C] dicit διαστήματι περιγραφόμενον, ita Lucian. [De salt. c. 37] : Διαστήματι περιωρίσθω. [Frequens usus vocabuli ap. mathematicos et musicos, ut Euclid. in libro De sectione canonis quavis fere pagina et in Introd. harm. p. 1 : Διάστημα δέ (ἐστι) τὸ περιεχόμενον ὑπὸ δύο φθόγγων ἀνομοίων ὀξύτητι καὶ βαρύτητι.... Σύστημα δέ ἐστι τὸ ἐκ πλειόνων ἢ ἑνὸς διαστημάτων συγκείμενον· et iisdem fere verbis Thrasyllus ap. Theon. Smyrn. Music. c. 3. Aristoxen. p. 15 : Δ. δέ ἐστι τὸ ὑπὸ δύο φθόγγων ὡρισμένον μὴ τὴν αὐτὴν τάσιν ἐχόντων. Plutarchi exx. collegit Wyttenb. in indice. Utuntur eodem scriptores Latini, quorum inter locos memorabilis est propter prosodiam Sidonii versus 15, 64 : « Sic placidam Paphien servare diastema quintum ». || I. q. δίαρμα, Elatio, Sublimitas. Longin. De subl. 40, 2 : Διὰ μόνου τοῦ συνθεῖναι καὶ ἁρμόσαι ταῦτα ὅμως ὄγκον καὶ διάστημα καὶ τὸ μὴ ταπεινοὶ δοκεῖν εἶναι περιεβάλοντο. Quod ὄγκον καὶ δίαρμα dicit Plut. Mor. p. 853, C. Aristidem Quintil. 2, p. 84 comparat Toupius, Μεγέθει τῶν διαστημάτων ἐξῄρει (l. ἐξῆρε) τὸν λόγον (Homerus in versibus ibi allatis).] Διάστημα, Interstitium, Intervallum, dicitur ap. Hippocr. quum ossa, quæ citra commissuram naturaliter se contingunt, affectu aliquo diducuntur et divelluntur. [Conf. Διάστασις.] Galen. Gloss. [p. 456] exp. διάστημα Corporum ipsorum compositionem lanis similem. Gorr.

Διαστηματίζω, Paulisper subsisto et cesso. Differt ab ἀποστηματίζω, quod est Resisto, Absisto, ut fit in fine periodi. Bud. e Gaza. [Joseph. Genes. p. 58, D : Ὁ δὲ καθηγεμὼν τῶν σχολῶν διαστηματίζων μίλιον ἓν τὴν παραδρομὴν ἐσκευάζετο. G. D.]

Διαστηματικὸς, ἡ, ὄν, Intervallatus, Intervallis discretus [Gregor. Nyss. vol. 1, p. 106, A : Πᾶσα δὲ ὕλη ἐν διαστηματικῇ παρατάσει καταλαμβάνεται. G. D.] : φωνὴ, Vox intervallata, h. e. Quæ cum intervallo suspenditur, quemadmodum in cantionibus et in legendis versibus heroicis : cui opp. συνεχὴς, Cæl. Rhod. 5, 24. Martian. Capella l. 9 triplicem esse vocis rationem scribit, Continuam, velut colloquium; divisam, s. diastematicam, quam in modulatione servamus; mixtam, qua carmina recitantur. [Διαστηματικὴ κίνησις ap. Aristox. Elem. p. 9, 10. Idem p. 294 ed. Morell. : Ὥσπερ οὖν ἐν τοῖς διαστηματικοῖς στοιχείοις τὸ μὲν κατὰ μέρος ῥητὸν ἐλήφθη..., In elementis eorum quæ intervallis distinguuntur. Alypius p. 1 : Τῶν ἐμμελῶν καὶ διαστηματικῶν φθόγγων. Διαστηματικὴ φωνὴ autem quæ dicatur pluribus explicat Gaudentius Introduct. harmon. p. 2. G. Dind.]

[Διαστηματικῶς, Per intervalla. Psell. Schol. in Orac. Chald. p. 108 : Μὴ δ. νοήσῃς, Ne metiaris intervallorum distantia. Joseph. Genes. p. 38, A : Ἀμυδρά τε φωνὴ δ. ἐξ αὐτοῦ διηκούετο. G. D. Gregor. Nyss. t. 2, p. 399, A : Ἐπειδὴ γὰρ ἡ ἀνθρωπίνη ζωὴ δ. κινουμένη ἀπό τινος ἀρχῆς εἴς τι τέλος προϊοῦσα διέξεισιν· et ib. p. 312, C : Δ. ἔκ τινος εἴς τι... διοδεύουσα. Hase.]

Διαστηματιστέον, Paulisper subsistendum. Bud. e Gaza 4 fin.

Διαστηρίζω, Stabilio, Fulcio, Firmo. [Hippocr. Epist. p. 1280, 25 : Μόλις δ' οὖν διαστηριζόμενος διῆλθον. Philipp. Thessalon. Anth. Pal. 6, 203 : Ἀμφίχωλον ἀρτεμὲς σκέλος θερμὴ διεστήριξεν Αἰτναίη λιβάς. Nonnus Dion. 36, 369. Apud Suid. : Διερειδόμεθα, στηριζόμεθα, codex Bruxell. διεστηριζόμεθα præbet.]

[Διαστὴς, ὁ, gentile a Διον, quod v.]

[Διαστί. Dio Chrys. vol. 1, p. 315 : Ποτὲ μὲν αἰολίζειν, ποτὲ δὲ δωρίζειν, ποτὲ δὲ ἰάζειν, ἀλλὰ καὶ διαστὶ διαλέγεσθαι, Sermone Jovis loqui. Sic Casaub. librorum scripturam ἰαστὶ emendavit.]

Διαστίζω, Distinguo punctis et notis. Aristot. Rhet. 3, [5] : Τὰ γὰρ Ἡρακλείτου διαστίζειν, ἔργον, διὰ τὸ ἄδηλον εἶναι ποτέρῳ πρόσκειται, τῷ ὕστερον ἢ τῷ πρότερον, Punctis et ὑποδιαστολαῖς distinguere, Bud. Idem Bud. διαστίζειν pro In punctum desinere, affert e Themist. in Post. 44. [Stob. Ecl. phys. p. 162, 55 (vol. 2, p. 58 Heer.) : Πλάτων δὲ διέστιζε πρῶτος τὸ κατ' ἄνδρα καὶ βίον ἰδιάζον, Discrimen tradidit. Hemst. Theodoret. vol. 4, p. 145 : Μὴ διαστίζῃς τὴν τοῦ σώματος καὶ τῆς θεότητος φύσιν. G. D. Nonnus Dion. 28, 130 : Ξανθὰ διαστίζουσα κατάρρυτα νῶτα κονίης. Wakef. || Glossæ Basilic. : Τί διαφέρει τὸ διαστίζειν τοῦ γινώσκειν δικαιώματα; τὸ μὲν γινώσκειν λέγεται ἀναγινώσκειν

καὶ καταγινώσκειν, τὸ δὲ διαστίζειν τὸ ἀντεξετάζειν τὰς λήψεις καὶ τὰς δόσεις.]

[Διαστικὴ, ἡ, Ars textoria. Theodos. Gramm. p. 53, 26 : Καὶ τεχνοειδὲς μέν ἐστιν ἡ δ. τῶν ἀραχνῶν. G. D.]

[Διαστικτέον, Distinguendum, Interpungendum. Schol. Soph. El. 834.]

[Διαστίκτης, ὁ, Distinctor, Gl.]

[Διαστίλβω, Mico (Gl.), Pelluceo. Aristoph. Pac. 567 : Αἵ τε θρίνακες διαστίλβουσι πρὸς τὸν ἥλιον· fragm. ap. Polluc. 10, 116 : Διαστίλβονθ' ὁρῶμεν ... πάντα τῆς ἐξωμίδος. Plut. Mor. p. 497, E : Συμπεφυρμένον γῇ ... ὅμως διαστίλβει τὸ χρυσίον.]

Διάστιξις, εως, ἡ, Distinctio quæ punctis fit s. notis, i. q. διαστολή. Ambo sunt vocc. grammaticorum. [|| Distinctio, Discrimen. Jo. Zonar. In Epist. Canon. p. 106, A : Πέτρος πολλὰς διαστίξεις τῶν ἀρνησαμένων τὴν πίστιν ποιεῖται ἐν τοῖς αὐτοῦ κανόσι καὶ διαφόρους τοὺς τῶν ἐπιτιμίων χρόνους ἐπ' αὐτοῖς ὁρίζει. Theophil. Instit. 1, 12, 219, p. 122 : Τὸ εἰρημένον ... ἔχει τινὰ διάστιξιν· εἰ μὲν γὰρ πατήρ ἐστιν ὁ τελευτήσας.... G. Dind.]

[Διαστιχίσας lectio corrupta ap. schol. Luciani vol. 1, p. 396 in uno libro : alii διασχίσας. Illud ex duabus lectionibus, διαστήσας et διασχίσας, confusis ortum videri monuit Hemst.]

Διαστοιβάζω, Instipo, Constipo. [Herodot. 1, 179 : Ταρσοὺς καλάμων διαστοιβάζοντες. Jo. Cinnam. 5, p. 119, B : Εἴργαστο μὲν ἅπας (ὁ δίφρος) χρυσοῦ, λίθων δὲ ἀνθράκων καὶ ὑακίνθων ἄφθονόν τι ἀπανταχόθεν τούτου διεστοίβαστο χρῆμα. Medium e Pselli Opusc. p. 50 suæ ed. indicat Boiss. G. Dind.]

Διαστοιχίζω, Ordine colloco et dispono. [Bito De machinis p. 111 : Εἶτα διαστοιχιζέσθω (ἡ σαμβύκη) ὥστε τοὺς ἐπιβαίνοντας ἄνδρας τεθαρρηκότως ποιεῖσθαι τὴν ἀνάβασιν. Interpres, Gradatim disponatur. Schneid.] Unde particip. διαστοιχισάμενος Hesychio ἀκολούθως διαθέμενος, διαταξάμενος. [Idem, Διεστοιχίζετο, διετίθετο ἐν στοίχῳ καὶ τάξει διήρει (διήρει ex alia gl. illatum deleo)· ἀπὸ τῶν εἰς τοὺς σηκοὺς εἰσαγόντων τὰ (καὶ codex) ποίμνια καὶ διακρινόντων ἐκ τῆς νομῆς ἑκάστῳ τὰ ἴδια. Æsch. Prom. 230, de Jove : Δαίμοσιν νέμει γέρα ἄλλοισιν ἄλλα καὶ διεστοιχίζετο ἀρχήν. G. Dind.]

Διαστολεὺς, έως, ὁ, instrumenti chirurgici nomen, quo utuntur in diducendo ore ægrotantis, aut matrice, aut aliis quæ συμμύοντα volunt διαστέλλειν. Alio nomine διαστομωτρὶς μήλη dicitur, a διαστομόω significante i. q. διαστέλλω. [Paul. Æg. 6, 78, p. 205, 49.]

Διαστολὴ, ἡ, Distinctio, Divisio, Discretio, Disparatio, Distractio, διάκρισις, διαίρεσις Hesychio. [Tabulæ Heracl. p. 272, 46 : Ἐπὶ τὰν διαστολὰν τὰν ἀπὸ τᾶς ποθόδω τᾶς κοινᾶς ἀγώσας ἐς τὰν Ἑκατόνπεδον· 273, 54 : Ταύτᾳ τᾷ μερίδι ποτεδασσάμεθα ἀμπέλων τὰν πράταν διαστολάν· et sic ibid. p. 274, 60; 275, 65. Plut. V. Cicer. c. 1 : Ἐν τῷ πέρατι τῆς ῥινὸς διαστολὴν ἀμβλεῖαν εἶχεν ὥσπερ ἐρεβίνθου διαφυήν· V. Niciæ c. 19 : Παροικοδομῶν εἰς διαστολὰς ἀπέκοψε τὸν ἐκείνων περιτειχισμόν. Oribas. p. 98 : Ἐν διαστολῇ, In interstitio (duplicis ossis).] Suidæ non solum διαχώρισις, sed etiam ἔξοχή, ap. Polyb. [36, 6, 5] : Οὐ χρὴ θαυμάζειν εἰ φιλοτιμότερον ἐξηγούμεθα τὰ κατὰ τὸν Σκιπίωνα, καὶ πᾶν τὸ ῥηθὲν ὑπ' αὐτοῦ μετὰ διαστολῆς ἐξαγγέλλομεν. Nisi forte accipiendum hic sit pro Explicatio. Nam interdum eam habet signif. [1, 15, 6 : Διαστολῆς οὐ προσδεῖται· 16, 14, 2 : Ἄξιος διαστολῆς, Qui meretur ut enucleatius de eo verba faciamus. 2, 40, 5 : Μετὰ διαστολῆς ποιεῖσθαι τὴν ἐξήγησιν, ubi oppos. ἐπικεφαλαιοῦσθαι. 3, 7, 4 : Τὴν ἐπιπλεῖον διαστολὴν πεποίημαι περὶ τούτων· 21, 1, 5 : Οὐ προσδέχεται τὴν διαστολὴν ἡ σύγκλητος, Illam distinctionem senatus non admisit, Nihil sigillatim definitum voluit. Schweigh. Galen. vol. 11, p. 14 : Καλεῖν δὲ εἰώθασι (οἱ ἐμπειρικοὶ) διαστολὰς μᾶλλον ἢ διορισμοὺς τοὺς ἀπὸ τοῦ κοινοῦ τὸ ἴδιον ἀποκρίνοντάς τε καὶ χωρίζοντας λόγους. || Distinctio. Plut. Mor. p. 1079 : Διαστολῇ χρήσεσθαι, τὸ μὲν ὅλοσχερὲς τιθέντας. Etym. M. p. 198, 23 : Βιός· ὀξύνεται τὸ τόξον διὰ τὴν πρὸς τὸν βίον διαστολήν· 271, 9 : Δι' ἀσπίδεος ... τινὲς μὲν ἀπὸ τοῦ α ποιοῦνται τὴν διαστολὴν ἵν' ᾖ δι' ἀσπίδεος πεδίου. De separatione duorum vocabulorum per comma, ambiguæ lectionis vitandæ caussa, Porphyr. in Villois. Anecd. vol. 2, p. 118 : Διαστολὴ δέ ἐστιν, ὅταν διαστείλαι καὶ διαχωρῆσαι (scr. διαχωρίσαι) ὀφείλωμέν τινα λέξιν ἀπ' ἀλλήλων οἷον, ἔστιν, ἄξιος. Quo cavetur ne quis ἔστι Νάξιος legat. Hanc alii gramm. ὑποδιαστολὴν vocant, quod v. Sæpissime Interpunctionem significat, ut ap. schol. Hom. Il. M, 434 : Οὐδέποτε γὰρ ὁ ἐννεαδέκατος χρόνος τοῦ ἔπους διαστολὴν ἔχει.] Est alioqui etiam Dilatatio, Diductio, Extensio : oppositum habens συστολή. Estque διαστολὴ, Figuræ apud gramm. nomen, qua syllaba aliqua præter naturam extenditur, s. producitur, proferturque ore διεσταλμένῳ, Diducto et dilatato, quum tamen sit pronuntianda συνεσταλμένῳ, Contracto : διακοπὴν alio vocari nomine aiunt. Cui opp. συστολὴ, Qua syllaba aliqua natura sua longa corripitur : a διαστέλλεσθαι, significante Corripi. || Apud Medicos autem διαστολὴ est Motus cordis et arteriæ, quo dilatatur in longum, altum, et latum. Pars enim pulsus est, cor atque arteriam a corde proficiscentem attollentis et velut explicantis : illud quidem, ut a pulmone aerem frigidum attrahat, quo contemperetur et alatur, hanc vero, ut spiritum vitalem intromittat : quo per singulas partes postea diffuso, calorem nativum earum augeat atque tueatur. Gorr. [Galen. Defin. med. vol. 2, p. 255 : Δ. ἐστιν ἄρσις καὶ οἷον ἐπανάστασις καρδίας καὶ ἀρτηριῶν καὶ ἐγκεφάλου καὶ μηνίγγων κατὰ μῆκος καὶ πλάτος καὶ βάθος αἰσθητὴ πρὸς τὴν ἔπαρσιν τῆς ἁφῆς. Οἱ δὲ οὕτως· Διαστολή ἐστι διαίρεσις καὶ οἷον ἐπανάστασις καρδίας καὶ ἀρτηριῶν κατὰ μῆκος καὶ κατὰ πλάτος αἰσθητὴ πρὸς τὴν ἄρσιν τῆς ἁφῆς. V. eund. vol. 8, p. 95 et seqq. Plut. Mor. p. 903, F : Τὸν οὖν πνεύμονα νομίζει (Ἡρόφιλος) μόνον ὀρέγεσθαι διαστολῆς καὶ συστολῆς φυσικῶς· et ib. p. 964, B.] || Item διαστολὴ interdum ponitur pro διάλυσις, Pacificatio et reconciliatio animorum. Polyb. [5, 37, 3] : Ἔδωκεν αὐτὸν ὁ Νικαγόρας εἰς τὰς διαστολὰς [Lectio vitiosa pro διαποστολὰς] καὶ τὰς ὑπὲρ τῶν πίστεων συνθήκας.

[Διαστόλιον, τὸ, i. q. διαστολεύς. Hippiatr. p. 63 : Ἐγκλυζέσθω ὀξυκράτῳ διὰ τῶν ῥινῶν καὶ διαστόλιον θεὶς καὶ τὸν διωστῆρα μέλιτι χρίσας. G. Dind.]

[Διαστόλως, Constanter. Theophyl. vol. 4, p. 122.]

[Διαστομαλίζομαι, Convitior. Hesych. : Διεστομαλίζετο, ἐλοιδόρησε, κακῶς εἶπεν.]

Διαστομόω, Diduco ore patefacto, i. q. ἀναστομόω et διαστέλλω. [Aristot. H. A. 10, 2 : Θιγγανόμενον ἔσται τὸ στόμα μαλακώτερον ἢ πρότερον καὶ μὴ διεστομωμένον φανερῶς. Et inferius : Ληξάντων δὲ τῶν γυναικείων διεστομωμένον ἔστω σφόδρα καὶ ξηρόν.]

Διαστόμωσις, ἡ, Diductio et apertio oris, Quum os s. ostium diducitur. Alex. Aphr. [Probl. 1, p. 278, 27. Sed recte codd. διαστολῆ. Schneid.]

Διαστομωτρὶς μήλη, Specillum quo os clausum aperitur et diducitur, διαστολεύς. [Galen. Lex. Hipp. p. 456.]

Διαστοχάζομαι, Conjector, Conjectationibus augur-ror. [Hesych. : Διατεκμαίρει, διαστοχάζεται, σημειοῦται. Sic Musurus. Codex διαστοχάζει, de quo v. s. v. Διατεκμαίρομαι.]

Διαστράπτω, Fulguro. Proprie sonat, Diffulguro. [Cum tmesi Mosch. 2, 86 : Ὅσσε δ' ὑπογλαύσσεσκε δι' ἴμερον ἀστράπτοντε. Apollinar. Ps. 17, 62 : Ἄμμι διαστράψοι δνοφερὸν κνέφας ἐκ σέθεν αἴγλη. Scholiasta Maximi Confess. vol. 1, p. 178 : Πάντων τῶν ὄντων ... τὴν ... γνῶσιν διαστράπτον ἀποφαίνεσθαι πέφυκεν τῆς ἀληθείας τὸ φέγγος. G. Dind.]

[Διάστρατα. V. Δέστρατα.]

[Διαστρατεία, ἡ, Expeditio, si fides habenda Eusebio Præp. ev. p. 478, B, afferenti locum Josephi Contra Ap. 1, 2 : Τῆς Περσῶν ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα διαστρατείας. Sic certe codd. Josephi et ed. Bas. Hodie edd. στρατείας. Hase.]

[Διαστρατεύομαι, Emereor stipendia. Dio Cass. 58, 18 : Τοῖς διαστρατευσαμένοις, Veteranis.]

Διαστρατηγέω, Munus imperatoris obeo. [Plut. V. Syllæ c. 24 : Νῦν δ' ἐν Περγάμῳ καθήμενος ὃν οὐχ ἑώρακε διαστρατηγείτω πόλεμον (Διεστρατήγουν τὸν πόλεμον, Eunap. ap. Suid. s. v. Βαλλάντιον. Boiss.)· V. Phoc. c. 25 : Ὡς δὲ προστρέχοντες ἀλλαχόθεν ἄλλος διεστρατήγουν (In partes ducis se inferebant : quod alibi παραστρατηγεῖν dicitur) καὶ συνεβούλευον αὐτῷ τὸν λόφον καταλαβεῖν ... Similiter V. Marcelli c. 29 : Πολὺς ἐν τῷ στρατοπέδῳ τῶν Ῥωμαίων λόγος ὡς χρὴ τὸ χωρίον κα-

ταλαμβάνειν, καὶ διεστρατήγουν ὅσα πλεονεκτήσουσι τοὺς πολεμίους· V. Æmil. c. 13 : Λόγῳ πολλὰ διαστρατηγοῦντα τῶν ἀπράκτων· et V. Pyrrhi c. 16. Polyb. 16, 37, 1 : Ταῦτα διεστρατήγει καὶ περιεβάλλετο τῇ διανοίᾳ. Et cum accus. personæ 22, 22, 9 : Διεστρατήγουν (Dolo petebant) τοὺς Ῥωμαίους. « Polus Pythag. ap. Stob. Flor. p. 105, 50 (vol. 1, p. 245) : Τὰν ὅλαν ἀρχὰν διαστραταγοῦσα. » Hemst. Dio Cass. 54, 33 : Ἐπειδὰν διαστρατηγήσῃ, Peracta prætura.]

[Διαστρατοπεδεύω lectio vitiosa librorum plurium Diodori 19, 50.]

Διαστρεβλόω, itidem i. q. στρεβλόω, i. e. Torqueo, Torto s. Tormentis distraho. Æschin. [p. 85, 38] : Τὸν αὐτὸν ἄνδρα διεστρέβλωσας τῇ σεαυτοῦ χειρί. [|| Detorqueo interpretando. Petr. Sic. Hist. Manich. p. 58, 30 : Ἑκάστης λέξεως νόημα ... διαστρεβλοῦσα. Hase.]

[Διάστρεμμα, τὸ, Distortio. Hippocr. p. 94, B : Ἐν τοῖσι πλευροῖσι διαστρέμματα ἔχουσι· et 748, D. Scott. [|| Perversa quæstio. Anast. Sin. Hodeg. p. 222, 29 : Ἐν πᾶσι τοῖς λοιποῖς τῶν ἐναντίων πρὸς ἡμᾶς προβλήμασι καὶ διαστρέμμασιν. Hase.]

[Διαστρεπτέον, Distorquendum. Clem. Al. Strom. 3, p. 532 : Ἔπειτα καὶ δ. αὐτοὺς τὰ ὑπ' αὐτῶν φερόμενα διαλύοντας. Kall.]

Διαστρέφω, Distorqueo. Pass. Διαστρέφομαι, Distorqueor : διαστραφῆναι τῷ βάρει, Præ ponderis gravitate distorqueri : ut ea quæ rigida solidaque firmitate onus aliquod sustinere nequeunt, sed inflectuntur s. distorquentur et cedunt. Item ligna et materies διαστρέφεσθαι dicuntur, i. e. Distorqueri s. Torquere : quod quibus non accidit, ἀστραβῆ nominantur, ex eo, quod rigorem fortissime servent et minime torqueantur : cujus signif. ex. e Theophr. afferam in Στροφεύς, una cum Plin. interpr. Idem itidem de materia quæ intorquetur et depravatur, H. Pl. 5 : Ἀπαλότητα μὲν οὖν ἔχειν φασὶ, χείριστα δὲ πρὸς τὰς ἐργασίας· διαστρέφεται γὰρ μάλιστα, Præ ceteris enim torquentur, nec rigorem firmiter servant, παραστρέφονται : sicut ibid. διεστραμμένα et παρεστραμμένα ξύλα [H. Pl. 5, 5, 4, C. Pl. 5, 17, 2] synonymos dicit Quæ torta et depravata sunt, opponens eis τὰ ἀστραβῆ. [Plato Protag. p. 325, D : Ὥσπερ ξύλον διαστρεφόμενον καὶ καμπτόμενον εὐθύνουσιν ἀπειλαῖς.] Oculi etiam alicui διαστρέφονται, Distorquentur, ut Horat. Nutans, Distorquens oculos. Aristot. Probl. [10, 43] : Διὰ τί τῶν ζώων ἄνθρωπος ἢ μόνος ἢ μάλιστα διαστρέφεται; respondet, Quia vel solus vel præ ceteris animantibus ἐπίληπτος ἐν τῇ νεότητι γίνεται, ὅτε καὶ διαστρέφεσθαι συμβαίνει πᾶσι, Oculis distortis esse, Bud. afferens et hunc l. Aristoph. Eq. [173], ubi Demostheni dicenti, Ἔτι νῦν τὸν ὀφθαλμὸν παράβαλλ' εἰς Καρίαν Τὸν δεξιὸν, τὸν δ' ἕτερον εἰς Καρχηδόνα, respondet ἀλλαντοπώλης his verbis, Εὐδαιμονήσω γ' εἰ διαστραφήσομαι, Si oculos distorsero. Schol. ibi διαστραφήσομαι exp. στρεβλωθήσομαι τοὺς ὀφθαλμούς. Unde διεστραμμένοι, Distorti : quibus Cic. opp. Formosos; seu, Quibus oculi perversi et distorti sunt, depravati sunt per limitatem, ut Gaza vertit. Et in Hippiatr. : Ἢν διαστρέφωνται, Si oculi eis pervertantur, ut Celsus loquitur. [De oculis sæpe Hippocrat., ut p. 94, C : Οἱ ὀφθαλμοὶ διεστράφησαν. Διαστρέφεσθαι χεῖλος ἢ ὀφθαλμὸν ἢ ῥῖνα, p. 127, G. Eadem notione τὰ διεστραμμένα, Membra corporis distorta, p. 744, C et H. Conf. Διάστρεμμα et Διαστροφή. Foes. Plato Gorg. p. 524, C : Κατεαγότα εἴ του ἦν μέλη ἢ διεστραμμένα. Pausan. 5, 18, 1 in arca Cypseli sculptos fuisse ait Mortem et Somnum, ἀμφοτέρους διεστραμμένους τοὺς πόδας.] Collum quoque alicui διαστρέφεται, Distorquetur et sinistro flexu pervertitur ac depravatur : ut ap. eund. Aristoph. Av. [176] Pisthetæro dicenti, Περίαγε τὸν τράχηλον, jubentique modo βλέπειν κάτω, modo ἄνω, upupa respondet, Νὴ Δία ἀπολαύσομαί γ', εἰ διαστραφήσομαι. Sed et crura alicui διαστρέφονται, Distorquentur : unde ap. Horat. Crura distorta : ut schol. Aristoph. Pac. [279], ubi poeta dicit, Ἀποστραφῆναι τοῦ μετιόντος τὼ πόδε, annotat, quod ibi dicitur ἀποστραφῆναι, alias dici διαστραφῆναι, i. e. κλασθῆναι, Distorqueri et frangi. Metaph. etiam usurpatur, Ps. 17, [26] : Μετὰ στρεβλοῦ διαστρέψεις, Cum perverso perversus eris, ubi nisi neutraliter accipiamus s. passive hoc διαστρέψεις, scribendum foret potius διαστρέψῃ. [Æsch. Suppl. 1017 : Εἰ γάρ τι μὴ θεοῖς βεβούλευται νέον, ἴχνος τὸ πρόσθεν οὐ διαστρέψω φρενὸς, Animum non mutabo. Eurip. fr. Pirithoi ap. Stob. Flor. 37, 15 : Τὸν μὲν γὰρ (τὸν χρηστὸν τρόπον) οὐδεὶς ἂν διαστρέψαι ποτὲ ῥήτωρ δύναιτο. Polyb. 8, 24, 1 : Διεστρέφετο ὑπὸ κόλακος· 5, 41, 1 : Ἀφίστασθαι καὶ διαστρέφειν ἐνεχείρησαν τὰς ἄνω σατραπείας, Ad defectionem sollicitare. De acie turbata divulsisque ordinibus id. 2, 10, 4 : Ἀναχωροῦντες ἐπὶ πόδα καὶ προδήλως ἀποδειλιῶντες διέστρεφον τοὺς κατόπιν· 12, 20, 6 : Φάλαγγος ἐν μετώπῳ διαλελυμένης καὶ διεστραμμένης. Athen. 3, p. 75, F : Διεστραμμένης ἤδη διὰ τὴν πλησμονὴν τῆς γεύσεως. || Hesych. : Διαστρεφομένη, διαπορευομένη.] Item et veritatem aliquis διαστρέφειν dicitur : eo sensu, quo Lat. Obscurare et infirmare veritatem, Contaminare veritatem mendacio. Dem. Pro cor. [p. 274, 22] : Περὶ οὗ τοὺς πολλοὺς ἀνάλωσε λόγους, τὰ τῶν Ἀμφισσέων διεξιὼν δόγματα, ὡς διαστρέψων τἀληθές. Aliud ex. habes in Ἠλικιῶτις. [Διαστρέφειν τἀληθὲς, Demosth. p. 1453, 13, Aristid. vol. 1, p. 485, Liban. vol. 4, p. 848, 27.] In VV. LL. habetur et Διαστροφέω, Exagito, Discutio.

Διαστροβέω, Rapido vortice et impetuose pervado, σοβαρῶς διέρχομαι, Plut. [V. Luculli c. 1 et Mor. p. 554, F] e poeta quodam, Θύννος βολαῖος πέλαγος ὡς διαστροβεῖ. Nam thynni pisces sunt ὁρμητικώτατοι, præsertim quum οἰστροῦσι sub caniculæ æstu, suo œstro concitati. Puto autem ibi Βολαῖος significare Ictus, Percussus, Tridente βεβλημένος. [Alciphro 3, 9 : Ἀγωνὸν ἔν τινι θάμνῳ διαστροβήσας ἐξαίφνης ἀνέστησα.]

[Διαστροφεὺς, έως. Παραχαράκτης, διαστροφεὺς, Adulterator (monetæ), Hesych., Photius, Suid. Wakef. Theodor. Metoch. Miscell. p. 732 : Δογμάτων ἐξηγητὴς καὶ διαστροφεύς. G. D. Euseb. Dem. ev. p. 113, A : Οἱ δὲ διδασκάλου φαύλου καὶ διαστροφέως πεπειραμένοι. Epiphan. t. 1, p. 779, C : Ὦ γενναῖοι σοφισταὶ, καὶ τῶν λόγων διαστροφεῖς, Detorquendorum verborum artifices. Hase.]

[Διαστροφέω. V. Διαστρέφω.]

Διαστροφὴ, ἡ, Distortio. Theophr. C. Pl. : Ταῦτα δὲ τὰ ξύλα πρὸς τὰς διαστροφὰς ἀσφαλέστατα, Firmissime rigorem servant, Minime torquentur, ἀστραβέστατα πάντων εἰσί. Et δ. τῶν ὀφθαλμῶν, Oculi distorti s. perversi, Chrysost. Sic δ. ὀμμάτων [ap. Aristot. Probl. 41, 7], quod Gaza interpr. Limitas oculorum. [Et ap. Hippocr. p. 74, C. Ῥάχιος δ. id. p. 168, E. Aristot. Probl. 4, 27 : Ἠήρωσις δὲ, ἡ μὲν ὅλως ποιεῖ φθόρον, ἡ δὲ διαστροφήν.] Item, Πρὸς ὑστέρας μύσεις καὶ διαστροφὰς, Diosc. 1, 38, de cicino oleo, Vulvis conversis atque præclusis, Ruell. Item δ. τῶν πραγμάτων, pro Rerum perversio atque iniquitas, e Chrysost. De sacerd. : Bud. certe διαστροφὴ Græce reddit, quod Cic. dixit Perversitas, i. e. Ratio nec recte nec ordine constituta, De offic. : Ut si quis in foro cantet, aut in funere, aut si qua est alia magna perversitas. [Polyb. 2, 21, 8 : Δ. τοῦ δήμου ἐπὶ τὸ χεῖρον, Depravatio populi. Plut. Mor. p. 1142, B : Ὅτι δὲ περὶ τὰς ἀγωγὰς καὶ τὰς μαθήσεις διόρθωσις ἡ διαστροφὴ γίνεται, ὅῆλον Ἀριστόξενος ἐποίησε. Vita Theodori Grapti ed. Combef. p. 198 : Τὴν διαστροφὴν τῶν ὑπ' ἐκείνῳ ποιμαινομένων ἐλέγχει.]

Διάστροφος, ὁ, ἡ, Distortus, Perversus : ὀφθαλμοὶ, Oculi distorti s. perversi : ut quum in morbo comitiali distorquentur et pervertuntur, ut Celsus loquitur : sic Lascar. διάστροφοι γλῆναι. Item διάστροφοι φρένες, Soph. [Aj. 447], Mens perculsa et emota : alio nomine παράφοροι φρένες dicuntur, et ἐξεστηκυῖαι, quales sunt insanorum. [Eur. Bacch. 1120 : Διαστρόφους κόρας ἐλίσσουσα.] Item διάστροφος μορφὴ, quod exp. Mutata forma : malim ego interpr. Distorta s. Perversa facies. [Æsch. Prom. 673 : Εὐθὺς δὲ μορφὴ καὶ φρένες διάστροφοι ἦσαν.] Item homo aliquis dicitur διάστροφος, addito accus. rei quæ in eo διέστραπται, ut ap. Athen. [8, p. 339, F] : Διάστροφος τοὺς ὀφθαλμοὺς, Qui est distortis oculis, Strabo. [Pollux 4, 149 : Δ. τὴν ὄψιν.] Sic διάστροφος τὸ σῶμα, Lucian. [Adv. indoct. c. 7], Qui est distorto corpore : s. simpliciter Distortus, ut Cic. dicit, Solos sapientes, si distortissimi sint, formosos esse. [Pollux 5, 62 : Κύνες... διάστροφοι τοὺς πόδας. Marc. Antonin. 1, 16 : Παιδία ...

κατὰ τὸ σωμάτιον διάστροφα. De ramis Themist. Or. 21, p. 249, A : Τῶν κλάδων τοὺς διαστρόφους φυέντας. || Conf. Διασφόρον.]

[Διαστρόφως, Perverse. Sext. Emp. p. 248 : Τοῦ δ. λέγοντος ὁ χελιδὼν καὶ ἡ ἀετός· 277 : Πολλαπλασίονα τούτων δ. καὶ ἐπὶ λυμῃ τοῦ βίου παρ' αὐτοῖς ἐξενήνεκται.]

[Διάστρωμα, τὸ, Digestum, Gl.]

Διαστρωννύω, s. Διαστρώννυμι, Sterno, Insterno. Athen. [4, p. 142, C], de frugalitate Cleomenis, Πρεσβειῶν παραγινομένων πρὸς αὐτὸν, πεντάκλινον διεστρώννυτο· ὅτε δὲ μὴ παρείη πρεσβεία, τρίκλινον. Plut. itidem in Vita ejus p. 1486 meæ ed. [c. 13]: Τῶν δὲ δείπνων αὐτοῦ, τὸ μὲν καθημερινὸν, ἦν ἐν τρικλίνῳ, σφόδρα συνεσταλμένον καὶ Λακωνικόν· εἰ δὲ πρέσβεις ἢ ξένους δέχοιτο, δύο ἄλλαι προσπαρεβάλλοντο κλίναι. Lat. itidem dicunt Sternere triclinium, torum. [|| Sedo. Basil. Sel. V. Theclæ p. 244, A : Τῆς πολλῆς ἐκείνης ταραχῆς καὶ ζάλης διαστορεσθείσης. Boiss.]

[Διαστυγνάζω, Tristor. Eunap. V. Soph. p. 190 (155).]

[Διαστύλιον, τὸ, Intercolumnium. Bito De mach. p. 109 : Ἀναμέσον τῶν διαστυλίων.]

Διάστυλος, ὁ, ἡ, Qui amplius patentibus columnis est, Vitruv. 3, 2. Et paulo post, Diastyli autem (ædis) hæc erit compositio, quum trium columnarum crassitudinem intercolumnio interponere possumus. [|| Διάστυλα, Cancelli quibus βῆμα a nao disparatur. Symeon Thessalon. De templo p. 215 : Διὰ δὲ τῶν κιγκλίδων ἤτοι τῶν διαστύλων τὴν διαφορὰν τῶν ὁρατῶν πρὸς τὰ νοητά· ubi perperam edit. διαστολῶν. Liturgia præsanctificatorum Cryptoferratensis : Καὶ ἀνιστάμενος ὁ ἱερεὺς μετὰ κηροῦ καὶ θυμιάματος εἰς τὰ διάστυλα, λέγων, Σοφία, φῶς Χριστοῦ φαίνει. V. Euchologium p. 708. Ducang.]

Διαστυλόω, Columnis fulcio, Bud. e Polyb. 5, p. 84 [4, 8] : Ὁμοῦ πᾶν τὸ διεστυλωμένον κατέβαλε τεῖχος, citans ex p. 104 [100, 4] : Δύο πλέθρα τοῦ τείχους ὑπώρυξαν καὶ διεστύλωσαν. [V. Schweigh. in Lex. Polyb. p. 149. Diodor. 20, 23 : Διεστύλωτο δὲ κίοσιν. Scriptor De toler. obsid. in Mathem. vett. p. 325 : Διεστυλωκέναι τόπον ἱκανόν.]

Διαστύρακοι, Hesychio sunt qui τὴν κόρην quidem et τὴν ἄλω [ἄλωσιν codex], Pupillam et Areolam, nigram habent, at τὴν ἶριν, ἔνωχρον, Iridem viridantem.

[Διασύγκρισις, ἡ, Schol. Ven. Hom. Il. B, 60 (?). Angl.]

[Διασυγχέω, Confundo, Permisceo. Plut. Mor. p. 1078, A : Τὸν ἕνα κύαθον τοῦ οἴνου πρὸς δύο κεραννύμενον ὕδατος ... παράγοντας ἐπὶ πᾶν καὶ διασυγχέοντας ... || Alia forma Apollon. Dysc. in Bekk. Anecd. p. 616, 9 : Τῆς χρήσεως ἔσθ' ὅτε καὶ τὴν ἐν αὐτοῖς διαστολὴν διασυγχυνούσης.]

[Διασυκάζω.] Διασυκάσαι [Διασυκάζαι codex], Hesych. Tarentinis esse dicit διασκεδάσαι, Dispergere, Disjicere, Dissipare.

[Διασυκοφαντέω, Calumnior. Joseph. Genes. p. 41, D : Καθοσίωσιν ὑποσμύχουσαν διεσυκοφάντει. G. Dind.]

[Διασυλάω, Deprædor, Disperdo. Felix Epist. p. 62, 7 Grets. : Κλαυθμὸν δοῦναι ἐπαξίως τῶν ἐπὶ τούτῳ διασυλωμένων ἁπλουστέρων ψυχῶν. Hase.]

Διασυνίστημι, Constituo, Instituo, VV. LL. sine exemplo. [Marc. Antonin. 3, 2 : Εἴ τις ἔχοι πάθος καὶ ἔννοιαν βαθυτέραν πρὸς τὰ ἐν τῷ ὅλῳ γινόμενα, σχεδὸν οὐδὲν οὐχὶ δόξει αὐτῷ καὶ τῶν κατ' ἐπακολούθησιν συμβαινόντων ἡδέως πως διασυνίστασθαι. Interpres, Quod non cum oblectatione quadam huic ipsi commendare sese videatur. Hac signific. et quæ huic finitima est, Significandi s. notum faciendi, sæpe dixit Philo, ut vol. 1, p. 237, 14 : Πρωτόγονον υἱὸν ἀξιώματι καλεῖ, διασυνιστὰς ὅτι τὸν θεὸν ὁρᾶν ἀρχεγονώτατον ὂν τετίμηται... 292, 9 : Ἡ δ' εἰς ἓν εἶδος λευκὸν μεταβαλοῦσα τὴν ἀκούσιον διασυνίστησι τροπήν· 385, 34. 423, 8 : Τὸν τρόπον τῶν ἀφρόνων διασυνίστησιν· 442, 26 : Τὴν σοφίαν αὐτοῦ διασυνίστησιν· 444, 29; 474, 10. 495, 38 : Τὰ δὲ ἐγκώμια δικαιοσύνης καὶ τοὺς ψόγους ἀδικίας ἐναργέστατα διασυνίστησιν, ὅταν λέγῃ ... (ubi var. lect. διανίστησιν et διατίθησιν)· 515, 13 : Ἔργῳ μᾶλλον ἢ ῥήματι διασυνίστησι. Diog. L. 3, 79 : Ὥστε καὶ τὴν ἐπιστήμην τοῦ ὀρθῶς ἀποκρίνεσθαι καὶ ἐρωτᾶν πρῶτον αὐτὸν διασυστῆσαι. Idem usus verbi συνίστημι suo loco notabitur. G. Dindorf.]

[Διασυντηρέω, Servo, Retineo. Basil. t. 1, p. 721, A : Ταύτην μὲν (παρθενίαν) ἄχουσα διασυντηρεῖ. Hase.]

[Διασυντόμως, Brevi tempore. Ducas Hist. Byz. p. 132, B : Δ. ἐν Ἀδριανουπόλει μέλλομεν εἶναι. G. D.]

Διασύομαι, Cum impetu pertranseo. Aut simpliciter Pertranseo, s. Transeo. [Hesych. : Διέσσυτο, διεπορεύετο.] Ap. Hom. autem Il. B, [450] : Σὺν τῇ παιφάσσουσα διέσσυτο λαὸν Ἀχαιῶν, redditur Percurrebat populum Achivorum, et obibat. Ex Eod. [Il. K, 194] affertur junctum genitivo, Διέσσυτο τάφρου, pro Fossam trajecit. [Et in Ind. :] Διέσσυτο, Cum impetu pertransibat s. pervadebat, Ruebat per. Il. B : Διέσσυτο λαὸν Ἀχαιῶν. Sic Il. O, [542] : Αἰχμὴ δὲ στέρνοιο διέσσυτο μαιμώωσα, Πρόσσω ἰεμένη. [Conf. E, 661.] At Od. Δ, [37] : Ὅ δ' ἐκ μεγάροιο διέσσυτο, est Proruebat, Prorumpebat. Et alibi, Διέσσυτο τάφρου. [Quintus 3, 641 : Οἰωνοί τε θοῇσι διεσσύμενοι πτερύγεσσι· 5, 372 : Διέσσυται ἄγκεα βήσσης. Nonnus Dion. 45, 48 : Διέσσυτο παρθενεῶνος.] Thema est Διασεύομαι : unde et διεσσεύετο ap. Hesychium, quod exp. διήρχετο. [Idem : Διεσσῦτο, διήρχετο. Quam Doricam formam esse suspicatur Albert.]

[Διασυριγμὸς lectio vitiosa. V. Διασυρμός.]

Διασυρίζω, Sibilo, Sibilum edo, vel potius Exibilo. E Daniele 4 [Cant. trium puer. 26 : Πνεῦμα διασυρίζον], Flans spiritus. [Apollon. Hist. mirab. 10 : Πολλῶν ἐπιπολαζόντων ἰχτίνων ἐν τῇ πανηγύρει καὶ διασυριζόντων. Nilus Epist. p. 15 : Διασυρίσασα πνεύματι γαληνιαίῳ.]

Διασυρμός, ὁ, Distractio. Peculiari autem signif. Figura esse dicitur orationis, qua dictio aliqua ad duo diversa significata trahitur : ut, Strepit anser inter olores : pro eo, quod est Ineptus poeta inter doctos. Aquilæ Romano [15] διασυρμὸς est Elevatio vel Irrisio : ea figura, qua ludentes quæ dicuntur ab adversariis, dissolvimus : qualis est ille locus [Cic.] pro Murena in Sulpitium. Itidem Jul. Rufin. διασυρμὸν fieri scribit, Quum rem aliquam aut personam elevamus : ut ap. Toll. [Div. in Cæc. c. 16] : Sed repente e vestigio ex homine, tanquam ex aliquo Circæo poculo, factus est Verres : redit ad se atque ad mores suos. Meminit hujus figuræ Longinus [34, 2; 38, 5] dicens eam esse aliquo modo ταπεινότητος αὔξησιν. Διασυρμὸς dicitur etiam Obtrectatio. [Genus scommatis, quo res verbis justo plus extenuantur. Alexander Περὶ σχημ. ita definit, οἷαν λέγωμεν ἀξιοπίστως διασύροντες. Rectius Phœbammon Schol. Περὶ σχημ. p. 592 Ald. : Δ. ἐστιν εὐτελισμὸς πραγμάτων ὑπὸ τῶν ἐναντίων εἰς ὄγκον ἐπαρθέντων. Lat. Elevatio s. Irrisio. Ernest. Lex. techn. rhet. Philodem. in Volum. Hercul. vol. 1, p. 22 ed. Oxon. : Μετὰ διασυρμοῦ καὶ μόλις που βραχείας ἀποκρίσεως. Diodor. 14, 109 : Διονύσιος πυθόμενος τὸν τῶν ποιημάτων διασυρμόν· ubi libri deteriores διασυριγμόν. Artemidor. 3, 24 : Διασυρμὸν καὶ καταγέλωτα ὑπομεῖναι. Thomas M. p. 801 : Ἔμμετρα ... διασυρμὸν τινῶν ἔχοντα. *Diasyrmus*, *Diasyrticus*, *Diasyrtice* etiam ap. rhetores et gramm. Latinos : vid. exx. a Forcellinio indicata.]

[Διάσυρσις, εως, ἡ, Cavillatio, Obtrectatio. Clem. Al. p. 146 : Δ. δέ ἐστι ψόγος διασυρτικός.]

[Διασυρτέον, Cavillandum, Obtrectandum. Aristot. Rhet. ad Alex. 36, p. 214. Kall.]

[Διασυρτὴς, ὁ, Cavillator, Obtrectator, Gl. ubi Διασύρτης scriptum. Ephraem. Syr. p. 78, 29 indicat Hemst. G. D. Item Ptolem. Tetrab. p. 164, 16 : Διασύρτας, μοιχικοὺς, ὑβριστάς. Hase.]

Διασυρτικὸς, ἡ, ὸν, Aptus ad obtrectandum, Factus ad lacerandam alicujus famam probris : ἐπίγραμμα, Obtrectatorium epigramma, Epigramma quo famam alicujus laceramus, probris eum incessentes. Vel etiam, Quo elevamus irridemusque aliquem : ut διασυρμὸς dicitur Elevatio et irrisio. Epigr. [Clem. Al. p. 146 : Ψόγος διασυρτικός. || Adverb. Διασυρτικῶς schol. Eurip. Hec. 906. Boiss.]

[Διασυρτὸς, ἡ, ὸν, Qui distrahi potest. Paul. Ægin. 6, 34, p. 187, 6 : Μεγάλου δὲ (ὄντος τοῦ ἀποστήματος) καὶ πλειόνων διαιρέσεων καὶ διασυρτόν (vulgo διὰ συρτόν, quod HSt. s. v. Ληνίσκος in διάσυρτον mutavit) τινα ληνίσκον δι' αὐτῶν ἀγάγωμεν. Conf. Διασύρω.]

Διασύρω, Distraho, Ægre traho, [Dirimo, Dis-

sipo]. In Hippiatr. [p. 85] : Ὅταν τροχάζων ὀλισθήσῃ, καὶ πεσὼν διασυρῇ, Quum membris distractis agitatur ut ranæ innatantes : sequitur enim, Καὶ ὁ λέγουσι βατραχίσῃ. Bud. p. 726. [Paulus Æg. p. 179, 12 : Χαυνωθείσας δὲ τὰς ῥαφὰς κόψαντες διασύρωμεν· 184, 10 : Διασύρομεν ταῖς ὀύο χερσὶν ὥσπερ διαπρίζοντες τοῖς κονδύλοις τὰ σαρκώματα. Demetr. Hieracoph. p. 28 : Διασύροντα ἱέρακα. « Impropr. Polyb. 5, 42, 4 (?) : Διασύρειν τὴν σύνοδον τῶν Αἰτωλῶν. » Schweigh. Simplic. ad Aristot. De cœlo fol. 45, b, 43 : Εἰς ταύτην διεσύρθην τὴν μακρολογίαν. Hemst.] Frequentius διασύρω accipitur pro Lacero, ea signif. qua Liv. dicit Lacerare famam alicujus, Lacerare probris, Cic. Lacerare optimum virum incesto ore, Tac. Crebro rumore vulgi lacerari; i. e. Obtrecto, Probris et convitiis incesso, Calumnior, vel Elevo. Dem. Pro cor. [p. 288] : Ὃν ἂν σὺ λοιδορούμενος καὶ διασύρων καλέσαις Βάταλον. Idem in ead. Or., aliquanto post, συκοφαντεῖν et διασύρειν synonymως ponit : quum enim dixisset, Æschinis πολιτείαν et προαίρεσιν similem esse ταῖς τῶν τοὺς ἐπαινουμένους τότε ἄνδρας συκοφαντούντων, subjungit, Δῆλον γὰρ ὅτι καὶ κατ' ἐκείνους ἦσάν τινες τοὺς χρόνους, οἳ διέσυρον τοὺς ὄντας τότε, τοὺς δὲ πρότερον γεγενημένους ἐπῄνουν. [Conf. p. 169, 22.] In ead. Or. dicit, Καὶ λόγους τινὰς διασύρει. [Add. p. 325, 19; 332, 14.] Item [p. 234, 12] : Τὰ χωρία ταῦθ', ἃ νῦν οὗτος διέσυρε. [Hesych. : Διασύρει, διαπαίζει, γλευάζει. Polyb. 4, 3, 13 : Τοὺς μὲν διέσυρε γλευάζων. Diphilus ap. Athen. 6, p. 247, D : Ὡς διασέσυρκε τὴν τέχνην. Nam sic ex apographo Flor. correxi quod legebatur διασεσύρηκε. || Moras traho, Commoror. Jo. Malal. p. 338, 16 : Διέσυρεν ἐκεῖ ἕνεκεν τοῦ ποιῆσαι ... τὰ πάκτα τῆς εἰρήνης. Ib. p. 348, 17 : Διατρίψαντος ἐν Ῥώμῃ ... ὡσαύτως δὲ καὶ κατὰ τὴν ὁδὸν διασύραντος. G. Dind.]

[Διασύστασις, εως, ἡ, Conciliatio, Commendatio. Clem. Al. p. 624. Kall. || Confirmatio. Philo vol. 2, p. 454, 16 : Τὰ μὲν οὖν λεχθέντα πρὸς τὴν τοῦ ζητουμένου διασύστασιν. Hase.]

[Διασυστατικὸς, ἡ, ὸν, Commendatorius. Clem. Al. p. 327 : Ἡ πολυμαθία διασυστατικὴ τυγχάνει τοῦ παρατιθεμένου τὰ κυριώτατα τῶν δογμάτων.]

Διασφαγὴ, ἡ, proprie Hiatus ille qui est in jugulo s. gutture dissecto, Interstitium illud quod visitur in gutture, mucrone resoluto. Generaliter pro Quovis interstitio et intervallo ponitur, ut hiatus in muro interrupto et aliquibus locis diruto. Esdr. 2 [Nehem. 5, 7], de muris urbis Hierosolymitanæ qui instaurabantur, Ἤρξαντο αἱ διασφαγαὶ ἀναφράσσεσθαι· ubi Interpr. vetus, Cœperunt interrupta concludi. [Epiphan. Adv. hær. p. 503, C : Ὥσπερ γάρ τις διασφαγὴν εὑρὼν ἐν φραγμῷ παρὰ λεωφόρῳ καὶ νομίσας διὰ ταύτης βαδίζειν ... ἀγνοήσει δὲ ὅτι τεῖχός ἐστιν ὑπέρτατον ... ἐπιτρέχοι δὲ μὴ εὑρίσκων διὰ ποίας τὴν διέξοδον ποιήσεται ... Hemst. Constant. Porph. Cærim. p. 205, D : Ἐμβαίνουσιν οἱ ἡνίοχοι ... καὶ στρέφονται καὶ ἵστανται εἰς τὰς ἰδίας διασφαγάς. Interpres, Ad suas lineas redeunt. || Jo. Malal. p. 346, 17 : Ἐκ τῆς διασφαγῆς τοῦ ὄρους. Quam alii scriptores διάσφαγα dicere solent. V. Διασφάξ. G. D.]

[Διάσφαγμα, τὸ, Scissura, Rima. Hesych. : Σινδικὸν διάσφαγμα, τὸ τῆς γυναικός. Gl. ex Hipponacte sumpta : vid. schol. Apoll. Rh. 4, 322, et qui similia comparavit Valcken. ad Eurip. Phœn. p. 600.]

Διασφάζω, seu Διασφάττω, Jugulum alicui disseco, Jugulum alicui aperio et resolvo. [Liban. p. 40 (vol. 4, p. 895, 22) : Μετῄει δέ τις οἰκέτην ἀποδράντα, καὶ διεσφάττετο. Wakef.]

[Διασφαιρίζω, In modum pilæ disjicio. Eur. Bacch. 1134 : Διεσφαίριζε σάρκα Πενθέως.]

Διασφακτὴρ, ῆρος, ὁ, Jugulum alicui resolvens, Aptus ad jugulum alicui aperiendum. In Epigr. [Antipatri Thess. Anth. Pal. 7, 493] : Διασφακτῆρι σιδήρῳ, Ferro jugulum resolvente, i. e. Ense, Gladio, Mucrone jugulatorio, quem σφαγέα appellat Soph.

Διασφαλίζω, i. q. ἀσφαλίζω, nisi quod aliquantum intendit signif. Et διασφαλίζομαι itidem, i. e. Munio, Tutum reddo. Polyb. 5, [69, 2] : Τοὺς μὲν τῷ τῶν ἀνδρῶν πλήθει προκατειληφὼς τόπους, τοὺς δὲ ταῖς χειροποιήτοις κατασκευαῖς διησφαλισμένος, ῥᾳδίως ἐπέπειστο κωλύσειν τῆς ἐξόδου τὸν Ἀντίοχον. [Philo De 7 mirac. c. 4 : Τοῦτον ἔσωθεν σχεδίαις σιδηραῖς καὶ τετραπέδοις διησφαλίσατο λίθοις. Joseph. Genes. p. 59, B : Τούτοις διησφαλίσαντο.]

Διασφάλλω, Aberrare facio, Fallo : Διέσφηλε τὴν τέχνην, Artem fefellit. Pass. Διασφάλλομαι, Fallor, Aberro, Spes mea fallitur, nec assequor id ad quod aspirabam. Æschin. p. 64 [66, 34] : Διασφαλῆναι τῆς πρὸς ὑμᾶς συμμαχίας· i. e. ἀποτυχεῖν, διαμαρτεῖν. [Idem p. 33, 2, de Demosthene : Ὁ δ' ὡς ἅπαξ ἐταράχθη καὶ τῶν γεγραμμένων διεσφάλη, οὐδ' ἀναλαβεῖν αὑτὸν ἔτι ἠδυνήθη· ubi var. lect. παρεσφάλη. Diodor. 20, 10 : Πολλὰ δὲ διεσφάλησαν τῆς ἀληθείας.]

Διασφὰξ, ἀγος, ἡ, itidem Hiatus interjectus inter duas rupes a se invicem divulsas, Interstitium s. Intervallum quo duæ rupes distant a sese avulsæ. Herodot. 3, [117] : Ποταμὸς διαλελαμμένος πανταχοῦ, διὰ διασφάγος ἀγόμενος. [Add. 2, 158; 7, 199, 216.] Hesychio διασφάγες sunt αἱ διεστῶσαι πέτραι τῶν ὀρῶν : itidemque Suidæ, qui διασφὰξ exp. etiam διατομὴ ὄρους, Intercisio s. Interruptio montis. [Sic etiam Timæus p. 83, ubi Ruhnk. διασφάγα memorat ex Aristid. vol. 1, p. 272, et διασφάγας ex Ælian. V. H. 1, 23. Eodem accentu ap. Plut. Mor. p. 515, C, sed διασφᾶγας p. 1126, B. Διασφάγα ex Gregor. Thessal., in Matthæi Lect. Mosq. 2, p. 8, 5, affert Boisson., διασφαγὶ ex Herophilo ap. Galen. vol. 4, p. 141 Hemst. Adde διασφαγὰς ex Hippocr. p. 409, 37. Arcad. p. 18, 22 : Τὸ διασφὰξ ὀξύνεται.] Ἀποσφὰξ videtur esse Id quod ἐν διασφᾶγι præruptum est, Præcipitium quod est in rupibus a sese divulsis. Vide et Ὑποσφάξ. Videntur autem obliqui potius circumflecti debere quam acui. In VV. LL. habetur etiam Δισφὰξ, sed mendose, cum hac exp., Ubi duo montes conveniunt et os vallis faciunt. [Gregor. Cor. p. 538 : Διάσφαγες δὲ αἱ διεστῶσαι πέτραι. Ad quem l. Bast. : « Accentus hujus gl. tot diversis modis ponitur, quot excogitari possunt. Gloss. quidem Herod. Wessel. habet, ut Greg. Cor. διάσφαγες. Franzii editio p. 606 dat διασφᾶγες, quod Albertum ad Hesych. videtur offendisse. In Herodoto, Luciano (Tragop. 24 : Ἡ Σικελὶς αὐλῶν ἁλιπόρου διασφάγος), Hesychio, Etym. M., Suida, aliis legitur διασφάγες. Denique Schneiderus, priores sequens lexicographos, dat διασφὰξ, διασφαγός. Ita etiam schol. Ms. SG. 345 ad Lycophr. 317 : Διασφαγὸς, τοῦ χάσματος· σφὰξ γὰρ πᾶν χάσμα γῆς, et v. 1062, ubi διασφὰξ adjective intelligit. Legit enim Κρύψουσι κοίλης (non κοίλοις) ἐν μυχοῖς διασφαγὸς, ultimamque vocem interpr. βαθείας καὶ κοίλης· διασφὰξ γὰρ ἡ εὐθεῖα. HSt. scribit διασφάγες, ὑποσφάγες, quanquam addens, « Videntur obliqui potius circumflecti debere, quam acui. » Ego vero unice probo διασφάγες. Circumflexus enim in obliquis casibus propterea locum non habet, quia α penultimæ corripitur. Nam canon hic est : Omnia nomina in αξ, quæ fem. sunt generis, α breve habent. Vide Etym. M. p. 109, 45 aut p. 460, 55. Pseudo-Herodianus Epimer. (p. 20) : Διασφὰλξ (sic), τὸ σχῆμα τῆς γῆς. Corr. Διασφάξ, τὸ σχίσμα τῆς γῆς. » Draco p. 19, 9 : Τὰ δὲ ὀξύτονα σύνθετα συστέλλει τὸ α, οἷον διασφάξ.]

[Διάσφαξις, εως, ἡ, i. q. διασφὰξ, Intercapedo. Hippocr. p. 1006, C : Διασφάξιες ποῖαι κοιναὶ τῶν φλεβῶν. Sic interpretatur Foesius. Sed mihi valde suspecta hæc est forma vocabuli. Quare aut διασφύξιες aut, si de sensu verborum recte judicavit Foesius, διαστάσιες scribendum videtur. G. Dind.]

[Διασφάττω. V. Διασφάζω.]

Διασφενδονάω, seu Διασφενδονέω, Fundæ rotatu s. ejaculatu dissipo, Funda disjicio. [Xenoph. Anab. 4, 2, 3 : Λίθους, οἳ φερόμενοι πρὸς τὰς πέτρας πταίοντες διεσφενδονῶντο, Dissiliebant tanquam e funda missi.] Improprie vero duæ arbores in terram flexæ suo cacumine dicuntur διασφενδονᾶν τὸ προσηρτημένον, quum in altum redeuntes una secum id rapiunt et discerpunt. Plut. Alex. [c. 43], de Besso, qui Darium interfecerat : Διεσφενδόνησεν αὐτὸν, ὀρθίων δένδρων εἰς ταὐτὸ καμφθέντων, ἑκατέρῳ μέρος προσαρτήσας τοῦ σώματος. Indicat igitur Alexandrum, quum proceris in unum curvatis arboribus utrinque corporis Bessi partes alligasset, eas tanto concitatas impetu remisisse, ut laniata membra passim disjecerint. Simili mortis genere Sinis latro afficiebat qui in ipsius manus per-

venissent, ut in Σίνις et Πιτυοκάμπτης doceo. [Diodor. 17, 83 : Τὰ μέλη διεσφενδόνησαν. Hemst.]

Διασφενδονίζω, i. q. διασφενδονάω, s. διασφενδονέω, Funda disjicio, Fundæ rotatu s. ejaculatu dissipo, Dissipo tanquam funda, Ita dissipo ut fundæ rotatus plures lapides. Bud. interpr. Disjicio, Ejaculor, afferens e Plut. Marcello [c. 15], de machina quadam Archimedis : Μέχρις οὗ τῶν ἀνδρῶν ἀπορριφθέντων καὶ διασφενδονισθέντων [διασφενδονηθέντων Schæf.] ἡ ναῦς κενὴ προσπέσοι τοῖς τείχεσι.

[Διασφετερίζομαι.] Διασφετερίσασθαι, Sibi vindicare s. retinere, In suos et proprios usus convertere. Philo V. M. 1 [vol. 2, p. 130, 25] : Τὴν λείαν μόνοι διασφετερίσασθαι διανοηθέντες, Intercipere prædam, Turn. [Fort. σφετερίσασθαι corrigendum, abjecta quæ ex διανοηθέντες repetita videtur præpositione. G. D.]

Διασφηκόω, In vespam converto, Vespæ figura et habitu induo, εἰς σφῆκα διασκευάζω. Vide Σφηκόω. [Aristoph. Vesp. 1072 : Θαυμάζει μ' ὁρῶν μέσον διεσφηκωμένον. Hesych. : Διεσφηκωμένον, διαδεδεμένον τῷ κέντρῳ, ἀπὸ τοῦ σφηκώματος, ἢ κατὰ τὸ μέσον ὄντα σφῆκα· τὸ γὰρ κέντρον ἐκεῖ ἔχουσι. Phrynich. in Bekk. An. p. 36, 12 : Διεσφηκῶσθαι, τὸ διεσφίγχθαι καὶ ἐκ τῆς σφίγξεως κεκοιλάνθαι. || Diffindo, Divido, Dirimo. Nonn. Dion. 25, 189 : Θῆρα κυβερνητῆρα διεσφήκωσε χαλινῷ, ζεύξας δοῦλα γένεια.]

Διασφηνόω, Discuneo, (ut Plin. dicit, Conchæ se contrahunt, sed frustra, discuneatæ), i. e. Adacto s. Impacto inculcatoque cuneo diffindo et dirimo. [Hesych. : Στρέβλαι ναυτικαὶ, τὰ ξύλα τῶν νεῶν, ἐν οἷς διασφηνοῦνται γομφούμενα. Etym. M. p. 739, 7 (et Timæus p. 244) : Σφριγῶσιν, ἀκμάζουσι καὶ ὥσπερ διεφηνωμένοι εἰσὶν ὑπὸ πυκνότητος. Hemst. Idem διεσφηκῶσθαι dicitur ibid. p. 269, 43 : Διαπεπατταλευμένα, διεσφηκωμένα, ὥστε μηδὲ πάτταλον διεῖραί που διὰ πυκνότητα. Oribas. p. 27 ed. Mai. : Τοῦ γὰρ ἐμπλαστοῦ φαρμάκου σκωλήκιον ἀναπλάττοντα ἐντιθέναι ὅσον μὲν διασφηνῶσαι μέχρι αἵματος καθαρὸν ἀπίοι.]

Διασφίγγω, exp. Perstringo : qua signif. dicitur Vitem perstringere pro Valde stringere, Non. : item Cohibeo, Colligo. Pro Valde stringo, s. Strictissime circumligo, usus est Erasistr., ubi dicit Scythas solere, Ὅταν διά τινα καιρὸν ἀναγκάζωνται ἀσιτεῖν, ζώναις πλατείαις τὴν κοιλίαν διασφίγγειν. Quæ verba Gellius [16, 3] citans, sic interpr. : Quum sit usus ut famem longius tolerent, fasciis ventrem strictissime circumligare. [Eunap. ap. Suid. s. v. Ῥουφῖνος : Σφραγῖσι χρυσοδέτοις διεσφιγμένοι. Hemst. Διεσφίγχθαι Phrynich. in Bekk. An. p. 36, 12. Aretæus p. 2, 16 : Διασφίγγειν τε καὶ ἀνακλάειν καὶ συντείνειν δέονται τὰ κατάρχοντα μέρεα. Paulus Æg. p. 179, 18. Maximus Confess. vol. 1, p. 170 : Τὴν τὸ πᾶν διασφίγγουσαν πρόνοιαν.]

[Διάσφιγξις, εως, ἡ, Constrictio. Aretæus p. 96, 38; Paulus Æg. p. 197, 28.]

[Διασφόρον, στραβὸν, Hesych. Male pro διάστροφον, Strabum. Kuster.]

[Διασφυδόω, Augeo. Hesych. : Διασφυδῶσαι, αὐξῆσαι, ἀπὸ τοῦ σφύζειν.]

[Διάσφυξις, εως, ἡ, Pulsatio, Pulsus. Hippocr. p. 383, 4 : Διασφύξιες φλεβῶν. Aretæus p. 13, 52 : Διασφύξιες τῆς ἀρτηρίης· et ἐγκεφάλου δ. ibid. p. 119, 47. Conf. Διάσφαξις. « Marcell. De pulsib. in cod. Vindob. init. : Φλεβῶν διασφύγξεις. Corrig. διασφύξεις. » Weigel.]

[Διασχάζω, Incido. Aretæus p. 112, 24 : Διασχάσαι ... τὴν φλέβα.]

[Διάσχεσις, εως, ἡ. Hesych. : Οὕτω λέγεταί τις (τόνος τις Albert.) ἐν μουσικῇ, ὡς τὸ διάστημα. Σέλευκος δὲ, κροῦσμα μουσικόν. Fortasse quod alias διάσχισμα, dimidium διέσεως. Albert. Etym. M. p. 340, 6 : Ἔνεργμός· τὸ δ' αὐτὸ καὶ ἔνερσις· κροῦμα κιθαριστικὸν ... Φρύντιχος Κόννῳ, Τί δαί; τὸν ἐνεργμόν; ... κροῦμα, διάσχεσιν. Conf. Διάσχισις.]

[Διάσχημα lectio vitiosa. V. Διάσχισμα.]

Διασχηματίζω, Figuro. [Plato Tim. p. 50, C : Ἐκμαγεῖον ... κινούμενόν τε καὶ διασχηματιζόμενον ὑπὸ τῶν εἰσιόντων.] Lucian. [Prom. c. 11] : Πεπλάσθαι μὲν ἐχρῆν, ἄλλον δέ τινα καὶ μὴ τοιοῦτον διεσχηματίσθαι τρόπον. [Paulus Æg. p. 122, 35 : Παρὰ φύσιν δὲ διασχηματισθέντος τοῦ ἐμβρύου. Hemst. Plut. Mor. p. 926, D : Ζεὺς ... διεσχημάτισται, πᾶν χρῆμα γεγονώς. Eunap. Exc. p. 97, 20 ed. Nieb. : Ἐκεῖνος ἐπὶ τὸ πρᾶγμα διεσχηματισμένος, Rem se agere simulans. Phrynich. in Bekk. An. p. 36, 9 : Διαμυλλαίνειν, τὸ τῷ στόματι διασχηματίζοντα διαγελᾶν. || Forma media Plato Tim. p. 53, B : Οὕτω δὴ τότε πεφυκότα ταῦτα πρῶτον διεσχηματίσατο εἴδεσι καὶ ἀριθμοῖς.]

[Διασχημάτισις, ἡ, Figuratio, Effigiatus. Procl. Hypoth. Ptol. p. 16, A. Hase.]

[Διασχιδὴς, ὁ, ἡ. Athen. 11, p. 488, B : Διασχιδεῖς εἰσι ῥάβδοι. Scribendum videtur δισχιδεῖς. G. Dind.]

[Διασχίδον, Divisim, Separatim. Schol. Dionys. Thr. in Bekk. An. p. 784, 2 (et 788, 13) : Ἔγραφον δὲ αὐτὰ (τὰ στοιχεῖα) καὶ δ. ἤγουν στιχηδὸν, ἢ γραφῇ καὶ ἡμεῖς νῦν χρώμεθα. Δ. δὲ λέγεται τὰ στιχηδὸν γεγραμμένα παρὰ τὸ ἔχειν διεσχισμένους καὶ διακεχωρισμένους τοὺς στίχους ἀπ' ἀλλήλων. Boiss. Conf. Διασχιδόν.]

Διασχίζω, Diffindo, Discindo, Disseco. [Plato Gorg. p. 469, D : Κἂν θοἰμάτιον (δόξῃ μοι) διεσχίσθαι, διεσχισμένον ἔσται. Hierocl. ap. Stob. Fl. vol. 3, p. 191 : Διασχίσαι ξύλα. Dionys. Per. 1042 : Ἀρότρῳ αὔλακ' ἐπιθύνουσι διασχίζοντες ἀρούρας.] Via etiam διασχίζεται, quum in bivium aut trivium finditur dividiturve, veluti arbor quæ in ramos plures spargitur s. diffunditur. Xen. Cyrop. 4, [5, 7] : Ἐν δὲ τῇ ὁδῷ πορευόμενοι, διασχιζομένων ὁδῶν τρίβῳ τινὶ, ἐπλανῶντο. Hominum quoque societas aliqua et conjuncta multitudo διασχίζεσθαι dicitur, quum in contraria studia scinditur, aut conjunctas sedes separat. Plato Sympos. [p. 193, A] : Φόβος οὖν ἔνεστιν, ἐὰν μὴ κόσμιοι ὦμεν πρὸς τοὺς θεοὺς, ὅπως μὴ καὶ αὖθις διασχισθησώμεθα [διασχισθησόμεθα]. Ubi huic διασχίζεσθαι synonymum facit διοικίζεσθαι, opponens utrique τὸ ἓν εἶναι. [De sententiis in diversas partes abeuntibus Charito 6, 1 init. : Διέσχιστο δὲ ἡ πόλις. Unde eidem 5, 3 : Διεχέθησαν αἱ γνῶμαι, Dorvill. restituit διεσχίσθησαν. || Forma media Cod. Apocr. vol. 1, p. 270 ed. Thil. : Διεσχίσαντο τὰ ἱμάτια.]

[Διασχὶς, ίδος, ἡ, Discissio, Diductio, Sectio. Hippocr. p. 275, 1 : Ἀρτηρίη ... πλευρῇσιν οὐκ ἐξ ἴσου διαδιδοῦσα τοῖσι δεξιοῖσι τοῖσι ἀριστεροῖσι διασχίδας· 778, D : Παρὰ τὴν διασχίδα τῆς φλεβός. Galen. vol. 2, p. 371 : Σκέλη ὧν τὴν διασχίδα διχάλαν οἱ παλαιοὶ λέγουσιν.]

[Διάσχισις, εως, ἡ, Diffissio, Gl. Athen. 11, p. 488, E : Φυλάττουσι (αἱ ῥάβδοι) τὴν διάσχισιν (ubi apographum Flor. διάσχεσιν). De via Themistius Or. 20, p. 236, B : Εὐρείας ὁδοῦ καὶ μεγάλης σμικραὶ διασχίσεις τε καὶ ἀπονεύσεις.]

Διάσχισμα, τὸ, Frustum e dissectione s. discissione. [Demetr. Hieracosoph. p. 130. De scriptura per versus divisos (de qua v. s. v. Διασχιδὸν) schol. Dionys. Thr. in Bekk. An. p. 787, 14 : Οὐδέν ἐστι μέσον αὐτῶν τὸ διάσχισμα, ubi διάσχημα legitur. G. D.] Apud Musicos διάσχισμα dicitur Dimidium semitonii minoris, quod δίεσιν vocant. Sic enim Philolaus ap. Boeth. 2, 27 : Comma, spatium quo major est sesquioctava proportio duabus diesibus, i. e. duobus semitoniis minoribus : σχίσμα vero, dimidium est commatis : διάσχισμα, dimidium dieseos, i. e. semitonii minoris : nam major, ἀποτομὴ dicitur. Ubi etiam nota Κόμμα, et Σχίσμα, et Ἀποτομή. [Conf. Διάσχεσις.]

[Διασχισμὸς, ὁ, Discissio. Schol. Æsch. Agam. 1118.]

[Διασχοινίζω, Dissipo. Hesych. : Διεσχοινισμένοι, διεσκορπισμένοι. Codex διεσχηνισμένοι.]

[Διασχολάζω. Διασχολάσαντας in l. Theodori Metoch. Miscell. p. 125, 2 pro συσχολάσαντας præbet codex Vatic. in Maji Collectione vol. 2, p. 685. Quod non probandum. G. Dindorf.]

Διασχολέω, Negotiis distineo, Occupo. Pass. Διασχολέομαι, Negotiis distineor, Occupor. Herodian. 7, [6, 15] : Διασχολουμένῳ δ' ἐκείνῳ πρὸς τὴν τῶν σφραγίδων ἐπίγνωσιν, Occupato illi signis agnoscendis. [Jo. Cinnam. 4, p. 103, A : Αὐτοῦ γὰρ τοῖς περὶ τὴν Ἑσπέραν ... διησχολημένου. G. Dindorf.]

Διασώζω, i. q. simplex σώζω, i. e. Servo, Sospito, Salvum et incolumem servo. [Herodot. 7, 49 : Φερέγυος ἔσται διασῶσαι τὰς νέας.] Isocr. Archid. : Ἐκλιπεῖν τὴν χώραν καὶ τὸ σῶμα διασῶσαι. Item, Φίλους ἐκ κινδύνων διασώζων, Amicos servans et e periculis eximens,

A periculis vindicans. Interdum redditur potius Conservo, Tueor, ut quum de bonis et possessionibus dicitur. Isocr. Archid. : Πειρᾶσθαι τὴν ἡμετέραν αὐτῶν διασώζειν· pro quo ibid. dicit διαφυλάττειν. Id. Ad Nic. [p. 19, A] : Διὰ γὰρ τούτων καὶ κτᾶσθαι καὶ διασώζειν [σώζειν cod. Urb.] τὰς τυραννίδας μάλιστ' ἄν τις δύναιτο. [Οὐ διεσώσαμεν ex οὐχὶ ἐσώσαμεν corruptum in libris pluribus Plat. Criton. p. 46, A. Xenoph. Cyrop. 8, 1, 3 : Εἰς τὸ καταπράττειν ταγαθὰ ... καὶ εἰς τὸ διασώζειν· Anab. 5, 6, 18 : Οὓς ἔλαβε ... δαρεικοὺς ... διεσεσώκει, Servaverat, i. e. non distribuerat.] Et pass. voce ac signif. Dem. [p. 1396] : Ἡ πάσης τῆς Ἑλλάδος ἄρα ἐλευθερία ἐν ταῖς τῶνδε τῶν ἀνδρῶν ψυχαῖς διεσώζετο, Conservatrices istorum virorum animæ erant totius Græciæ libertatis. I. e. Hi viri erant σωτῆρες τῆς Ἑλλάδος ἁπάσης. [Lycurg. C. Leocr. p. 150, 9 : Αὐτὸς δὲ μόνος διασωθεὶς ἦκοι. Hemst.] Media autem vox activam signif. habet, Xen. Cyrop. [7, 5, 76] : Μέγα μὲν γὰρ οἶμαι ἔργον καὶ τὸ ἀρχὴν καταπρᾶξαι, πολὺ δ' ἔτι μεῖζον τὸ λαβόντα διασώσασθαι. Et aliquanto ante [4, 2, 28] : Τὰ πλείστου ἄξια ἐλάμβανον ὡς διασωσόμενοι. [Ibid. 8, 7, 7 : Ὧν τ' ἐκτησάμην οὐδὲν οἶδα ὅ τι οὐ διεσωσάμην.] || Servo, in paulum diversa signif. Plato De rep. 1 : Διασώζω τὴν παροιμίαν, Servo proverbium. [Isocrat. p. 218, D : Τὴν πόλιν τὴν Σπαρτιατῶν τὴν μάλιστα τὰ παλαιὰ διασώζουσαν. Plut. Mor. p. 431, A : Καὶ τὴν ἀσφάλειαν (ἐν τῷ λόγῳ) ... μόνον διασώζωμεν· 695, B : Διασῶσαι τὸ πιθανόν. Forma media Xenoph. Cyrop. 8, 8, 15 : Τὴν ... καρτερίαν περιορῶσιν ἀποσβεννυμένην, τὴν δὲ τῶν Μήδων μαλακίαν διασώζονται. Themistius Or. 1, p. 17, B : Ὡς χαλεπὸν ἐν τύχῃ τοσῇδε ἐπιείκειαν διασώσασθαι. || Memoria servo, ut ap. Xenoph. Mem. 3, 5, 22 : Πολλὰ μὲν οἶμαί σε τῶν πατρώων στρατηγημάτων παρειληφότα διασώζειν.] || Διασώζεσθαι signif. etiam Servari e morbo, i. e. Convalescere. Xen. [Mem. 2, 10, 2] : Ἐπιμεληθῆναι ὅπως διασωθῇ, Operam dare ut convalescat. || Διασώζειν εἰς, Incolumem perducere in s. ad, Incolumem remittere s. reducere, ut Bud. interpr. ap. Diog. L. in Plat. [3, 21] : ubi de Archyta Pythagorico ait, Γράψας ἐπιστολὴν πρὸς Διονύσιον, παρῃτήσατο, καὶ διέσωσεν εἰς Ἀθήνας. Ubi διέσωσεν εἰς Ἀθήνας possis interpretari etiam, Effecit apud Dionysium, ut Platonem Athenas salvum et incolumem dimitteret, Effecit apud tyrannum ut Plato Athenas salvus et incolumis rediret. Et pass. Διασώζομαι εἰς, Incolumis pervenio, itidem ut σώζομαι εἰς, Thuc. 1, [110] : Ὀλίγοι ἀπὸ πολλῶν πορευόμενοι διὰ τῆς Λιβύης ἐς Κυρήνην διεσώθησαν, Pauci e multis per Libyam profecti, Cyrenas salvi pervenerunt. Idem 3, [108] : Χαλεπῶς διεσώζοντο ἐς τὰς Ὄλπας, Vix Olpas pervenerunt incolumes. Itidem, Διεσώζοντο εἰς τὴν πόλιν, Fuga ad urbem saluti suæ consuluerunt. [Ap. Xenoph. H. Gr. 4, 5, 17 : Ἐς Λέχαιον διεσώθησαν, ex libris melioribus restitutum est ἐσώθησαν. Cum πρὸς id. Anab. 5, 4, 5 : Διασωθῆναι βουλόμεθα πρὸς τὴν Ἑλλάδα πεζῇ. Plut. Mor. p. 626, C : Τὰ μὲν θολερὰ καὶ γεώδη περιῤῥεῖ καὶ ὑποπίπτει, τὸ δὲ εἰλικρινὲς καὶ θερμὸν αὐτοῦ (floris) ὑπὸ λεπτότητος διασώζεται πρὸς τὴν αἴσθησιν.] Cebes cum adv. significante motum ad locum, Ἢν διασωθῶσιν ἐκεῖ, Si eo pervenerint incolumes, Si eo perfugientes suæ saluti consuluerint. Alii tamen sic, Si illuc aspirarint. [Διασώζειν, Conducere, Salvum et incolumem præstare. Chron. Alexandr. p. 399, D : Ἀθλαβεῖς διασῶσαι αὐτὸν καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ· 400, A : Διασῶσαι αὐτοὺς πρὸς ἡμᾶς. Theophan. an. 1. Leonis Isauri : Ἐγώ σε διασώζω ἕως τῆς παραθαλασσίας. V. Annam Comnen. p. 287, 405. Nude etiam usurpatur pro Deducere. Gesta S. Epiphanii : Ὅπως διασώσουσιν αὐτὸν ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον. Sguropulus in Hist. Concil. Flor. 4, 22 : Διεσώσαμεν τὸν πατριάρχην εἰς τὴν ἑτοιμασθεῖσαν αὐτῷ οἰκίαν. Et 11, 2 init. Item pro, Ire, Proficisci, Pervenire, auctor Vitæ S. Germani Hegumeni n. 23 : Πρὸς τὴν εὐδαίμονα πόλιν ἥπτοντο, εἰς ἣν διασωθέντες ... Ducang. Conf. Ἀποσώζω, Διάσωσις, Διασώστης, Σώζω.]

[Διασωματίζω, Corpus divido. Hesych. : Διασκηνίψαι ... διεσκηνίφθη δὲ, διεσωματίσθη.]

[Διασωπάω. V. Διασιωπάω.]

[Διάσωσις, εως, ἡ, Conductus. Epistola Constantini Pogonati Imp. ante Act. 1 Synodi 6 : Καὶ καστελλάτους καράβους παρασχεθῆναι εἰς διάσωσιν αὐτῶν, πρὸς τὸ πάντη ἀβλαβεῖς καὶ ἀκινδύνους ... ἀποκαταστῆναι πρὸς ὑμᾶς. Adde Constantin. Porph. De adm. imp. c. 32, p. 104. Ducang. || Conservatio, Salus. Greg. Nyss. t. 2, p. 1043, B, de Noe : Τὴν ἐν ξυλίνῃ λάρνακι μικρὰν τοῦ γένους διάσωσιν. Id. ib. p. 1047, C : Τὴν ὁδὸν ἐδιδάχθη τὴν πρὸς δ. μᾶλλον ἐπιτηδείαν. Hase.]

[Διασωσμὸς, ὁ, Evasio. Aq., Theod. Ps. 54, 9.]

[Διασωστέον, Servandum. Plato Epist. 13, p. 360, B : Τοῦτ' οὖν δ. Plut. Mor. p. 135, D : Ἑτέραις ἐπιμελείαις δ. ἔστι τῷ σώματι τὴν κατὰ φύσιν ἕξιν.]

[Διασώστης, ὁ, Ductor, Conductor. Διασώσται et Διασώζοντες τὸ στράτευμα in Nov. 130 Justin. c. 1, 6, 7. Chron. Alexandr. p. 399 : Δειλιάσας ἐφοβήθη χωρὶς τῶν διασώστων (sic) καταλαβεῖν πρὸς ἡμᾶς. Martyrium SS. 20 Patrum Sabaitarum n. 30 : Τὸν δὲ ἕτερον διασώστην ὥσπερ τῆς ὁδοῦ καὶ ὁδηγὸν ἐφέρετο. Constant. Porph. De adm. imp. c. 7 : Ἐπιζητεῖν ὀψίδας παρ' αὐτῶν καὶ διασώστας. Georg. Pachym. 10, 16; 11, 24. Vid. not. ad Annam Comn. p. 352. Ducang.]

[Διασωστικὸς, ἡ, ὸν, Aptus ad conservandum. De imperatore dictum annotavit Pollux 1, 178. De milite qui virtutis studio militat Maxim. Tyr. vol. 1, p. 387 : Ὁ μὲν γὰρ διασωστικὸς διὰ τὴν φιλίαν, ὁ δὲ μισθαρνικὸς τῶν βουλομένων. G. D. Theol. arithm. p. 5, 8 : Καθὼς ὁ θεὸς ἐν τοῖς φυσικοῖς ἐνεργήμασι τοιοῦτος ἐπινοεῖται δ. καὶ τῶν φύσεων τηρητικός. Hase.]

[Διασωφρονίζομαι, Temperantia certo. Synes. p. 28, D, cujus verba s. v. Διαρετίζομαι apposuimus.]

[Διασώχω, Contero. Nicand. Ther. 696 : Σῶχε δία (scr. διὰ) κνήστι σκελετὸν δάκος. Schol. : Διάκοπτε εἰς μικρὰ τῇ μαχαίρᾳ.]

[Διατᾰγεύω, Ordino. Xenoph. Cyrop. 8, 3, 33 : Καλῶς ἔδοξεν αὐτῷ τὴν ἐκ τοῦ βασιλείου ἔλασιν διατάξαι. Ubi libri quidam, sed non optimæ notæ, διαταγεῦσαι.]

Διαταγὴ, ἡ, i. q. διάταξις. Ep. ad Rom. 13, 2 : Ὥστε ὁ ἀντιτασσόμενος τῇ ἐξουσίᾳ, τῇ τοῦ Θεοῦ διαταγῇ ἀνθέστηκεν (quum proxima ejus verba sint, Αἱ δὲ οὖσαι ἐξουσίαι ὑπὸ τοῦ Θεοῦ τεταγμέναι εἰσίν)· ubi διαταγῇ potest reddi Mandato. At in VV. LL. διαταγὴ τῆς ἐπιστολῆς, affertur ex Esdr. [4, 11] pro Exemplari epistolæ. [Διαταγαὶ ἀποστολικαὶ, Constitutiones apostolicæ. V. ll. Patrum ab Suicero indicatos. Clementis Διαταγαὶ ἀποστολικαὶ editæ sunt in Clerici Patribus Apostolicis vol. 1.]

Διάταγμα, τὸ, et Διάταξις, ἡ, Edictum, Sanctio. Διατάγματα τῶν ἀρχόντων καὶ διαγράμματα, inquit Bud., Edicta sunt magistratuum, ut Plut. Marcello [c. 24] auctor est. [Diodor. 18, 64 : Ἀποδοῦναι τὴν αὐτονομίαν αὐτοῖς κατὰ τὸ γεγενημένον διάταγμα.] Et διατάξεις Constitutiones et edicta principum quæ proscribuntur, a Synesio dicuntur. Greg. Naz. : Τίνος οἱ παρθενῶνες καὶ τὰ ἔγγραφα διατάγματα, Constitutiones monasticæ. Ex Eodem affertur διατάξεις νομικαί. Hoc nomen habent et quæ vulgo appellantur Constitutiones novellæ Justiniani. Græce enim inscribuntur, Ἰουστινιανοῦ Νεαραὶ Διατάξεις. Sed διάταξις, sequendo priorem verbi διατάττω significationem, redditur etiam Ordinatio, Digestio, Descriptio, Decuriatio. [Διατάξεις. Ita Codicis Justinianei libri laudantur ab schol. Basilic. vol. 2, p. 57, 76, etc. quod ex imperatorum constitutionibus confecti sunt. Unde ibidem quidam Theodorus τῶν διατάξεων ἐξηγητὴς indigitatur. Ducang.]

[Διαταγματικὸς, ἡ, ὸν, Edictalis, Gl.]

Διατάκτης, et Διατάκτωρ, ορος, ὁ, Ordinator, Dux, in VV. LL. : ubi διατάκτωρ exp. etiam Herus, Dominus, δεσπότης : sed non addito hujus expositionis auctore. [Schol. Hom. Il. Δ, 285 : Ἡγήτορε) διατάκται. Hermes ap. Stob. Ecl. phys. vol. 1, p. 1084 : Ἀποστολεύς τε καὶ διατάκτης τῶν ἐνσωματωμένων ψυχῶν. || Διατάκτωρ, schol. Il. A, 16; Δ, 84. Tzetz. ad Lycophr. 523 : Κοίρανος γὰρ ὁ διατάκτωρ λέγεται· ubi alii libri διάκτωρ, sed schol. cod. Paris. C : Κοιράνῳ) διατάκτορι. Hesychio, Διάκτορσι, ἡγεμόσι, βασιλεῦσιν, recte, quamvis contra seriem literarum, restitui videtur διατάκτορσι, eademque emendatione schol. Æsch. Eumen. 459 opus habet, qui ἁρμόστορα interpretatur διάκτορα, βασιλέα : nisi similitudo vocabuli διάκτορος fecit ut a quibusdam διάκτωρ diceretur corrupte pro διατάκτωρ. Quod mihi minus probabile videtur. Διατάκτορα ex

Damascio posuit Bekker. in indice Anecd. p. 1362. G. Dindorf.]

[Διατακτικός. V. Διατατικός.]

[Διατακτικῶς, Ordinate, Gl. V. Διατατικῶς.]

Διαταλαιπωρέω, Ærumnis et laboribus usque premor, Labores et ærumnas perfero. [Leo Augustus in Combefis. Auctar. Patr. noviss. vol. 1, p. 1607, A. G. Dindorf.]

[Διαταλαντόω, Libro. Achill. Tat. 3, 1, p. 58, 24, de navi fluctuante : Χρόνον μέν τινα διαταλαντουμένην οὕτω τὴν ναῦν τοῖς κύμασιν ἐπαλαίομεν εἰς τὸ ἀντίρροπον καθελεῖν.]

Διατᾰμ.εύω, In penu custodio, e Plat. De LL. [7, p. 805, E : Πάντα χρήματα παρέδομεν ταῖς γυναιξὶ διαταμιεύειν. Forma media Critia p. 111, D : Τῇ κεραμίδι στεγούσῃ γῇ διαταμιευομένη καὶ τὸ καταποθὲν ... ὕδωρ εἰς τὰ κοῖλα ἀφιεῖσα.]

[Διατάμνω. V. Διατέμνω.]

[Διατανύω, Extendo. Apoll. Rh. 4, 601 : Διὰ πτερὰ κοῦφα τανύσσας οἰωνός. « Schol. Lucian. vol. 2, p. 346 : Σκορδινᾶσθαι σημαίνει τὸ μετὰ χάσμης διατανύεσθαι. » Schæf. Phot. ap. Wolf. Anecd. vol. 2, p. 329 (?). Kall.]

[Διάταξις, εως, ἡ, Dispositio, Ordinatio. Herodot. 9, 26 : Ἐν τῇ διατάξι ἐγένετο λόγων πολλὸς ὠθισμὸς Τεγεητέων τε καὶ Ἀθηναίων. Plato Tim. p. 53, B : Νῶν δ' οὖν τὴν διάταξιν αὐτῶν (elementorum) ἐπιχειρητέον ... δηλοῦν. Plut. Mor. p. 119, E : Τὴν κοσμικὴν διάταξιν. Symm. et Theodot. Reg. 2, 23, 4 : Πάσῃ τῇ διατάξει τοῦ οὐρανοῦ, Corporibus cœlestibus. Hesych. : Διατάξεων, διοικήσεων. Plut. V. Timol. c. 35 : Πολιτείας δ. V. Numæ c. 9 : Νουμᾶ δὲ καὶ τὴν τῶν ἀρχιερέων ... διάταξιν καὶ κατάστασιν ἀποδιδόασι· Comp. Lyc. c. Numa c. 2 : Τῆς τε διατάξεως καὶ τῆς διαιρέσεως τῶν πολιτευμάτων. Dionysio A. R. 2, 73 : Τελευταῖος δ' ἦν τῆς Νομᾶ παρατάξεως μερισμὸς ὑπὲρ τῶν ἱερῶν, ex cod. Vatic. διατάξεως restituendum. De testamento Polyb. 4, 87, 5 : Κινῆσαι τὴν ὑπ' Ἀντιγόνου καταλειφθεῖσαν διάταξιν. De pacto id. 8, 18, 12 : Τῆς δὲ διατάξεως γενομένης τοιαύτης· 27, 11, 3 : Ἐποιήσαντο διάταξιν πρὸς τὸν Πέρσεα περὶ τῆς τῶν αἰχμαλώτων διαλυτρώσεως. || Edictum, Decretum, Mandatum. V. exx. ab HSt. allata s. v. Διάταγμα. Polyb. 4, 19, 10 : Πέμπειν τὰς βοηθείας κατὰ τὴν διάταξιν. || Διάταξις ex διάλεξις corruptum in edd. vett. schol. Nicand. Ther. 7.]

[Διατᾰράσσω s.] Διαταράττω, i. q. ἀναταράττω. Pass. Διαταράττομαι, Perturbor, Conturbor, Percellor. [Plato Leg. 3, p. 693, C : Ἡμᾶς τοιαῦτα ... ῥήματα μὴ διαταραττέτω· 6, p. 757, B : Διὰ τὸ μὴ σφόδρα σαφὴς εἶναι (ἡ ἰσότης) σφόδρα ἡμᾶς διαταράττει.] Lucian. : Τίς οὐκ ἂν διεταράχθη; Quis non perturbatus fuisset? Isocr. Ad Nic. [p. 22, D] : Μὴ διαταραττομένους ἐν ταῖς τοῦ βίου μεταβολαῖς, ἀλλὰ καλῶς καὶ μετρίως καὶ τὰς συμφορὰς καὶ τὰς εὐτυχίας φέρειν ἐπισταμένους. [Xenoph. Mem. 4, 2, 40 : Αὐτὸν ... ἥκιστα μὲν διεταράττεν, ἁπλούστατα δὲ καὶ σαφέστατα ἐξηγεῖτο. Plut. Mor. p. 630, A : Ἃ γὰρ ἀγνοοῦσιν οἱ μὴ λέγοντες ... διαταράσσονται καὶ κινδυνεύουσιν. Polyb. 1, 40, 13, de elephantis : Καταπλαγιζόμενα (τὰ θηρία) ταχέως διεταράχθη. Harpocrat. : Διαστῆσαι, ἀντὶ τοῦ διαταράξαι καὶ οἷον ἀδύνατον ποιῆσαι. Apollon. De syntaxi p. 127, 18 Sylb. ubi de accentu pronominum agit : Εἰ μὴ τὰ τοιαῦτά τις ἐπεξεργάζοιτο ... ἀφορμὴν δώσει τοῖς θέλουσι διαταράσσειν τὰ ἀναγνώσματα.]

Διαταραχή, ἡ, Perturbatio : alii, Turbidus motus. [Plut. Mor. p. 317, B : Δεινοὺς ἀγῶνας πρὸς ἄλληλα καὶ διαταραχὰς λαμβανόντων.]

Διάτᾰσις, εως, ἡ, Extentio, Distentio, Contentio. [Syrianus in Comment. ad Aristot. Metaphys. ap. Ruhnk. ad Tim. p. 255 : Εἰ δέ γε τὰς διατάσεις, περὶ ἃς τῷ ὄντι ἡ γεωμετρία πραγματεύεται, ἠβούλετο σκοπεῖν ὀρθῶς. Iambl. Protrept. p. 376, de malva : Τῇ πρὸς τὸν ἥλιον διατάσει καὶ συμπαθείᾳ· ubi præcedit, Συντρέπεται τῷ ἡλίῳ τὰ τοιαῦτα φυτά. In l. Alciphr. 2, 4, p. 266 : Τῇ τῶν σπαρτῶν διατάσει, de ῥαβδομαντείᾳ interpretatur Bergler. || Plato Rep. 3, p. 407, C : Κεφαλῆς τινας ... διαστάσεις καὶ ὀλίγους. Archigenes ap. Galen. vol. 7, p. 415 : Διατάσεις νυγματώδεις. Hemst. Plut. Mor. p. 624, F : Ὧν (τῶν φλεβῶν) διατάσει καὶ ταραχῇ συμβαίνει τὸ μεθύειν. « Δ. in fracturis est Membri distentio, quum membrum ab inferiore parte intenditur et a superiore continetur. Hippocr. p. 746, A. Quibus in membris διάτασις fieri debeat scribitur ibid. F. Δ. πνεύμονος, Ea pars qua pulmo pervadit ac extenditur, Hippocr. p. 181, H. » Foes.] De virium et vocis contentione intelligit Bud. ap. Aristot. Polit. 7, [c. 17] : Τὰς δὲ διατάσεις τῶν παίδων καὶ κλαυθμοὺς οὐκ ὀρθῶς ἀπαγορεύουσιν οἱ κωλύοντες ἐν τοῖς νόμοις· συμφέρουσι γὰρ πρὸς αὔξησιν· γίνεται γὰρ τρόπον τινὰ γυμνασία τοῖς σώμασιν, sc. quum διατείνονται. At [Διάτασις τοῦ πνεύματος ap. Theophr. De sudor. 32, p. 819 ;] Αἱ ἀνώμαλοι προσβολαὶ καὶ διατάσεις τοῦ πνεύματος ῥήγματα καὶ σπάσματα ποιοῦσιν, Inæquales spiritus contentiones, Plut. [Mor. p. 130, D. Sic ibid. p. 127, D. Et p. 132, D : Μετὰ τοὺς κόπους καὶ τὰς διατάσεις καὶ τὰ καύματα.] Et ap. Galen. 7 Τῶν κατὰ τόπους in arteriaca Charixenis, Πρὸς φωνῆς τὰς ἐκ διατάσεως παρακοπάς, Ad vocis intercisiones s. abscissiones e nimia contentione ortas. Ubi tamen perperam legitur διαστάσεως, a nomin. Διάστασις, quod longe diversam ab hoc signif. habet. Dicitur et de Contentione quæ in oratione fit, s. de Invectiva oratione, ut accipiunt ap. Synes. Ep. ad Diodorum, Αἱ πρὸς τὰ πρόσωπα διατάσεις τὴν μὲν συνάφειαν διακόπτουσι, In personas invectivæ filum et continuitatem orationis abscindunt.

Διατάσσω, sive Διατάττω, Ordino, Compono in ordines, Digero, Dispono : διατάττειν τὸν στρατὸν, ex Herodoto. Et, Εὖ δὲ ἕκαστα Ἀθανάτοις διέταξε, ex Hesiodo [Theog. 74. Herodot. 7, 81 : Οἱ διατάξαντες (τὸν στρατόν)· 1, 114 : Διέταξε τοὺς μὲν οἰκίας οἰκοδομέειν, τοὺς δὲ δορυφόρους εἶναι· 120 : Ἀγγελιηφόρους καὶ τὰ λοιπὰ πάντα διατάξας εἶχε· 80 : Ὡς δὲ οἱ πάντες διετετάχατο. Plato Phæd. p. 115, C : Ὃ νυνὶ διαλεγόμενος καὶ διατάττων ἕκαστα τῶν λεγομένων. Xenoph. Cyrop. 8, 5, 15 : Ἐν ταῖς πορείαις πρὸς τὸ συμπῖπτον ἀεὶ διατάττων ἐπορεύετο. Polyb. 11, 33, 8 : Πάντα τὰ κατὰ τὴν Ἰβηρίαν διατάξας· 3, 33, 6 : Διέταξε αὐτῷ πῶς δεήσει ... Φόροι διαταχθέντες, Tributa imperata, id. 2, 13, 3; et διαταχθέντες σύμμαχοι, Auxilia imperata, 5, 4, 4.] Bud. postquam dixit διατάττω esse Describo, Decurio, et significare etiam Digero, et Compono in ordines : subjungit, Et διαταξάμενος, ὁ παραταξάμενος : ut [Aristoph. Vesp. 360 : Ἄνδρες ὁπλῖται διαταξάμενοι κατὰ τὰς ὁδοὺς σκοπιωροῦνται·] Xen. Hell. 7, [1, 20] : Οἱ Θηβαῖοι διαταξάμενοι, Agmine composito incedentes. Polyb. διατεταγμένους στρατιώτας vocat In stationibus et vigiliis dispositos. Utitur Xen. et de arboribus in quincuncem digestis [OEc. 4, 22] : Ταῦτα, ὦ Λύσανδρε, ἐγὼ πάντα καὶ διεμέτρησα καὶ διέταξα, quod Cicero vertit Mei sunt ordines, mea descriptio. At Διατάττομαι, voce pass. [media] Constituo, Statuo : quarum signiff. exx. affert Bud. ex Aristot. Probl. [29, 4 : Καθάπερ τὰς τῶν χρημάτων παρακαταθήκας πρὸς τοὺς ἐπιεικεῖς τιθέμεθα, οὕτω καὶ αὐτὴ (ἡ πενία) ὑπὲρ αὐτῆς διατάττεται], et ex Appiano. Additque significare etiam Edico, Plutarcho [Mor. p. 1129, A : Μηδὲ διατάσσου περὶ ταφῆς], qua in signif. Lucam voce activa usum esse, Act. 18, [2] : Διὰ τὸ διατεταχέναι τὸν Κλαύδιον κ. τ. λ. Vocis autem passivæ ex. in hac signif. habes et ap. Synes. Ep. ad Theoph. : Διὸ δέομαι γράφε καὶ διατάττου μηδενὶ μηδὲν ἐξεῖναι τοιοῦτο ποιεῖν. Hæc ille; sed ap. Eund. διατατόμεθα invenio, quod non satis commode reddi posse videtur Edicimus : sc. in Ep. 5, circa finem : Τούτους ἡμεῖς Ἀμαληκίτας εἶναι διατατόμεθα, παρ' ὧν οὐκ ἔξεστι κομίσασθαι λάφυρον. Aptius certe hic διαταττόμεθα reddetur Sancimus, quam Edicimus. At Epigr. l. 2 διατάττεσθαι dicitur a Lucillio [Anth. Pal. 11, 133], de eo qui aliquid mandat testamento : Καὶ κιθάρας αὐτῷ διετάξατο συγκατακαῦσαι Δώδεκα, καὶ κίστας εἴκοσι πέντε νόμων. [Hesych. : Διαταξαμένω, διατιθεμένω, δυϊκῶς. Διεταξάσθην, διετάξαντο, δυϊκῶς. Polyb. 4, 87, 13 : Ταῦτα διαταξάμενος· 5, 21, 1 : Διαταξάμενος περὶ τοῦ μέλλοντος κινδύνου τοῖς ἡγεμόσι.] Sciendum est porro, διατάσσεσθαι s. διατάττεσθαι passiva etiam signif. interdum dici, quod Edicitur et sancitur, idque in præt. præsertim. Philo V. M. l. 1 : Ἡ τὴν ἐν οὐκ ὀλίγοις τῶν διατεταγμένων ὑπὸ τῶν κατὰ τὰς πόλεις νομοθετῶν ἐναντίωσιν. At vero ex Herodot. [1, 110] affertur Διατέταγμαι ἐπορᾶν

pro Mandatum est mihi, Injunctum est mihi. Qua constr. Idem ταχθεὶς φρουρέειν, de quo in Τάσσω. [Polyb. 8, 22, 5 : Τὸν τῷ Καμβύλῳ διατεταγμένον τόπον, Locum assignatum.]

[Διατατικὸς, ἡ, όν.] Διατατικὸν, quod VV. LL. interpr. Ad ordinem spectans, hanc signif. non admittit. Scr. enim esset διατακτικόν. Et quod afferunt e Polyb. [fr. gramm. 38] post Suidam, Ταῦτ' ἄμεινον ὑπολαμβάνοντες εἶναι καὶ διατατικώτερον, si significaret quod vulgo dicimus *De meilleure conduite*, itidem scrib. esset διατακτικώτερον. [Recte Schweigh. διατατικώτερον interpretari videtur, Majorem vim habiturum. De significatione latiore vocabuli Sext. Emp. p. 224 : Ἡ δὲ δευτέρα (significatio voc. γραμματική) τάχα μὲν, ὥς τινες ἠξιώκασι, διατατικώτερον ἀπὸ τῆς πρώτης. Ubi vulgo διατακτικώτερον. Sed Fabricii emendationem confirmat quod sequitur διετάθη.]

[Διατατικῶς, Extense. Recte restitutum schol. Hom. Il. P, 263, ubi codex διατακτικῶς ἐμφανίζων. G. D. Sic etiam leg. Basil. t. 1, p. 1080, B : Ἀφ' ἑνὸς ἁμαρτήματος δ. ἐφ' ὅλα τὰ εἴδη τῆς κακίας ἑξακούειν. Ed. habet διατακτικῶς. Hase.]

Διαταφρεύω, Fossam duco ad dirimendum, Fossa dirimo, separo. [Polyb. 3, 105, 11 : Τὸν μεταξὺ τόπον... διετάφρευσαν· et 14, 2, 3. Plut. V. Pomp. c. 62 : Ἀνέσκαψε τὴν πόλιν καὶ διετάφρευσε.]

Διαταχέων, et Διατάχους, Celeriter, Cito. Ambo ap. Suidam, prius vero ap. Plat. Apol. Socr. Ap. Hesych. autem scriptum διατάχως [corrupte pro διὰ τάχους], expositumque itidem συντόμως : sed id suspectius est. At superiora sunt qui divisim etiam scribant, sc. διὰ ταχέων et διὰ τάχους, ut videbis s. vv. Ταχὺς et Τάχος. [Quæ vide.]

[Διαταχέως. V. Ταχύς.]

Διατέγγω i. q. τέγγω, nisi quod præpositio signif. aliquantum auget. Pro Irrigo affertur ex Eurip. [Iphig. T. 404 : Κούρα διατέγγει βωμοὺς, quæ est lectio vitiosa pro δία τέγγει· de quo dicetur s. v. Διός. Nec major auctoritas l. Æsch. Pers. 538 : Διὰ μυδαλέοις δάκρυσι κόλπους τέγγουσι, quum Porsonus recte correxerit διαμυδαλέοις. G. Dind.]

Διατεθρυμμένως, Delicate et molliter, Dissolute. Plato De Leg. [11, p. 922, C] : Δ. ἔχει.

Διατείνω, Protendo, Extendo, Porrigo. Xen. Cyrop. 1, [3, 4] : Εἰ ἀνάγκη σοι ἐπὶ πάντα τὰ λεκάνια ταῦτα διατείνειν τὰς χεῖρας, καὶ ἀπογεύσασθαι τούτων τῶν παντοδαπῶν. Ubi ἐπὶ τὰ λεκάνια διατείνειν τὰς χεῖρας est, sicut Hom. dicit ἐπὶ σίτῳ χεῖρας ἰάλλειν, Protensam s. Extensam manum inferre patinæ ad capiendum cibum. [Hesych. : Διετεινάτην, διέτειναν, δυϊκῶς. Theodoret. vol. 2, p. 40 : Τὰς ῥυτίδας τῶν ἁμαρτημάτων διατείνοντες καὶ τὰ γεγηρακότα ἀποξύοντες ἤθη.] Pass. Διατείνομαι, Protendor, Extendor, Porrigor. [Mœris p. 342 : Σκορδινᾶσθαι Ἀττικῶς, διατείνεσθαι Ἑλληνικῶς. Ubi Sallier. Jo. Chrysost. l. affert In Paul. p. 513 : Ἀνίστασθαι καὶ διατείνεσθαι.] Qua signif. Athen. 5, [p. 189, C] dicit αὐλὸν vocari πᾶν τὸ διατεταμένον εἰς εὐθύτητα σχῆμα, Quamlibet figuram in rectum porrectam. [Plut. Mor. p. 63, B : Ὡς οἱ μαθηματικοὶ τὰς ἐπιφανείας καὶ τὰς γραμμὰς λέγουσι μήτε κάμπτεσθαι μήτε διατείνεσθαι μήτε κινεῖσθαι καθ' ἑαυτάς. Theophr. De sudor. 34, p. 820 : Ἡ τοῦ πνεύματος κάθεξις διατείνεταί πως εἰς τὴν κεφαλήν. Plato Sophist. p. 253, D : Μίαν ἰδέαν διὰ πολλῶν ... πάντη διατεταμένην ἱκανῶς διαισθάνεται. Ap. Polyb. 15, 28, 2 : Διατεταμένοι τὰς μάστιγας, Intenta flagra tenentes.] Media autem vox act. habet signif. [Herodot. 9, 18 : Διετείνοντο τὰ βέλεα ὡς ἀπήσοντες.] Herodian. 2, [5, 3] : Τὰ δόρατα διατεινάμενοι, καὶ τὰ ξίφη σπασάμενοι, Protentis hastis, s. Quum protendissent hastas suas. Cui l. similis hic ap. Xen. Cyrop. 1, p. 12 [4, 23] : Ὡς εἶδον τοὺς Μήδους προκινηθέντας, διατεινάμενοι οἱ μὲν τὰ παλτὰ, οἱ δὲ τὰ τόξα, ἔστασαν. Ubi tamen interpres, Intendentes alii tragulas, alii sagittas. Qua signif. ἐπανατείνειν accipi docebo infra. [Theocr. 22, 67 : Πὺξ διατεινάμενος σφετέρης μὴ φείδεο τέχνης.] Itidemque accipiendum videtur, quod e Diog. L. affertur, Διατείνων τὴν βακτηρίαν, Intentans baculum, ut in Diogene Idem dicit, Τὴν βακτηρίαν ἐπανατειναμένου αὐτοῦ, Baculum eo intendente. [Conf. Polybii l. supra appositum.] || Διατείνω, etiam Distendo : unde ap. Medicos διατεινόμεναι φλέβες, Venæ quæ distenduntur, distentæ et tumidæ. || Interdum neutraliter accipitur, sicut et simplex τείνω, pro Porrigo et extendo me, Distendo me, Pertendo, Pertineo. Aristot. Eth. 4, 1 : Διατείνει δὲ ἐπὶ πολὺ, καὶ πολυειδές ἐστι, Late se extendit, Longius porrigitur. Idem alibi, Ἐφ' ὅσον δὴ διατείνει ἡ θεωρία, καὶ εὐδαιμονία, Quousque se extendit et porrigit, pertingit, se extendit contemplatio, eousque etiam pertendit beatitudo. Plut. Inst. Lacon. : Διέτεινε μέχρι τῶν ἐνηλίκων ἡ παιδεία, Ad puberes usque se extendebat disciplina illa, i. e. Disciplina illa ad pubertatem usque durabat, Erant in illa disciplina donec pubertatem attigissent. [Idem Mor. p. 642, E : Κατὰ τὰς σφαγὰς ... τῶν ζῴων μεταβολαὶ μέχρι δερμάτων καὶ τριχῶν καὶ ὀνύχων διατείνουσιν· 694, B : Οὕτως ἄρα καὶ βουλιμιᾶν ἐκεῖθεν ἀρξάμενον ἐνταῦθα διέτεινε· 903, B; 1143, D, et alibi.] Itidem in Sapient. 8, [1] : Διατείνει ἀπὸ πέρατος εἰς πέρας. Et rursum Aristot. [H. A. 2, 11] : Διατείνουσι καθ' ἅπαν σῶμα [ὑμένες πολλοί], Pervadunt in omnes corporis partes. Et in princ. l. 10 Eth. : Διατείνει γὰρ ταῦτα διὰ παντὸς τοῦ βίου, ῥοπὴν ἔχοντα καὶ δύναμιν πρὸς ἀρετήν τε καὶ τὴν εὐδαιμονίαν, Extendunt se, s. Pertinent, Permeant, ut Bud. interpr., qui huic διατείνω synonyma apponit διήκω et διϊκνοῦμαι. At, Οὐ διατείνει ἁρμονίᾳ [τῇ ἁρμονικῇ πραγματείᾳ πρὸς τὰ τοιαῦτα, e Plut. Mor. p. 1142, F, ubi est, Non usque eo pertingit], VV. LL. nescio unde afferant pro Non spectat ad harmoniam. [Polyb. 3, 37, 9 : Τὰ ... ὄρη διατείνει ἀπὸ τῆς καθ' ἡμᾶς θαλάττης ἕως εἰς τὴν ἐκτός· 8, 31, 6 : Ἡ σύγκλητος νομίζουσα πρὸς αὐτήν τι διατείνειν τὴν αὔξησιν τοῦ βασιλέως· 9, 5, 4 : Ὡς καὶ πρὸς τὰ ὅλα διατεινούσης τῆς ἐνεστηκυίας κρίσεως· 30, 12, 2 : Τοῦτο πρὸς οὐδὲν ἔτι διατείνει, Nulli amplius usui est. Schweigh.] || Pass. Διατείνομαι, Protendor, Porrigor, Extendor, Distendor, ut e supra dictis patet. Etiam Contendo, ea signif. qua dicitur Contendo efficere, pro Omnes nervos intendo ut efficiam, Laboro et enitor, Annitor, qua in signif. interdum junctum habet infinit. Aristot. Eth. 9, [8] : Πάντων ἁμιλλωμένων πρὸς τὸ καλὸν, καὶ διατεινομένων τὰ κάλλιστα πράττειν. Sine infin. [Plato Rep. 5, p. 474, A : Θεῖν διατεταμένους· 6, p. 501, C : Διατεταμένους ἐφ' ἡμᾶς ἰέναι. Polyb. 5, 86, 4 : Διέτεινε πρὸς Γάζαν. Diodor. 4, 75 : Στρατεύσας εἰς τὰ πρὸς ἕω μέρη τῆς Ἀσίας καὶ διατείνας ἕως Αἰθιοπίας· 12, 70 : Οἱ δὲ εἰς τὸ Δήλιον κατέφυγον, τινὲς δὲ πρὸς τὴν θάλατταν διέτεινον· 19, 80 : Διέτεινε γὰρ ἓξ ἡμέρας ἀπὸ Μαλλοῦ σταθμοὺς κδ', Intra dies sex a Mallo stathmos confecit 24.] Xen. Mem. 4, [2, 22] : Οὐκοῦν δεῖ παντὶ τρόπῳ διατειναμένους φεύγειν, ὅπως μὴ ἀνδράποδα ὦμεν· 3, [7, 9] : Μὴ ἀπορραθύμει τούτου, ἀλλὰ διατείνου πρὸς τὸ προσέχειν σεαυτῷ. Ubi nota etiam verbum oppositum. Itidem de virium ac vocis contentione dici annotat Bud. ap. Aristot. Polit. 7, [c. 17] : Ἡ γὰρ τοῦ πνεύματος κάθεξις ποιεῖ τὴν ἰσχὺν τοῖς πονοῦσιν· ὃ συμβαίνει ἐν τοῖς παιδίοις διατεινομένοις· ubi idem Aristot. dicit τὰς διατάσεις τῶν παίδων, Contentiones virium ac vocis, Bud., qui h. Celsi l. subjungit verbo διατείνεσθαι, Scribere, legere, voce contendere. Item et verbis ac oratione aliquis διατείνεται, itidem Contendit. Plin. Epist. ult. l. 2 : Ἀλλὰ τί διατείνομαι in ea civitate, in qua jampridem non minora præmia, imo majora, nequitia et improbitas, quam pudor et virtus habent. Dem. [p. 275] : Τί οὖν ταῦτ' ἐπήραμαι καὶ διετεινάμην οὕτωσὶ σφοδρῶς; Theophr. H. Pl. 5 [6, 7, 1] : Ὡς διατείνονταί τινες, Ut contendunt nonnulli, Ut quidam affirmant. [C. Pl. 4, 6, 1 : Οἱ δὲ ὡς ἀληθὲς διατείνονται. Phrynich. in Bekk. An. p. 11, 25 : Τινὲς δὲ διετείναντο ὡς ἐπὶ μέλλοντος χρόνου τὸ ἄρτι, ἐγὼ δὲ οὐχ εὗρον. Diodor. 13, 28 : Εἰ ... ἀνεῖσθε τοῖς θυμοῖς, τί χρὴ νῦν ἡμᾶς διατείνεσθαι; ad quem l. v. Wessel.] Accipitur enim aliquando pro Affirmo, Assevero, βεβαιοῦμαι, ap. Aristot. et Lucian. [Prom. c. 5 : Οὐ μὴν περί γε τῶν ἐμῶν ἔχω διατείνεσθαι ὡς τοιούτων ὄντων·] nec non Plut. [Mor. p. 2, C] : Ταῦτα πάντα διατεινάμενος εἴποιμι ὅτι συνῆλθε, Pro certo affirmare ausim. Affertur et διατεινόμενος pro Sine fine occlamans. [Hesych. : Διατείνειν, διαρρήδην λέγειν, λογείσθαι (Musur. λογίζεσθαι. Scrib. videtur ἀπολογεῖσθαι). Διατείνεσθαι, διαβεβαιοῦσθαι, φιλονεικεῖσθαι. Διατείνεται, ἀπολογεῖται. Ὁμοίως

(del.). Διατείνομαι, ὁμοίως. Harpocrat. : Διετείνοντο (Διετείναντο Bekk.)· ἰδίως Ἀντιφῶν τοῦτ' ἔταξεν ἐν τῷ περὶ Ἡρώδου φόνου, ἀντὶ τοῦ διὰ συντόνου σπουδῆς ἀπηρνήσαντο.]

Διατειχίζω, Muro interjecto separo et distermino, Interjecto muro dispesco. [Lysias p. 194, 39 : Πελοποννησίων διατειχιζόντων τὸν ἰσθμόν. Aristoph. Eq. 818 : Σὺ δ' Ἀθηναίους ἐζήτησας μικροπολίτας ἀποφῆναι διατειχίζων. Polyb. 8, 34 : Διατειχίσαι τὴν πόλιν ἀπὸ τῆς ἄκρας. Hesych. : Διατειχίζειν, ὅταν πολέμου ὄντος συγκλεισθῶσι, τὰς ῥύμας διατειχίζουσιν, ἵνα μὴ εὐκατάληπτοι ὦσιν. Cum accus. Ælian. N. A. 6, 43 : Αἱμασιὰς δέ τινας μέσας διειργούσας ἀπ' ἀλλήλων τοὺς χηραμοὺς διατειχίζουσι.] Frequentius accipitur pro Separo veluti interjecto muro, Intersepio, Discludo et dirimo. Xen. Symp. p. 520 [5, 6] : Ἡ δὲ ὑψηλὴ ῥὶς διατετείχικε τὰ ὄμματα. Nasus enim oculos, veluti murus et septum interjectum, discludit et disterminat a se invicem, et διαφράγματος vicem gerit. Synes. Ep. 67 : Διοδεύσας τὴν ὕποπτον, ὡς ἀνύποπτον, ἣν διετείχισεν ὅπλα πολέμια, Quam interclusione separarunt infesta arma : Ep. 50 : Διατετειχίσθω μοι τὰ πρὸς ἅπαντας, Disclusus et disjunctus sim ab omnibus. Interdum dat. instrumentalis additur, velut et in τειχίζω, Ep. 142 : Παιδείαν καὶ στρατείαν διατετειχισμένας θρυγκοῖς μεγάλοις, Magnis maceriis, veluti muro, disjunctas et separatas a se invicem. Sic Lucian. [Quom. hist. conscr. c. 7] : Ἀγνοοῦντες ὡς οὐ στενῷ τῷ ἰσθμῷ διώρισται καὶ διατετείχισται ἡ ἱστορία πρὸς τὸ ἐγκώμιον. [Dial. mer. 11, 1 : Διετείχιζες τὸ μεταξὺ ἡμῶν τῷ ἱματίῳ, δεδιὼς μὴ ψαύσαιμί σου. Philo vol. 1, p. 461, 41 : Τὸν μὲν οὖν ὡς κηφῆνα τοὺς ... πόνους λυμαίνεσθαι διεγνωκότα ... διατειχιεῖ.]

[Διατειχίον, τὸ, i. q. διατείχισμα. Diodor. 16, 12 : Ἐν σταδίῳ ὀλίγῳ δὲ διαστήματι τῆς διατειχίου ἔσω μάχης οὔσης συνέδραμε πλῆθος στρατιωτῶν εἰς στενὸν τόπον. Σταδίῳ et διατειχίου delet Reiskius.]

Διατείχισμα, τὸ, Murus in id structus ut intersepiat aliqua, simpliciter Murus intersepiens, ut intergerini parietes in domibus. [Murus interjectus (urbem ab arce separans) ap. Polyb. 8, 36, 9. Murus interior 16, 31, 5 et 8, 33, 1. Schweigh. Diodor. 14, 86 : Πολιορκήσαντες τὸ χωρίον ἐντὸς τοῦ διατειχίσματος εἰσεβιάζοντο. Strabo 2, p. 80 : Κατὰ τὸ Σεμιράμιδος διατείχισμα.] Interdum etiam Munitio et vallum urbem aliquam discludens et disterminans ab alia; aut etiam Munitio structa in eum usum, ut hostem intercludat et arceat : quemadmodum Plut. τὸν ἰσθμὸν τειχισθέντα vocat διατείχισμα [Mor. p. 871, F] : Ἔπεισεν αὐτοὺς ἐκπέμψαι τὸ στράτευμα, λέγων ὅτι τοῦ διατειχίσματος οὐδὲν ὄφελός ἐστι Πελοποννήσου, ἂν Ἀθηναῖοι Μαρδονίῳ προσγένωνται. Greg. Naz. διατείχισμα appellavit Interstructuram in favis apum, qua hexagoni favi distinguuntur. Qua de re vide et quendam Aristotelis l. in Ὀρθόω citatum. [Impropr. de veste inter duos amantes interposita Lucian. Dial. mer. 11, 4 : Ἀφῃρήσθω μὲν ἤδη τὸ δ., περιβάλλωμεν δὲ ἀλλήλους. De homine pugnantes dirimente id. Lapith. c. 33 : Ὑπὸ διατειχίσματι αὐτῷ εἰρήνην ἄγοντες. Eustath. Opusc. p. 357, 60 : Σαθρὸν τῆς βασκανίας τὸ διατείχισμα.]

Διατεκμαίρομαι, Per signa demonstro, ut conjectare sit facile, Significo, Certis notis ostendo. Hesiod. Op. [396] : Ἐργάζευ, νήπιε Πέρση, Ἔργα τά τ' ἀνθρώποισι θεοὶ διετεκμήραντο. Ubi Moschop. διετεκμήραντο exp. ἐγνώρισαν, τεκμαίρεσθαι ἔδωκαν· subjungens, Poetam θεοὺς ibi vocasse τὰ στοιχεῖα, Elementa : quoniam sc. ἀπὸ τούτων τεκμαιρόμενοι οἱ ἄνθρωποι τὰ τῆς γεωργίας ἔργα ἐργάζονται. [Manetho 6, 750 : Τὼς μὲν ἐμὴν γενέθλην Μοῖραι διετεκμήραντο. Hesych. : Διατεκμαίρονται, σημειοῦνται. Διατεκμαίρομαι, στοχάζομαι. || Idem annotavit formam activam, Διατεκμαίρει, διαστοχάζει (Musur. διαστοχάζεται), σημειοῦται. Quæ de hoc verbo non magis usitata est quam de στοχάζομαι. Quare scrib. videtur Διατεκμαίρεται, διαστοχάζεται. Neque enim probabile est secundæ hæc esse personæ, quo pacto σημειοῦται ut ex alia gl. illatum delendum foret. G. Dind.]

[Διατεκταίνομαι, Fabricor, Machinor. Hesych. : Διετεκτήνατο, ἐμηχανήσατο. Theodor. Hyrtac. in Boisson. Anecd. vol. 3, p. 36 : Διατεκτηναμένη ζυγὸν ἀμφιδέξιον.]

[Διατελείαν. Hesych. (inter Διάττειν et Διαττερίσαι) : Διατελείαν, τὸ ἄπρακτον, παρὰ Σώφρονι. Τινὲς δὲ γράφουσι διαγγελίαν. Recte Albert. Δι' ἀτέλειαν corrigere videtur.]

[Διατελεστέον, Permanendum, Perseverandum. Clem. Al. Strom. 3, p. 530 : Ἐπιμελητέον τῆς ψυχῆς, ἧ πρὸς μόνῳ τῷ θείῳ διατελεστέον. Kall.]

[Διατελευτάω, i. q. διατελέω, Perago, Perficio. Hom. Il. Τ, 90 : Θεὸς διὰ πάντα τελευτᾷ. De quo l. mira sunt scholiastarum commenta.]

Διατελέω, [Absolvo. Aristot. De mundo c. 6 : Ξέρξην αὐτουργεῖν ἅπαντα καὶ διατελεῖν. Seager. Bekker. p. 398, 5 ex libris melioribus restituit ἐπιτελεῖν. Xenoph. H. Gr. 7, 3, 4 : Ἐπείπερ ἠρξάμην, διατελέσαι βούλομαι τὰ περὶ τοῦ Εὐφρονος. Eurip. Heracl. 435 : Τί δῆτ' ἔτερψας ὦ τάλαινά με ἐλπὶς τότ', οὐ μέλλουσα διατελεῖν χάριν; ubi διατελεῖν futurum est ex διατελέσειν contractum. Διατελεῖν τὸν λόγον, Absolvere sermonem, Æschin. Dial. 2, 33, quod c. 23 dicitur ἐπιτελεῖν], Perago, Traduco : Perago, inquam, sed ea signif. qua dicitur Ævum s. Vitam peragere, hoc ab Ovidio, illud a Virg. Dicitur autem et Transigere vitam. [Plato Apol. p. 31, A : Τὸν λοιπὸν βίον καθεύδοντες διατελοῖτ' ἄν· Conviv. p. 192, C : Οἱ διατελοῦντες μετ' ἀλλήλων διὰ βίου οὗτοί εἰσιν. Herodot. 6, 117 : Τὸ λοιπὸν τῆς ζόης διατελέειν ἀπὸ τούτου τοῦ χρόνου ἐόντα τυφλόν.] Isocrat. Busir. [p. 225, C] : Ἕκαστοι τὴν αὑτῶν ἔχοντες, εὐδαιμόνως τὸν βίον διατελοῖμεν, Feliciter vitam perageremus. Vel, quod magis in prosa usitatum est, Vitam traduceremus. Sic usus est et Xenoph. cum accus. Cyrop. 1, [5, 4] : Ἤδη γὰρ καὶ ὁ Κῦρος διατετελεκὼς τὰ ἐν τοῖς ἐφήβοις δέκα ἔτη, ἐν τοῖς ἀνδράσιν ἦν. Ubi διατετελεκὼς δέκα ἔτη potest reddi itidem Quum peregisset decem annos; sed rectius, Quum exegisset. Aut etiam, Quum confecisset, e Cic. [Dionys. A. R. 9, 37 : Ἐπίπονον σφόδρα καὶ ταραχώδη τὴν ἀρχὴν διετέλεσαν.] || Διατελῶ, neutraliter positum, Permaneo, Persevero. [Hippocr. p. 460, 36 : Οὐ δυνάμενοι τὰς ἡμέρας διατελέειν, ἄχρι οὗ....] Aristot. [H. A. 6, 2 : Τὸ δ' ὠχρὸν οὐ πήγνυται, ἀλλὰ μαλακὸν διατελεῖ. Ib. c. 3 : Τοῦτο μέχρι πόρρω διατελεῖ· 7, 4 : Αἱ τὰ ἄρρενα κύουσαι καὶ μᾶλλον μετ' εὐχροίας διατελοῦσιν. Et alio l.] : Μετὰ δὲ ταῦτα οὐκ ἔτι οὐδὲ τίκτουσιν, ἀλλ' ἄγονοι διατελοῦσιν, Sed steriles permanent. Sic e Thuc. affertur [6, 89] : Διατελοῦντος μου προθύμου, pro Quum permanerem s. perseverarem in hoc promti animi affectu. At, Διετέλει φίλος τοῦ λαβόντος, Perpetuo colebat amicitiam ejus qui cepisset. Et, Ἀνουθέτητοι διατελοῦσι, ex Isocr. [p. 15, C], Semper admonitore carent. E Xen. [Mem. 1, 6, 2] : Ἀνυπόδητος καὶ ἀχίτων διατελεῖς, Sine calceis et tunica esse pergis, Incalceatus et intunicatus permanes, Usque manes incalceatus et intunicatus. Sæpe autem participio junctum hunc eund. usum habet; atque adeo illi junctum redditur eod. illo verbo a Bud. ap. Philon. : Ἐξ ὧν ἐστὶ δῆλον ὅτι ἀγέννητος καὶ ἄφθαρτος ὢν διατελεῖ, Atque ex iis planum factum est, ingenitum mundum permanere et incorruptum. E Plut. Theseo [cap. 8] : Διετέλει χρώμενος τῇ κορύνῃ, Clava deinceps perpetuo usus est. Sic, Διετέλει διακόνῳ χρώμενος, Semper deinceps est usus. At, Διετέλεσαν πανηγυρίζοντες, Festos dies ad extremum vitæ agebant. Sed interdum διατελῶ ποιῶν existimat Bud. non aliud esse quam ποιῶ (sicut ληρεῖς ἔχων, non est aliud quam ληρεῖς), Demosth. [p. 460] : Ἀλλὰ καὶ τὰς ἰδίας οὐσίας προσαναλίσκοντες διετέλουν. [Herodot. 7, 111 : Διατελεῦσι τὸ μέχρι ἐμεῦ αἰεὶ ἐόντες ἐλεύθεροι. Polyb. 2, 5, 1 : Ταύτας ἀεὶ τὰς χώρας πορθοῦντες διετέλουν. Dionys. A. R. 6, 63 : Ἰσοπολιτείαν, ἧς ἀεὶ διατελοῦσι δεόμεναι. Dinarch. ap. Harpocr. s. v. Προμετρητής : Ἐν τῇ ἀγορᾷ προμετρῶν διατετέλεκεν. Theodoret. vol. 1, p. 643 : Δακρύων διηνεκῶς διατελῶ. Cum adject. et participio Dionys. A. R. 4, 73 : Ἐξ ἧς μεγάλη καὶ εὐδαίμων καὶ πολλῶν ἄρχουσα ἀνθρώπων ἡ πόλις διετέλεσεν. Inversa constructione olim ap. Plut. De puer. educ. p. 13, A, legebatur : Ὅπερ γὰρ πολλάκις καὶ πρὸς πολλοὺς τῶν πατέρων διατελῶν λέγω, ubi ex codd. correctum διατελῶ λέγων. Quæ emendatio etiam Pselli l., quem comparat Wyttenb., adhibenda De oper. dæmon. p. 41 : Θαυμάζω διατελῶν. Toties enim in hoc genere peccarunt librarii, ut ab his quam ab scriptoribus communem usum

loquendi violatum esse credibilius videatur. || Forma media ap. Hesych. : Διετελέσω, διέμεινας, nisi hoc ex διετέλεις corruptum. G. Dind.] A

[Διατελέως ap. Hippocr. p. 210, F, lectio vitiosa pro διὰ τέλεος. V. Τέλος.]

[Διατελὴς, ὁ, ἡ, Perpetuus. Soph. OEd. Col. 1514 : Αἱ πολλὰ βρονταὶ διατελεῖς. Plato Rep. 10, p. 618, A : Τυραννίδας ... τὰς μὲν διατελεῖς, τὰς δὲ καὶ μεταξὺ διαφθειρομένας. Dio Cass. 44, 48 : Προστάτην διατελῆ τῆς πόλεως. Διατελῆ vitiose legitur ap. Themist. Or. 4, p. 52, C, ubi HSt. recte corrigit διατελεῖτε.]

Διατέμνω, Disseco, Discindo, Sectione s. Scissione divido. [Æsch. Suppl. 545 : Διχῇ δ' ἀντίπορον γαῖαν ἐν αἴσᾳ διατέμνουσα πόρον κυματίαν ὁρίζει. Eur. Hec. 782 : Διατεμὼν χρόα. Plato Conviv. p. 190, D : Διατεμῶ δίχα ἕκαστον. || Forma media ap. Hesych. : Διετεμόμην, διέκοψα, διεῖλον.] Pass. voce ac signif. ex Aristoph. [Eq. 768] διατμηθείην λέπαδνα pro εἰς μέρη λωροτομηθείην, In minutissimas partes secer, ut pellis aliqua solet in minuta dissecari lora. Rursum act. voce ac signif. διατέμνω χωρὶς pro Distinguo et separo a, e Plat. De LL. [3, p. 697, A : Διατεμεῖν χωρὶς τά τε μέγιστα καὶ δεύτερα καὶ τρίτα.] Item metaphorice pro Discindo, i. e. studia in contraria scindo, Distraho, Dirimo, Divello, ut quum Æschin. [p. 83, 29] dicit, Τὸν γόητα καὶ βαλαντιοτόμον, καὶ διατετμηκότα τὴν πολιτείαν. || Διατάμνω, Disseco, Discindo, i. q. διατέμνω et διατμήσσω, nisi quod poet. et Ion. [et Dor.] est. [Hom. Il. P, 522 : Ἵνα τάμῃ διὰ πᾶσαν· 618 : Διὰ δὲ γλῶσσαν τάμε μέσσην. Herodot. 2, 139, διαταμέειν· 7, 39, διαταμόντας. Hippocr. p. 420, 38, διατάμνειν· 903, B, διατάμνει. Tabul. Heracl. p. 275, 65 : Τὸν διατάμνοντα τὼς χώρως. Sed ap. Ælian. N. A. 13, 20 διέταμε in διέτεμε est mutandum, quod præbent codd. Vindob.] B

Διατενὴς, ὁ, ἡ, Pertendens, Contendens, Tendens. Theophr. C. Pl. 2, 20 [15, 2] : Διατενὲς πρὸς τελείωσιν, Tendens ad rei perfectionem, Pertinens, Faciens. Alii, Quod ad rei perfectionem spectatissimum est.

Διατερσαίνω, Exicco, Inarefacio, διαξηραίνω. [Sic interpr. Hesych. et Suid. Priscus in Excerpt. p. 184, 21 ed. Nieb. : Ἅπαντα (τὰ σκεύη) διατερσαίνοντες. G. D.] C

[Διατεταμένως] E superiore διατείνομαι, Contendo, Annitor, Enitor, est adv. Διατεταμένως, Magna contentione, Magnopere, Enixe, Obnixe. Aristot. Ethic. 9, 4 : Εἰ δὴ τὸ οὕτως ἔχειν λίαν ἐστὶν ἄθλιον, φευκτέον τὴν μοχθηρίαν δ., καὶ πειρατέον ἐπιεικῆ εἶναι, Omnes nervi intendendi sunt ut, Summa virium contentione annitendum est ut : pro, δεῖ παντὶ τρόπῳ διατείνασθαι φεύγειν, ὅπως μὴ πονηροὶ ὦμεν, ut Xen. supra [in Διατείνω] loquitur. Et 10, 4 : Δ. περὶ ταῦτα ἐνεργεῖ. [Plut. V. Cat. min. c. 26 : Ἐπειπὼν πᾶσι τοῖς ἄλλοις δ. Wakef. Schol. Plat. p. 119 : Δ. διισχυρίζεται. Schæf. Juliano p. 301, A, διατεταμένως pro διατεταγμένως restituendum. G. Dindorf.]

[Διατετηρημένως, Prudenter. Scholiastæ ad Dionys. Perieg. 1, p. 318, 21 restituit Bernhardy, ubi vulgo legitur : Διατετηρημένος δὲ ἐν τοῖς ἑξῆς ἀποδιδοὺς ἑαυτῷ τὴν πίστιν ἐπάγει τὸ ἔπος.]

[Διατετμημένως, Divisim. Theodor. Metoch. Miscell. p. 760 : Ἰδιάζοντες ἕκαστοι δ. ταῖς πολιτείαις καὶ τοῖς ἤθεσιν ἐδίωσαν Ἕλληνες. G. Dind.] D

[Διατετραίνω. V. Διατιτράω.]

[Διατετυπωμένως. V. Διατυπόω.]

Διατεύοντο, Hesych. ἐμερίζοντο : itidemque διατεύονται, μερίζονται. Scribuntur tamen hæc sine ι potius.

Διατήκω, i. q. ἀποτήκω. Aristoph. Nub. [149] : Κηρὸν διατήξας, εἶτα τὴν ψύλλαν λαβὼν, Ἐνέβαψεν εἰς τὸν κηρὸν αὐτῆς τῷ πόδε, Liquefacta cera. Plut. Symp. 6, 8 [p. 695, D] : Ἐν μὲν γὰρ τοῖς μεγάλοις χειμῶσιν ἀκόναι μολίβδου διατήκονται· e quo colligit τὸ ἐκψύχεσθαι non solum πηγνύειν, verum etiam τήκειν τὰ σώματα. Itidem [Mor. p. 949, C] idem Plut. ait, Ἀριστοτέλης δὲ καὶ τὰς ἀκόνας τοῦ μολίβδου τήκεσθαί φησι καὶ ῥεῖν ὑπὸ κρύους καὶ χειμῶνος, Plumbeas cotes ipso horrore hyemis et frigoris tabefactas solvi atque labi, Turn. Ubi nota etiam de lapidibus dici τήκεσθαι, ut tradit idem Aristot. Meteor. 4, [9 et 10. Clem. Al. p. 180, 14 : Τὰ γλίσχρα διατήκειν θερμότητι. Euseb. H. E. p. 392, 16. Hemst.]

[Διάτηξις, εως, ἡ, Tabes, Gl.]

Διατηρέω, Servo, Conservo, Tueor. Item Servo, Observo : ut διατηρεῖν τοὺς νόμους ap. Æschin., qua signif. in N. T. legimus τηρεῖν τὰς ἐντολὰς Θεοῦ. Præterea Attente observo et caveo, ut et τηρέω. Ac sicut illud τηρέω junctum habet interdum ὅπως μὴ, vel μὴ, ita et hoc διατηρέω, Aristot. H. A. 9, [7] de hirundine, Περὶ τὴν τροφὴν τῶν τέκνων ἐκπονεῖται· δίδωσι δὲ ἑκατέρῳ, διατηροῦσά τινι συνηθείᾳ τὸ προειληφὸς, ἵνα μὴ δὶς λάβῃ. Dem. [p. 115, 26] : Ἐπαμῦναι μὲν τούτοις, καὶ διατηρῆσαι μή τι πάθωσι. [In decreto ap. eund. p. 238, 9 : Τούτων δ' ἑκάστους ἣν παρέλαβον τάξιν διατηρεῖν. Polyb. 1, 7, 7 : Διετήρουν τὴν πόλιν καὶ τὴν ἑαυτῶν πίστιν· 7, 8, 7, de sene : Διεφύλαξε δὲ τὰς αἰσθήσεις ἁπάσας, διετήρησε δὲ πάντα καὶ τὰ μέρη τοῦ σώματος ἀβλαβῆ· ib. 4 : Διετήρησε τῇ πατρίδι τὴν εἰρήνην. Διατηρεῖν τὸν πόλεμον, Continuare bellum, Plut. V. Dion. c. 33.]

Διατήρησις, εως, ἡ, Observatio, Conservatio. [Diodor. 2, 50 : Ἀγαθὴ γὰρ ἡ φύσις διδάσκαλος ἅπασι τοῖς ζῴοις ἐστὶ πρὸς διατήρησιν οὐ μόνον ἑαυτῶν, ἀλλὰ καὶ τῶν γεννωμένων. Scott. Exod. 16, 33 : Ἀποθήσεις αὐτὸ ... εἰς διατήρησιν εἰς τὰς γενεὰς ὑμῶν. Et Num. 17, 10.] B

[Διατηρητέον, Conservandum. Clem. Al. p. 223 : Τὸ δὴ διάταγμα τοῦ λόγου παντὶ δ. σθένει. Kall. Geopon. 9, 11, 10, p. 601 : Δ. δὲ ἀκριβῶς τὸν φλοιὸν, ἵνα μὴ σπαραχθῇ.]

[Διατηρητικὸς, ἡ, ὸν, Aptus ad conservandum. Marc. Anton. 1, 16 : Τὸ διατηρητικὸν τῶν φίλων. Porphyr. De abst. 1, 53, διατηρητικὸν (τῆς ὑγιείας), cit. Wakef.]

[Διάτης. V. Δῖον.]

[Διατί. V. Διὰ et Τίς. Arcad. p. 184, 12 : Τὸ ἵνατί καὶ διατί καὶ ἐν τῇ συνεπείᾳ ὀξύνεται.]

[Διατιθέω i. q. διατίθημι. De qua forma v. s. Τίθημι. Διετίθουν pro διετίθεσαν dictum ex Antiphanis Iasone annotavit Antiatt. p. 90, 5. G. Dind.]

Διατίθημι, Dispono, Compono. [Herodot. 7, 39 : Διαταμόντας δὲ (τὸν παῖδα) τὰ ἡμίτομα διαθεῖναι τὸ μὲν ἐπὶ δεξιὰ τῆς ὁδοῦ, τὸ δὲ ἐπ' ἀριστερά. Aristot. H. A. 8, 4 : Θηρεύουσί τινες καὶ τοὺς ἔχεις εἰς ὀστράκια διατιθέντες οἶνον εἰς τὰς αἱμασιάς. Geopon. 10, 56, 5, p. 726 : Ἐν μέλιτι διαθέντες τὰ σῦκα, ὥστε μήτε ἀλλήλων μήτε τοῦ ἀγγείου ψαύειν.] Lucian. [Vit. auct. init.] : Σὺ μέντοι διατίθει τὰ βάθρα. Interdum Administro, Constituo. Thuc. 6, [15] : Κράτιστα διαθέντα τὰ τοῦ πολέμου. Sic Herodian. 3, [8, 4] : Τά τε κατὰ τὰς Γαλλίας ὡς ᾤετο ἄριστα διαθεὶς, ubi tamen Polit., Itemque omni Gallia composita e sententia. Item Instituo, ut ἀγῶνας διέθεσαν ap. eund. Lucian. [De luctu c. 23] redditur Certamina instituerunt. Affertur tamen ex Aristide διαθεῖναι τὸν ἀγῶνα pro Certamen proponere. Sic autem dici et τιθέναι ἀγῶνα, s. τὸν ἀγῶνα, infra doceo. [Aristid. vol. 2, p. 245, 9 : Παραδείκνυσιν αὐτῷ τινὰ τῶν εἰς τὸν δρόμον καὶ ὅπως διαθήσεται τὸν ἀγῶνα. Fort. διαθεύσεται. Wyttenb. Plutarch. Vit. Agesil. c. 21 : Ἐπεὶ δὲ ... ἐδεήθησαν αὐτοῦ (οἱ Κορίνθιοι) τὸν ἀγῶνα διαθεῖναι, τοῦτο μὲν οὐκ ἐποίησεν, αὐτῶν δ' ἐκείνων διατιθέντων καὶ συντελούντων.... Locutionem ἀγῶνας διατιθέναι annotavit Pollux 3, 140, qui διαθεῖναι τὰ Πανα θήναια dixit 8, 93. Forma media Pollux 9, 108 de coturnicum commissionibus : Ποτὲ μὲν ἐπ' αὐτοῖς διετίθεντο τοῖς ὄρτυξι (οἱ τῶν ὀρτύγων δεσπόται), ποτὲ δὲ καὶ ἐπ' ἀργυρίῳ.] Sed et διατιθέναι τοὺς νόμους habent VV. LL. [ex Strabone : vide infra], sicut τιθέναι τοὺς νόμους : exponuntque Condere leges. Et ap. Xen. [Mem. 2, 1, 27] : Θεοὶ διέθεσαν τὰ ὄντα. [Lucill. in Anth. Pal. 11, 164 : Αὐτὸς ἑαυτοῦ τὴν γένεσιν διαθεὶς Αὖλος ὁ ἀστρολόγος, Genituram digerens, ut Latini loquuntur, i. e. sub qua quis constellatione natus sit exquirens. Jacobs. Conf. Διάθεμα.]

[Διατιθέναι vel Διατίθεσθαι dicuntur rhapsodi, histriones, oratores, quum vel sua vel aliorum opera recitant. Plato Leg. 2, p. 658, D : Ῥαψῳδὸν δὲ καλῶς Ἰλιάδα καὶ Ὀδυσσείαν ἢ τι τῶν Ἡσιοδείων διατιθέντα.... Charmid. p. 162, D : Ὀργισθῆναι αὐτῷ, ὥσπερ ποιητὴς ὑποκριτῇ κακῶς διατιθέντι τὰ ἑαυτοῦ ποιήματα. Diodor. 15, 7 : Ἔπεμψε τοὺς εὐφωνοτάτους τῶν ὑποκριτῶν διαθησομένους μετ' ᾠδῆς τὰ ποιήματα· et sæpissime λόγον vel δημηγορίαν διατιθέναι vel διατίθεσθαι (de quo v. infra).... Non dissimilis huic, sed definita magis signif. est inordinata componendi et ad æqualitatem redi-

gendi. Harpocr. s. v. Διάθεσις : Φρύνιχος Τραγῳδοῖς A
« τῇ διαθέσει τῶν ἐπῶν » φησί· καὶ γὰρ τὸ ῥῆμα διαθέσθαι λέγουσιν ἐπὶ τοῦ διοικῆσαι. Plut. V. Luculli c. 1 Sullam dicit Lucullo dedicasse librum de vita sua ὡς συνταξομένῳ καὶ διαθήσοντι τὴν ἱστορίαν ἄμεινον. Idem verbum Strabo 10, p. 482 de Lycurgo leges scribente, Philostr. Heroic. p. 727 de pavone pennas suas disponente, scriptores ecclesiastici de sacri codicis constitutione usurpant; unde libri canonici vocantur ἐνδιάθετοι. (Conf. Διάθεσις et Διαθέτης.) Lobeck. Aglaoph. p. 332, 333. || Expono, Describo. Strabo 1, p. 9 : Ἡ γεωγραφικὴ πᾶσα ἐπὶ τὰς πράξεις ἀνάγεται τὰς ἡγεμονικὰς διατιθεῖσα ἠπείρους καὶ πελάγη· ubi Casaub. comparat 14, p. 642 : Ἔπη κατέλιπεν, ἐν οἷς τά τε οὐράνια διατίθεται καὶ τὰς ἠπείρους γεωγραφεῖ· et Plut. Mor. p. 345, D : Οἱ δ' ... ἱστορικοὶ ... ἀλλοτρίων γεγόνασιν ἐρώτων ὥσπερ δραμάτων ὑποκριταὶ τὰς τῶν στρατηγῶν καὶ βασιλέων πράξεις διατιθέμενοι. Hesych. s. v. Κοτυτώ: Ὁ μὲν Εὔπολις κατ' ἔχθος τὸ πρὸς Κορινθίους φορτικόν τινα δαίμονα διατίθεται. Dio Chrys. vol. 1, p. 631 : Ἀθηναῖοι δὲ ἐν τῷ θεάτρῳ θεῶνται τὴν καλὴν ταύτην θέαν B
ὑπ' αὐτὴν τὴν ἀκρόπολιν, οὗ τὸν Διόνυσον ἐπὶ τὴν ὀρχήστραν διατιθέασιν. || Obscurum visum est quos τοὺς διαθέντας dicat schol. Aristoph. Ran. 1385 : Νύμφαι ὀρεσσίγονοι) Ἐκ τῶν Ξαντριῶν Εὐριπίδου, φησὶν Ἀσκληπιάδης· εὗρε δὲ Ἀθήνησιν ἔν τινι τῶν διαθέντων, Νύμφαι etc. Matthiæ ad Eurip. Fr. p. 361 interpretatur τοὺς διασκευάσαντας, qui carmina emendando et ordinando recensuerunt, quo sensu ab Herodoto 7, 6 Onomacritum vocari διαθέτην χρησμῶν τῶν Μουσαίου. Scribendum, ni fallor, ἔν τινι τῶν διασωθέντων. Exemplar dicit Athenis asservatum. G. Dindorf.]

|| Efficio, Reddo. Dem. [p. 463, 19] : Ἵν' οὖν τριάκοντα ἄνθρωποι λειτουργήσωσιν ἡμῖν, τοὺς ἅπαντας ἀπίστους πρὸς ἡμᾶς διαθῶμεν; Infidos nobis reddemus? Bud. [Recte ex libris correctum ἀπίστως.] || Afficio. [Herodot. 3, 155 : Ἐμὲ ὧδε διαθεῖναι, et, Σεωυτὸν ἀνηκέστως διαθεῖναι.] Dem. : Ἴστε γὰρ δή που ὃν τρόπον Ὀρχομενίους διέθηκε, Quibus incommodis affecerit, Quomodo vexarit Orchomenios, Bud. Est autem similis usus, vel potius idem, ap. Chrysost., de Caino, C
Τοῦ τοιαῦτα τὸν ἀδελφὸν διαθέντος, Qui fratrem tali injuria affecit, in fratrem talia perpetravit, fratrem ita tractavit : ut κακῶς διέθηκαν e Dem. [p. 369] pro Male tractarunt. Et, Διετίθουν τὰ χείριστα, ex Æsopi Fabulis pro Pessime tractabant. Sed aliquando οὕτω διατίθημι est Facio ut aliquis ita sit affectus. Isocr. : Ὅπως ἂν τοὺς ἄλλους πρὸς σεαυτὸν διαθῇς, οὕτω καὶ σὺ πρὸς ἐκείνους ἕξεις. [Conf. p. 23, C.] Tale est διέθηκε χεῖρον, quod redditur Deteriori affectu imbuit, Pejus animavit. [Lucian. Gall. c. 18 : Οὕτω διέθηκα τοὺς κατ' ἐκεῖνα Ἕλληνας, ὥστε θεὸν ἡγόν με. Id. Nigrin. c. 38 : Κἂν τινας ἑτέρους ... ἐν τῇ μανίᾳ τὸ αὐτὸ τοῦτο διαθῶσι· ad quem l. Hemst. hæc fere annotavit : « Græci διατιθέναι accusativo duplici comitatum usurpant, vel simplici cum adverbio, quod inprimis frequens, οὕτως διαθεῖναι ὥστε, etc. Lys. ap. Athen. 13, p. 612, E. Idem In Agor. p. 130, 37 : Νομίζων, εἰ διαθείη ὑμᾶς ἀπόρως, ὥσπερ διέθηκεν, Si vos ad inopiam redegisset, ut fecit. Æschin. In Tim. p. 5, 8 : Τὸν γὰρ τὴν ἰδίαν οἰκίαν κακῶς διοικήσαντα καὶ τὰ κοινὰ τῆς πόλεως παραπλησίως ἡγήσατο διαθήσειν. Similiter Lys. In Philocr. p. 181, 27 : Κακῶς διαθεὶς τὰ τῆς πόλεως. Demosth. In Timoth. p. 1074, F (1187, 9), 1106, A (1251, 24) ; et In Steph. p. 969, C (1103, 14) : Οὕτω διέθηκε τοὺς δικαστὰς ὥστε φωνὴν μηδ' ἡντινοῦν ἐθέλειν ἀκούειν ἡμῶν. Cum quo convenit Xenoph. Hell. 5, p. 319 (c. 1, 4) : Τί ποτε ποιῶν ὁ Τελευτίας οὕτω διέθηκε τοὺς ἀρχομένους. ... A veteribus hunc usum acceptum servarunt recentiores, inprimis Artemidorus, quem vide 1, 58. Ib. 62 : Ὅπερ γὰρ ὁ παλαιστὴς βούλεται τὸν ἀντίπαλον διαθεῖναι, τοῦτο καὶ ἡ νόσος τὸν κάμνοντα· 3, 11, etc. Appian. De B. Mithr. p. 316 (c. 20) : Αὐτὸν ὁ Μιθριδάτης οὐδὲν διαθεὶς ἐπήγετο πανταχοῦ λελυμένον. Apollodor. 1, p. 13 : Ἵνα ὁ νικήσας ὃ βούλεται διαθῇ τὸν ἡττημένον. Alciphr. 1, p. 200 (2, ep. 1) : Ὄψομαι τί με διαθήσει· ubi v. Bergler. Philo p. 791, D (vol. 2, p. 315, 30 : Τοὺς ὁρῶντας προδιαθεῖναι), 793, D (ib. 317, 24) : Ὁ παίσας θνησκέτω τὰ ἴσα οἷς διέθηκε παθών· 895, E : Πάσχουσιν οὐκ ἐλάττονα ὧν διατιθέασι. Josepho A. Jud. 6, 9, 3 : Ταυτὸ δὲ καὶ ἄρκτον ἀμυνόμενος διατίθεμαι, ex cod. Vat. διατίθημι restituendum : quippe nullis exemplis verbi medii usum in hac phrasi Græcis placuisse constat, ratione satis manifesta. » Isæus p. 88, 5 : Τοσαῦτ' ἐστὶν (ἃ κατέλιπεν) ὥστε καὶ τὰς θυγατέρας ἐξ αὐτῶν διατεθῆναι (sic, vel διαθεῖναι, HSt. corrigit librorum vitium διαθῆναι) καλῶς καὶ τὸν παῖδα ἐκ τῶν λοιπῶν μηδὲν ἧττον εἶναι πλούσιον. Theodoret. vol. 2, p. 1349 : Θερμῶς περὶ τὰ παράνομα διατεθεὶς θυσιαστήρια. Omisso quod ex sententiæ ratione suppletur adverbio ibid. p. 1324 : Αὖθις ὁ θεὸς τῷ προφήτῃ παρακελεύεται περὶ γυναῖκα διατεθῆναι μοιχεύτριαν καὶ πονηρίᾳ συζῶσαν. Cui loco quodammodo comparari potest schol. Aristophan. Vesp. 1173 : Ἀγκυλίων (κωμῳδεῖται) ἐπὶ τῷ τὴν μητέρα διατιθέναι, ubi nunc ex Porti conjectura κακῶς διατιθέναι legitur. Cum dativo conjunxit Theodoret. vol. 2, p. 888 : Ἐπαναστάντες μυρία διέθεσαν αὐτοῖς κακά· nisi αὐτοὺς corrigendum. G. Dind.]

|| Διατίθεμαι, signif. activa, itidem pro Compono, Administro, Xen. Mem. 2, [6, 23] : Δύνανται δὲ καὶ τὴν ἔριν οὐ μόνον ἀλύπως, ἀλλὰ καὶ συμφερόντως ἀλλήλοις διατίθεσθαι, Bud. Componere, Ad concordiam reducere. Subjungit autem Basilii locum, in quo διατίθεσθαι reddit Concorditer constituere. Quin etiam pro Placare, Satisfacere alicui, ex Appiano affert. [Civ. 2, 8 : (Cæsar) διαθέμενος τοὺς ἐνοχλοῦντας (creditores).] Dixerat autem antea διατίθεσθαι passiva voce significare Bene s. Secus de re aliqua statuere, et uti : afferens ex Isocr. Panath. [p. 261, E] : Μηδ' ἀνέξονται φωνὴν τῶν τὰ μὲν σώματα τὰ σφέτερ' αὐτῶν ἐπονειδίστως διατιθεμένων, συμβουλεύειν δὲ τοῖς ἄλλοις ἀξιούντων. Et ap. Greg. Naz. : Καὶ τὴν συμφορὰν ὡς κάλλιστα διατίθεται, Calamitatem in bonum commodissime vertit, De exilio suo commodissime statuit. Quemadmodum autem διατιθέναι νόμους supra habuisti pro Condere leges, sic et διατίθεσθαι νόμους pro Condere leges, affertur e Plat. De LL. At vero Διατιθέμενος βάσεις ἐν τῇ καρδίᾳ, e Greg. Naz., pro Disponens. At cum accus. λόγους Bud. vertit Facere ; nam διατίθεσθαι τοὺς λόγους e Polyb. [3, 108, 2] affert pro Verba facere. Sic ex Appiano, Λόγους ἐν τῇ βουλῇ περὶ ὁμονοίας διέθετο, Verba fecit de concordia, Orationem habuit. [Diog. L. 2, 24 ; 7, 5. Diodor. 12, 17 : Τὸν ἑτερόφθαλμον ἀποτολμῆσαι λόγον ἐν ἐκκλησίᾳ διαθέσθαι· 15, 38 : Ὑπὲρ δὲ τῶν Θηβαίων Ἐπαμινώνδου διαθεμένου λόγον. « Et Antiphon διαθεῖναι λόγον ἐπὶ τοῦ ἐξαγγεῖλαι in Ulpiani schol. ad Olynth. 2, p. 14, ubi de hoc verbo plura. » Wessel. ad Diodor. vol. 2, p. 9. Quibus adde quæ Wyttenb. ad Plut. Mor. p. 379, A, attulit. Dionys. A. R. 11, 7 : Ὁ δ' ἀναστὰς τοιαύτην διέθετο δημηγορίαν. Lucian. Hermotim. c. 1 : Ὥσπερ τινὰ ῥῆσιν ἐπὶ σεαυτοῦ διατιθέμενος. Longin. De subl. 9, 10 : Ἐν ἀπράκτῳ σκότει τὴν ἀνδρείαν εἰς οὐδὲν γενναῖον εἶχε διαθέσθαι.] Invenitur etiam, Διατιθέμενος ἀεὶ μακρὸν λόγον. Item [Phalar. Epist. 19, p. 93] : Διατίθεσθαι ἔπαινον ἐν τῇ ποιήσει περὶ τῆς ἀνθρώπου, et, Διατιθέμενοι πολὺν ἔπαινον εὐβουλίας ἑαυτῶν, Phalar. [Ep. 67, p. 202. Dionys. A. R. 3, 17 : Πολλοὺς ἐπαίνους τῶν νεανίσκων διαθεμένους. Ἐγκώμιον Diodor. 12, 13 : Τίς γὰρ ἂν ἄξιον ἐγκώμιον
διάθοιτο τῆς τῶν γραμμάτων μαθήσεως ; || Διατίθεσθαι D
τὴν σχολήν, Otium (animi oblectandi caussa) in aliqua re occupare. Lucian. De merc. cond. c. 25 : Εἰς καλὸν τὴν ἐν τῷ περιπάτῳ διατίθεται σχολήν· Philops. c. 29 : Καί μοι δοκεῖ τε εἰς καλὸν διατεθήσεσθαι τὴν διατριβήν. Heliodor. 2, 30, p. 112 : Διατιθεμένῳ τὴν σχολήν· 5, 18, p. 233 : Καὶ ἡμῶν ἔστιν ὅτε τὴν σχολὴν διατιθεμένων. Longus 2, 12 : Διαθέσθαι τὸν τρυγητὸν ἐν ξενικῇ τέρψει θελήσαντες. Hemst. et Schæf.]

|| Διατίθεμαί τι, Expono venale, Venundo, Vendo. [Herodot. 1, 1 : Ἐπεὰν διαθέωνται τὸν φόρτον· et 194.] Bud. e Demosth. [p. 22, 27 : Ταῦτ' ἔχοντες διαθέσθαι· 910, 8 : Δ. τὰ φορτία· 1048, 25 : Τοῦτον τριπλασίας τιμῆς ἢ πρότερον διαθέμενοι.] et Arriano. [Civ. 5, 9 : Ἔμποροι γὰρ ὄντες, κομίζουσι μὲν ἐκ Περσῶν τὰ Ἰνδικὰ καὶ Ἀράβια, διατίθενται δ' ἐν τῇ Ῥωμαίων. Xenoph. Anab. 7, 3, 10 ; 7, 7, 55, et al. Strabo 8, p. 382 : Εὐπορήσαντες τῶν τοιούτων καὶ διατιθέμενοι πολλοῦ· 14, p. 640· Διαθέμενοι δὲ καὶ τοὺς προτέρους κίονας. Τὰ μαθήματα διατίθεσθαι annotavit Pollux 4, 43.]

|| Διατίθεμαι, Testor, Testamento meo aliquid mando hæredibus, ut Idem scribit, afferens e Dem.: Ὁ ταῦτα διαθέμενος. Item, Σκέψασθε δὲ ἃ διέθετο. [Conf. p. 1067, 1; 1133, 9; 1029, 27.] Et ex Æschine [p. 56], διαθέσθαι τὰ ἑαυτοῦ, In bonis testari; vel, E bonis. Habemus autem hujus generis loquendi ex. [ap. Isæum p. 63, 5 : Διέθετο, εἴ τι πάθοι, τὴν οὐσίαν ἑτέρῳ· 79, 14 : Τὰ μὲν ἑαυτοῦ διαθέσθαι ὅτῳ ἂν ἐθέλῃ·] et e Plat. De LL. [11, p. 922–924 multis locis] : Τὸν νόμον ἐτίθεσαν τόνδε, ἐξεῖναι τὰ ἑαυτοῦ διατίθεσθαι ἁπλῶς, ὅπως ἄν τις ἐθέλῃ τοπαράπαν. [Aristot. Polit. 2, 9 : Κἂν ἀποθάνῃ μὴ διαθέμενος.] Potest autem hæc signif. ad illam referri, qua dictum est poni pro Statuere de re aliqua. Atque adeo reddi potest alicubi διατίθεσθαί τι, Testamento statuere. Optime certe convenit hic usus verbi διατίθεσθαι cum Gallico *Disposer*, cui respondet ad verbum. Dicimus enim aliquem *Disposer de ses biens, quand il fait son testament.* Aut etiam, *Disposer de ses biens par testament.* [Mira constructione Jo. Malal. p. 437, 8 : Ἀναγκάζεσθαί τινα διὰ τὴν ἀρχικὴν προστασίαν εἰς αὐτὸν (τὸν ἄρχοντα) διατίθεσθαι.] Talem certe usum verbo Disponere dedit vet. Interpr. in Ep. ad Hebræos, quum διατίθεσθαι διαθήκην vertit Disponere testamentum; sed nullo, ut opinor, exemplo. Ibid. vertit et Testari testamentum. Quidam, Condere testamentum. Sed alii maluerunt, Pacisci fœdus. Itidemque in aliis quoque ll. Græci Bibl. Interprr., e quibus petitus est ille locus, διατίθεσθαι διαθήκην dixisse comperiuntur pro Pacisci s. Ferire s. Percutere fœdus. E quibus affertur etiam, Διάθου ἡμῖν διαθήκην, 1 Reg. [10, 19], pro Habe nos confœderatos. Atque ita Bud., postquam dixit διατίθεμαι accipi etiam pro συντίθεμαι, i. e. Paciscor, affert ex Aristoph. [Av. 439] : Ἢν μὴ διάθωνται διαθήκην ἐμοί, pro Nisi mihi stipulanti promittant. [Hesych. : Διάθονται, διαθρήσαντα, διιδόντα. Interpretationes hæ ad aliam gl. pertinere, διάθονται autem ex διάθωνται esse corruptum videtur. Quod quum Musurus in διάθοντα mutasset, Koenius (ad Greg. Cor. p. 223) διαθάοντα conjecit. G. D.] At vero διατίθεσθαι cum accus. βασιλείαν, Luc. 22, [29] redditur et Pacisci regnum, et, quæ interpr. non minus mihi placet, Legare testamento.

|| Διατίθεμαι, passiva ut voce, ita etiam signif., Afficior, Lucian. [Nigrin. c. 24] : Πῶς γὰρ οἴει τὴν ψυχὴν διατεθεῖσθαί μοι; Quomodo putas mihi affectum fuisse animum? Sed Latinius reddetur, Quomodo me animo affectum fuisse putas? Nam et ap. Cic. non semel legitur, Ita sum animo affectus. Jungitur autem hoc verbum in ista signif. cum adverbiis : ut διατίθεμαι δυσκόλως πρός τινα, ex Isocr. [p. 161, E], Sum animo male affecto erga quempiam, Sum animo infenso. Sic [p. 174, D], Διετέθησαν χαλεπῶς εἰς ἡμᾶς· item, Διατιθέμενος χαλεπώτερον πρὸς ἐπιτιμῶντας, ex Eodem [p. 167, E]. Sed et in bonam partem, sicut Latine dicitur aliquis ita Esse affectus erga amicum, e Plut.: Διετέθη δεινῶς περὶ τὸν ἄνδρα. Verum affertur et Διετέθη οὐ ῥαδίως e Thuc. [6, 57], pro Non leviter est multatus. Quin etiam quemadmodum verbale διάθεσις respondet nostræ voci *Disposition* (respiciendo ad eum illius usum, quo dicimus *Bonne* s. *Mauvaise disposition*, loquentes de corpore), sic etiam κακῶς διατεθεὶς affertur pro Graviter affectus, qua signif. usurpatur et Affectus sine adjectione, et tunc respondebit ei quod dicimus *Mal disposé*.

Διατῑλάω, ex Hippiatr. affertur pro Caco, Excerno [p. 105 : Ἀλῶν λεπτῶν ὅσον ὀξύβαφον ἐνιεὶς ἐρέθιζε ὥστε διατιλῆσαι· 194 : Ἐὰν διατιλήσῃ διὰ τῆς ἕδρας].

Διατῐ́λλω, Pervello. [Sophocl. ap. Ælian. N. A. 11, 18 : Κουραῖς ἀτίμως διατετιλμένης φόβης. Job. 16, 13 : Λαβών με τῆς κόμης διέτιλε. Hesych. : Διέφυλλε, διέτιλλε, διέτεμεν. G. D. || Discerpo. Greg. Nyss. t. 2, p. 1026, D : Τὰ σουδάρια τῶν προσώπων αὐτοῦ εἰς φυλακτήρια τῶν πιστῶν διετίλλετο. Hase.]

Διάτιλμα, τό, ex Epigr. affertur et exp. Evulsio. [Pauli Sil. in Anth. Pal. 6, 71 : Διατίλματα μυρία φύλλων.]

[Διατῑμάζω, Æstimo, Exploro. E Pselli Opusc. p. 145 suæ edit. indicat Boissonad. Lex. Ms. Knobelsdorfianum ap. Osann. Auctar. p. 49 : Διατιμάζεται, δοκιμάζεται. Lectio corrupta ex simili alterius verbi terminatione : nam apud Suidam Διατιμᾶται positum est cum eadem interpretatione, quæ excidit apud Hesychium. G. Dindorf.]

Διατῑμάω, [Honoro. Æsch. Sept. c. Th. 1047 : Ἤδη τὰ τοῦδ' οὐ διατετίμηται θεοῖς· quod schol. interpr. διὰ τιμῆς ἦχθησαν.] Æstimo. [Harpocr. s. v. Ἀτίμητος :... (ἀγὼν) ὧ πρόσεστιν ἐκ τῶν νόμων ὡρισμένον τίμημα, ὡς μηδὲν δεῖν τοὺς δικαστὰς διατιμῆσαι.] Affert enim Bud. e Pand. Διατετιμημένον πρᾶγμα pro Æstimatum. [|| Forma media, quam modo ex Hesychio et Suida attulimus, Diodor. 4, 21 : Διατιμησάμενος τὴν ἰδίαν οὐσίαν· 16, 29 : Διετιμήσαντο τὸ ἀδίκημα ταλάντων πεντακοσίων. Joseph. A. J. 13, 9, 2 : Ἵνα τὴν χώραν διατιμήσωνται. Jo. Malal. p. 341, 4.]

Διατῑ́μησις, εως, ἡ, Æstimatio, Bud. : ut litis, inquit. [Vel rei venalis, ut ap. Athen. 6, p. 274, E : Ὁ δὲ Μούκιος παρὰ τῶν εὐχρηστουμένων ὑπ' αὐτοῦ πρὸς τὸν αὐτὸν τύπον ἐποιεῖτο τὴν διατίμησιν. Theophil. Instit. 1, 6, 107, p. 65 : Εἰς τὴν τοῦ οἰκέτου διατίμησιν.]

[Διατιμητής, ὁ, Æstimator, Gl. Διατιμηταί, Pretiorum æstimatores, in Novella Justin. 64, 1. Ducang.]

Διατιμητικός, ἡ, ὸν, exp. Indicatorius, Indicandi vim habens. Intelligo autem Indico hic pro Æstimo, Rei venali pretium constituo. Qua in signif. frequens est ap. Plautum in primis. [Suidæ δοκιμαστικός. Quod Osannus ex Lex. Ms. Knobelsdorfiano affert Διατιμητικῶς, δοκιμαστικῶς, vereor ne librarii error sit, ex Suida corrigendus. G. Dind.]

[Διάτιμος, ὁ, Diatimus, Limyræ episcopus ap. Basil. M. vol. 3, p. 331, C. Diatimi nomen alibi non vidi : usitatum est Diotimi. Conf. Διαφάνης. G. Dind.]

Διατῑνάσσω, Discutio, Quassu disjicio. Exp. etiam simpliciter Quatio, Vibro, afferturque ex Eur. [Iph. T. 282 : Κάρα διετίναξ' ἄνω κάτω· Bacch. 606 : Βακχίου διατινάξαντος δῶμα· 587 : Τὰ Πενθέως μέλαθρα διατινάξεται πεσήμασιν. Alciphro 2, 4 : Διατινάσσουσα καὶ σοβοῦσα ταῖς χερσὶν ἐμαυτῆς τὴν ἐπιστολήν. Hierocl. ap. Stob. Flor. vol. 3, p. 191 : Διατινάξαι στρώματα, Succutere stragula.]

Διατινθαλέος, ὁ, ἡ, Hesychio διάπυρος, Ignitus, Candens : ut et schol. Aristoph. διατινθαλέῳ exp. διαθέρμῳ, Calido s. Fervido, Vesp. [329] : Ἥ με κεραυνῷ διατινθαλέῳ σπόδισον ταχέως.

Διατιτράω, et Διατιτραίνω sive Διατετραίνω, Perforo, Perterebro, Pertundo, Terebra trajicio, perfodio, pertundo, Foramine pervium reddo. Διατιτραίνω affertur e Theophr. C. Pl. 1, 11 [17, 9 : Ἐπὶ τῶν ἀμυγδαλῶν καὶ ὅλως τῶν διατιτραινομένων καὶ κολαζομένων]. Ex Herodoto autem διατετρανέοις Perforares, Perforare posses. [3, 12, de capitibus Persarum in pugna occisorum : Εἰ θέλεις ψήφῳ μούνῃ βαλέειν, διατετρανέεις. Forma media Aristoph. Thesm. 18 : Δίκην δὲ χοάνης ὥτα διετετρήνατο. || Διατιτράω. Suidas: Διατιτρᾶν, διατρυπᾶν. « Ἐς τὰ ἀποκρημνότατα ἄνω διατιτράντες· » καὶ αὖθις « Μαχαιριδίοις διατιτρᾶν τοὺς ἀσκούς. » Appian. Pun. 8, 122 : Διετίτρη πρύμνας. Dio Cass. 69, 12 : Διατιτράντες τὰς ὑπογείους ὁδούς. Galen. vol. 13, p. 870 : Τὸν ἕνα τοῖχον διετίτρα· vol. 4, p. 516 : Διατιτρωμένων τῶν ... ὀστῶν. Infin. Διατιτράναι eadem pag. Aor. Διέτρησα, ib. p. 515 : Διέτρησε ταύτην ὀπαῖς διαμπερέσι. Ælian. N. A. 9, 17 : Εἰ γε παίοις λίθῳ, οὐκ ἂν διατρήσαις αὐτά. Διατετρημένοι Phot. Lex. p. 238, 9. Διατρηθῆναι Basil. M. Hexaem. 5, p. 63 ed. Paris. : Διατρηθεῖσαι τὸ πρὸς τῇ ῥίζῃ στέλεχος. Et glossator cod. Paris. ap. Brunck. ad Soph. OEd. T. 1037.] Διατρήνω, ex Oppiano affertur pro Dissipo, Confringo. Sed videndum ne sit aor. 1 conjunct., a th. διατραίνω posito pro διατιτραίνω, Perforo, Perterebro. [Cyneg. 2, 554 : Κείνῳ μὲν χαλκόν τε διατρήνειεν ὀρούσας. Emendatum διατρήσειεν ex codd. G. D. Part. aor. act. Ptol. Alm. t. 2, p. 93, 24 Halm. : Διατρήσαντες μέσον κατὰ διάμετρον. Hase.]

[Διατιτρώσκω, Vulnero. Hippocr. p. 759, E : Κατατέμνειν χρὴ ὁμαλῶς καὶ διαλεπτύνειν μὴ διατιτρώσκοντα. Dio Cass. 63, 3 : Δύο ταύρους μιᾷ ἅμα βολῇ ... διέτρωσε καὶ ἀπέκτεινε. « Jo. Chrysost. Eclog. p. 211 ed. Matth. » Boisson. Pass. Joseph. Bell. Jud. 6, 3, 1 : Ἐπιπολὺ μὲν ἀντέσχον διατιτρωσκόμενοι. Hase.]

Διατλάω, s. Διάτλημι, Perpetior, Perfero. [Hesych. : Διατλὰς, ὑπομείνας, καρτερήσας, κακοπαθήσας. Quod

Wakef. ex Heraclit. De incred. c. 21 attulit διατλήσας corruptum est ex διαθλήσας. G. Dind.]

[Διατμέω, In vaporem abeo. Hippocr. p. 505, 9 : Τὸ δὲ δι' αὐτῆς διατμέει ἔξω. Scott.]

Διατμήσσω, sive Διατμήγω, i. q. διατέμνω, Disseco, Discindo, Sectione dirimo, distraho. Metaph. plerumque, Hom. Il. Φ, [3] : Ἔνθα διατμήξας τοὺς μὲν πεδίονδ' ἐδίωκε, i. e. διατεμών, εἰς δύο χωρίσας, Eos dijectos et dispersos a se per campum fugavit. Alibi [Od. E, 409] λαῖτμα διατμήξας, pro eo quod sæpius ap. Hom. legitur λαῖτμα διαπρήσας, Æquor sulcans et carina findens, Æquor carina secans et trajiciens. [Callim. fr. 48 : Χῶρι διατμήγουσι· 115 : Ἔρχεται πολὺς μὲν Αἰγαῖον διατμήξας ἀπ' οἰνηρῆς Χίου. Theocr. 8, 24 : Ἐπεὶ κάλαμός γε διασχισθεὶς διέτμαξεν. Apoll. Rh. 3, 1047 : Ἔνθ' οὐκ ἄν σε διατμήξειαν ἀκωκαὶ γηγενέων ἀνδρῶν. Cum tmesi Maneth. 2, 75 : Κεῖται δὲ τμήγων μέσσον διὰ Καρκίνον αὐτήν. Aretæus p. 5, 2 : Διατμῆξαι τὸν ἄνθρωπον. Scriptor Christianus ap. Suidam s. v. Ὑμνῆ : Ὁ τοῦ φωτὸς διατμήξας τὸ πρωτόγονον χάος. Hesych. : Διατμήξας, λεπτύνας, ἀφανίσας, διελὼν, διασπάσας, διακόψας. Aorist. 2 Διέτμαγον. Homer. Od. H, 276 : Αὐτὰρ ἔγωγε νηχόμενος τόδε λαῖτμα διέτμαγον. Oppian. Hal. 3, 146 : Αἶψα δὲ μέσσην ὁρμιὴν ὑπ' ὀδοῦσι διέτμαγον. Apud Apoll. Rh. 3, 343 : Λάβρον ὕδωρ πνοιή τε διέτμαγεν, etsi διέτμαγεν tertia esse potest persona singularis, probabilius tamen videtur hic quoque διέτμαγον corrigi.] Media voce, signif. activa, Apoll. Rh. [1, 628], Διατμήξασθαι ἀρούρας, Arva findere s. proscindere aratro. E pass. autem voce est aor. 2 Διέτμαγεν pro διετμάγησαν, Discissi s. Dissecti s. Disjuncti et divisi sunt, A se invicem discessere, διεχωρίσθησαν : quo Hom. aliquoties utitur, ut Il. A, [531] : Τώγ' ὡς βουλεύσαντε διέτμαγεν· H, [302] : Οἱ δ' αὖτ' ἐν φιλότητι διέτμαγεν ἀρθμήσαντε, Separati a se invicem sunt, Discessere, unanimes et concordes. Ubi nota hunc usum verbi διατμήσσεσθαι pro Disjungi et discedere a se : ut διατμήσσειν ponitur pro Separare, Disjungere, s. Disjicere, διασκεδαννύειν. [Sæpius in διέτμαγον corruptum, ut in libris pluribus Il. A, 531 (ubi schol., αἱ πᾶσαι διὰ τοῦ ε διέτμαγεν, cujus similis est annotatio ad Π, 354) et ap. Apoll. Rh. 3, 1147 : Μετὰ δ' αὖτε διέτμαγεν, et 2, 298 : Ἄρπυιαί τ' Ἶρίς τε διέτμαγεν, ex emend. Heynii ad Hom. vol. 4, p. 143. Hesych. : Διέτμαγεν, ἐχωρίσθησαν, δυϊκῶς· καὶ τὸ διέτμαγον.]

[Διατμητέον, Decidendum, Gl.]

[Διατμητὸς, Prosectus, Gl.]

[Διατμίζω, In vaporem resolvo, Perspiro. Aristot. Meteor. 1, 7 : Διαλύεσθαι τὸ διατμίζον ὑγρόν· 2, 1 : Τὸ διατμίσαν. Aretæus p. 77, 45 : Διητμίσθη τὸ ξύμπαν σκῆνος. Plut. Mor. p. 624, D : Τὸ ὑγρὸν κατασπῶσιν ἀπὸ τῆς κεφαλῆς διατμιζόμενον· 695, C : Ἱδρῶτα δροσώδη διατμίζει. Diog. L. 2, 8 : Διατμισθέντων ὑπὸ τοῦ ἡλίου τῶν ὑγρῶν.]

[Διατοιχέω.] Ἀνατοιχέω et Διατοιχέω, Modo in hoc, modo in illud navis latus jactor, ut fit in tempestate. Ambo ap. Polluc. leguntur 1, [114] sed sine expositione : tantum monet in sermone utendum esse posteriore διατοιχέω, quoniam prius est ἰδιωτικόν : quod et Phrynichus annotavit. Apud Suid. vero tantum διατοιχεῖ, quod exp. ποτὲ μὲν ἐπὶ τοῦ δεξιοῦ τοίχου τοῦ πλοίου, ποτὲ δὲ ἐπὶ τοῦ ἀριστεροῦ γίνεται. [Phryn. Ecl. p. 161 : Ἀνατοιχεῖν μὴ λέγε, ἀλλὰ διατοιχεῖν. Ubi Lobeck. : « In Bekk. An. p. 34 idem Phryn. paulo copiosius : Διατοιχεῖν, τὸ εἰς τὸν ἕτερον τοῖχον τῆς νεὼς διαβαίνειν ἐν τῷ πλοίῳ (f. ἐν τῷ πλῷ), ὅπερ οἱ ἰδιῶται ἀντιτοιχεῖν λέγουσιν. Sed ἀνατοιχεῖν veriorem esse scripturam exx. docent, quorum præsidio ἀντιτοιχεῖν caret. Quanquam autem neutrum horum verborum crebro usu tritum est, tamen, quid veteres probarint, non obscurum esse potest. Antiatt. Bekk. p. 89 : Διατοιχεῖν, ἀντὶ τοῦ ἀνατοιχεῖν. Εὔβουλος Κατακολλωμένῳ. Aristid. vol. 1, p. 462, 21 : Καὶ μὴ, τὸ τῶν πλεόντων, μεταστρέψαι πρὸς τὸν ἐλάττω, διατοιχοῦντας ἀεί. »]

Διάτοιχοι, Hesychio sunt οἱ ἀπὸ τοίχου ἐπὶ τοῖχον, A pariete ad parietem pertinentes. [Si recte ita scriptum, διάτοιχον parietem dicit qui duos parietes inter se conjungit. Simile compositum est διάχωροι. G. Dindorf.]

[Διατομὴ, ἡ, Directio, Divisio, (Incisura, Gl.). Ælian. N. A. 1, 31 : Ὀνύχων ἀκμαῖς καὶ ὀδόντων διατομαῖς θαρροῦσι· 13, 20 : Ἔνθα τοι καὶ ἡ Πέρσου φαίνεται διατομὴ, ᾗ διέτεμε τὸν Ἄθω. Glossator Diodori 3, 20 αὐλῶνας interpretatur διατομὰς αὐλοειδεῖς. || Dissidium. Æsch. Sept. c. Th. 935 : Διατομαῖς οὐ φίλαις.]

[Διατομῆται, οἱ, dicti Hæretici Ariani apud auctorem De initiis hæreseon n. 69, quem consule. Ducang. Quem v. etiam in Append. p. 57.]

Διάτομος, ὁ, ἡ, Dissectus, Discissus, Sectione dividuus, Æqua portione dividuus, Æqua portione divisus s. dissectus : ut quum Martianus Capella διάτομον σελήνην vocat, quam alii διχότομον, ut in eo vocab. docebo, afferens tam ipsius Martiani quam Plinii verba, quibuscum conferenda hæc Amm. Marcellini 20 : Et quum ad idem signum æquis partibus soli concurrerit luna, obscuratur penitus hebetato candore : Græce μήνη σύνοδος. Nasci autem putatur, quum parva declinatione velut a perpendiculo supererectum gerit solem. Exortus vero ejus adhuc gracilescens primitus mortalitati videtur, quum ad secundum relicto sole migrarit signum. Progressa itaque porrectius, jamque abunde nitens cornutæ habitu, μηνοειδὴς est appellata : quum autem a sole longo cœperit interstitio summoveri, et ad quintum pervenerit signum, radiis ejus ad se conversis, majus concipit lumen, et fit Græco sermone διχότομος, quæ forma semiorbem ostendit. Procedens deinde, jam disjunctissimo signo arrepto, figuram monstrat ἀμφικύρτου, utrimque prominentibus gibbis. E regione vero quum normaliter steterit, contra lumine pleno fulgebit, domicilium septimi retinens signi. Et in eodem tum etiam agens, paululumque progressa, minuitur : quem habitum vocamus πανσέληνον : atque easdem formas repetit senescendo. Ubi rursum nota Μηνοειδὴς, et Διχότομος, et Ἀμφίκυρτος, et Πανσέληνος : nec non Μήνη σύνοδος, quæ ab Julio Firmico dicitur Συνοδική : quod tempus nonnulli Interlunium vocant, Varro Intermenstruum, Plin. Lunam intermenstruam et Intermestrem. Et tunc in coitu esse dicitur ac silere (unde ap. Virg. : Tacitæ per amica silentia lunæ), efficereque noctes illunes, quas ἀσελήνους νύκτας appellant Græci.

[Διατόναιον. V. Διατόνιον.]

[Διατονέω, Torpeo, Deficio. Joseph. Genes. p. 43, A : Ὡς δὲ τὰ τῆς σωτηρίας Θεοκτίστῳ ἐν τῇ δυνάμει τοῦ βοηθοῦ διητόνει. G. D. || Lectio vitiosa. V. Διτονέω.]

[Διατονθορύζω, Murmuro. Dio Cass. 73, 8 : Φοβερόν τι διετονθόρυσαν, ubi var. lect. διεθορύβησαν.]

[Διατονικός. Διατονικῶς. V. Διάτονος.]

[Διατόνιον, τό.] Διατόνια dicuntur Circuli, Annuli, κρίκοι, Hesych. Sic Exod. 35, [10] : Τὰ διατόνια καὶ τοὺς μοχλούς. [Cyrill. : Τὰ διατόνια, τοὺς κρικέλλους. Callixen. ap. Athen. 5, p. 205, F : Διατοναίᾳ δὲ τοξοειδεῖ διὰ ποσοῦ τινος ἐνετέτακτο διαστήματος, ἐφ' ὧν αὐλαῖαι κατὰ τὸν ἀνάπλουν ἁλουργεῖς ἐνεπετάννυντο. Recte, ut videtur, Casaub., Διατόναια (sive διατόνια) δὲ τοξοειδῆ ... ἐνετέτατο.]

Διάτονος, ὁ, ἡ, Distentus, Extentus, Contentus, Vehemens, Hesychio ὀξύτονος. [Theophr. C. Pl. 2, 3, 1 : Βελτίω δὲ καὶ τὰ ζεφύρια καὶ αἱ τροπαὶ καὶ ὅλως αἱ αὖραι τῶν σκληρῶν καὶ διατόνων. De voce Eunap. p. 72 Boiss. : Ἐμβοήσαντος αὐτῷ τοῦ διδασκάλου σφοδρόν τε (τι?) καὶ διάτονον· nisi, quæ Wyttenbachii conjectura est, διάτορον scripsit. Hesychii verba in codice sic sunt scripta : Διάτονον, ἐξάκουστον. Διάτορον, ὀξύτονον· καὶ στύραξ, ubi Musurus ὀξύτονον et ἐξάκουστον transposuit. Qui aliorum gramm. verba s. v. Διάτορος afferenda comparaverit, probabilius, ut opinor, judicabit in unam hæc glossam conjungi, Διάτορον, ἐξάκουστον, ὀξύτονον· καὶ στύραξ, Διάτονον vel delendo vel sine interpretatione ponendo. G. D.] Item διάτονον ap. Musicos est Modulationis genus quoddam, de quo Vitruv. 5, 4 : ubi quum tria modulationis genera ap. Græcos esse dixisset, ἁρμονίαν, χρῶμα, διάτονον, subjungit aliquanto post, Diatonos vero modulatio, quod naturalis est, facilior est intervallorum distantia. Ibid. : Diatoni duo sunt continuati toni, tertium hemitonium finit tetrachordi magnitudinem. Et Macrob. Comm. in Somn. Scip. 2, 4 : Quum sint melodiæ musicæ tria genera, enharmonion, diatonon, et chromaticon; primum quidem propter nimiam sui

difficultatem ab usu recessit, tertium vero est infame mollitie : unde medium, i. e. diatonon, mundanæ musicæ doctrina Platonis ascribitur. Meminit ejusdem Martian. Capella l. 9, in cap. de sonis, ubi inter alia : Ergo enharmonius, chromaticus, itemque diatonus (quam extentam dicimus), indicia sunt generum modulandi. Et in cap. de generib. tetrachordorum, Genera modulandi, inquit, sunt tria, ἐναρμόνιον, χρῶμα, διάτονον. Enharmonion quidem dicitur, quod pluribus spatiis et angustioribus separatur; diatonon vero, quod tonis copiosum; chroma, quod de hemitoniis componitur. Et mox, At vero diatonon ipsis contentum sonis, in acumen quidem ita accipiet modulationem, ut per hemitonium et tonum, modum integrum compleat. Aliquanto post, Diatonicæ duæ, altera mollis, altera robusta. Idem et tropos diatonos constituit, Latine vocans Extentos : ut in cap. de tropis, Quartus tropus dicitur ὑπάτων διάτονος, i. e. Principalium extenta. Et mox, Septimus, μέσων διάτονος, Mediarum extenta. Meminit ejusd. et Plut. De musica [p. 1134, F], ubi quum dixisset Olympum a Musicis putari esse inventorem generis ἐναρμονίου (ante eum enim omnia fuisse διάτονα et χρωματικά), subjungit, ita putari ab eo inventum id genus, ἀναστρεφόμενον τὸν Ὄλυμπον ἐν τῷ διατόνῳ, καὶ διαβιβάζοντα τὸ μέλος πολλάκις ἐπὶ τὴν διάτονον παρυπάτην, τοτὲ μὲν ἀπὸ τῆς παραμέσης, τοτὲ δὲ ἀπὸ τῆς μέσης· καὶ παραλαβόντα τὴν διάτονον λιχανὸν, καταμαθεῖν τὸ κάλλος τοῦ ἤθους. [Conf. Clem. Al. Strom. 1, p. 363. Dionys. De comp. verb. p. 130, 6 R. : Ἐάν τ' ἐναρμονίους ἐάν τε χρωματικὰς ἐάν τε διατόνους ὑπόθωνται μελῳδίας· et 132. Τὸ διάτονον ib. p. 62, 10. Διάτονον μέλος Alciphr. 1, 18. || Adj. Διατονικὸς, ἡ, όν. Τὸ διατονικὸν γένος ap. Aristid. Quintil. p. 111, Nicomach. Harm. p. 13, 14, 20, 22, 24, 25, 26. Διατονικὸν εἶδος τῆς μουσικῆς Philo vol. 1, p. 321, 13, Damascius ap. Suid. v. Κηροῦ. Διατονικὰ μέλη Iamblich. V. P. 15, p. 132. || Adverb. Διατονικῶς ap. Nicomach. p. 21.] || Item lapides quidam in structuris διάτονοι nominantur : de quibus Vitr. 2, 8 [p. 51 Schn.] : Præter cetera interponunt singulos perpetua crassitudine, utraque parte frontatos, quos διατόνους appellant, qui maxime religando confirmant parietum soliditatem. [Trabs media ædium, ap. Hesych. : Μέλαθρα, οἰκίαι, ὑπέρθυρα· δοκὸς δὲ καὶ ἡ διάτονος. Hanc alii ὑπέρτονον vocant, quod v. « Διάτονος, Intentiva, Gl. Harmenopul. 2, 4, 52 : Διατόνοις ἀσφαλίζεσθαι τὰς δοκοὺς ἢ μητριδέοις. V. Bernardin. Balbum ad Vitruvium. » Ducang.]

[Διατονόω, Extendo. Pallad. De febr. p. 40 : Χασμῶνται ... οἱ νοσοῦντες καὶ διατονοῦνται. Weigel. Forma vitiosa pro διατείνονται.]

[Διατοξεύσιμος, ὁ, ἡ, Sagitta penetrabilis. Plut. V. Luculli c. 28 : Συναιρήσειν τὴν διατοξεύσιμον χώραν τῷ τάχει τῆς ἐπαγωγῆς. Figurate de fama pervagata Nicet. Chon. Ann. p. 179, D : Ἤδη γὰρ ἡ φήμη ... εὐστόμει τὴν ἀπόδρασιν τοῦ ἀνδρὸς καὶ πολλαχῆ ἐτίθει διατοξεύσιμον.]

Διατοξεύω, Sagitta penetro s. trajicio, Sagittam mitto per. E Xenoph. affertur pro Jaculor, Telum vibro. [Cyrop. 1, 4, 4 : Ἀναπηδῶν ἐπὶ τοὺς ἵππους ἢ διακοντιούμενος ἢ διατοξευσόμενος ἀπὸ τῶν ἵππων· ubi significat Sagittando certare. Sic Dio Chrys. vol. 1, p. 353 : Ἀλέξανδρος ἀποθνήσκει Φιλοκτήτῃ διατοξευόμενος. Parthen. c. 4 : Διατοξευόμενος Φιλοκτήτῃ τιτρώσκεται. || Figurate Heliodor. 5, 32, p. 258 : Λόγον ἐπίκουρον τῷ Θεαγένει διετόξευσεν.]

Διατόρευμα, τὸ, i. et ipsum significans q. τόρευμα, Opus tornatile; item Tornatura : 3 Reg. 7, [31] : Ἐπὶ τοῦ στόματος αὐτοῦ διατορεύματα. [Al. vitiose διαπορεύματα.] Ubi Hebr. textus Versio habet, In angulis columnarum variæ cælaturæ erant.

Διατορεύω i. q. simplex τορεύω. [Aq. et Theod. Reg. 1, 6, 18 : Διατετορευμένα. Philo vol. 1, p. 105, 3 : Ὁ γὰρ ζωοπλάστης θεὸς ἐπίσταται τὰ ἑαυτοῦ καλῶς δημιουργήματα καὶ πρὶν αὐτὰ εἰς ἄκρον διατορεῦσαι. Ælian. V. H. 14, 7 : Ἐκ τῶν γυμνασίων οἱονεὶ διαγλυφέντες καὶ διατορευθέντες. Conf. Διατορνεύω. Διατορεῦσαι in versu corrupto Sophoclis ap. Polluc. 10, 34, ubi aliud verbum, fortasse διατορῆσαι, requiri animadversum est.]

Διατορέω, Perterebro, Perforo, i. q. simplex, nisi quod præp. aliquo modo intendit signif. Apud Suid. ex incerto auctore : Δύο δὲ τῶν ὀρυγμάτων ὑπόβρυχα καὶ κατωτέρω τοῦ χάρακος διατορηθῆναι. Ubi διατορηθῆναι ipse exp. διακοπῆναι, διατρυπηθῆναι.

[Διατορία. V. Διακτορία.]

[Διατορνεύω, Torno. Liban. vol. 4, p. 1071, 26 : Εἶδον καὶ χεῖλη καὶ νῦν λειποθυμῶ πρὸς τὴν ἔκφρασιν· γυρόθεν γὰρ ἡ λευκότης θαυμασίως πρὸς τὸ φοίνιγμα διετόρνευσε. Schol. Æsch. Prom. 76 : Διατόρους πέδας, τὰς διατετορνευμένας. Sed recte Schneid. διατετορευμένας corrigit. Plut. Mor. p. 1083, F : Διατορνεύειν ἐν σησάμῳ γράμμασιν ἔπη τῶν Ὁμήρου, ubi διατορεύειν posuit Wyttenb. in indice.]

Διάτορος, ὁ, ἡ, Penetrans [Æsch. Prom. 76 : Ἐρρωμένως νῦν θεῖνε διατόρους πέδας. Schol. τὰς διαπειρούσας καὶ τιτρωσκούσας. 181 : Ἐμὰς δὲ φρένας ἐρέθισε διάτορος φόβος], etiam Trajectus, Sophocl. OEd. T. p. 194 [1034] : Λύω σ' ἔχοντα διατόρους ποδοῖν ἀκμάς· pastor enim ejus τένοντα τὸν περὶ σφυρὸν τετρήνας, suspenderat ipsum ex arbore, i. e. quum nervum illum crassum, qui inter talos et calcem est, reste trajecisset. Item vox διάτορος dicitur Quæ aures penetrat tono suo acuto, Firma et vehemens : ut Suid. quoque διάτορον exp. ἐξάκουστον, ὀξύτερον, μεγαλόφωνον. [Æsch. Eum. 567 : Διάτορος Τυρσηνικὴ σάλπιγξ. Ælian. V. H. 2, 44 : Παρορμητικὸν ἐμπνεῦσαι μέλος διατορόν τε.] Quo pertinet hoc incerti auctoris [Luciani Gallo c. 1, ubi schol. exp. ὀξύτονον], Διατορόν τι καὶ γεγωνὸς ἀναβοήσας. Et hoc Plut. [Mor. p. 303, E] : Φθεγγομένων μέγα τι καὶ διάτορον. Rursum Suid. διατορώτατον exp. τρανώτατον [τρανότατον], Clarissimum, Maxime perspicuum. Quo modo et τορὸν accipitur. [|| Hesych. : Διάτορον, ἐξάκουστον, καὶ στύραξ, Cuspis in ima hasta. Similiter Etymol. M. p. 269, 28 : Διάτορον, ὀξύτονον, ὀξύηχον, σαφές. Λέγεται καὶ στύραξ.]

[Διατόρως, q. d. Penetranter. V. Διάκτωρ.]

[Διατραγῳδέω, Tragico more dico, Jacto. Librariorum errore legitur in libris quibusdam Demosth. p. 229, 18; 232, 22. Hesych. : Διακωμῳδῶ, διατραγῳδῶ.]

Διατράμις, Hesych. ὁ διερρωγὼς τὴν τράμιν, i. e., inquit Idem, τὸν ἀπὸ ὀσχέου ἐπὶ τὰ ἰσχία τόπον. Meminit Pollux quoque hujus voc., sed paulo aliter exponens; nam l. 2, titulo de lateribus et natibus [§ 184], quum dixisset τοὺς ἐνδεῶς πυγῶν ἔχοντας vocari λίσπους et ὑπολίσπους et λισποπύγους, subjungit, a Strattide, τὴν ὧδε ἔχουσαν nominari διατράμιν : innuens esse Depygem, Depressas nates habentem.

[Διάτρανος, ὁ, ἡ, Clarus. Timario in *Notices des Mss.* vol. 9, p. 213 : Λόγος ῥοώδης ὁμοῦ καὶ διάτρανος. Elberling.]

Διατρανόω, i. q. simplex τρανόω, Declaro, Planum facio, Explano. Nec non Illustro, [Divulgo,] Bud. [Hesych. : Διατρανοῦν, σαφηνίζειν. Τρανότερον διατρανοῦν idem s. v. Διευκρινεῖ. Iamblich. V. P. p. 258 : Τὸ γὰρ χρωματικὸν καὶ ἐναρμόνιον γένος αὖθίς ποτε ἐκ τοῦ αὐτοῦ διετράνωσεν. Vita Maximi Confess. vol. 1, p. IX : Βουλόμενος δ' ἱερὸς οὗτος ἀνὴρ καὶ μειζόνως διατρανῶσαι τὰ ἐκτεθέντα. Frequens ap. scriptores Byzantinos verbum. Niceph. Greg. p. 347, 11 : Τὸ σὸν διατρανοῦντες εἶεν μνημόσυνον ἐν πᾶσι τοῖς αὐτῶν ἐξελιγμοῖς· 355, 17 : Ὃ δὴ καὶ διετράνωσαν περιιόντες ἁπανταχῆ· 372, 19 : Τούτων οὕτω λεχθέντων καὶ οὕτω διατρανωθέντων. E Zachar. Mityl. Dial. p. 218, 1 indicat Boiss. G. Dind.]

[Διατράνωσις, εως, ἡ, Declaratio, Explicatio. Jo. Diac. in Hesiod. p. 456 ed. Gaisf. : Διατράνωσιν τῶν Ἡσιοδείων ῥημάτων. G. Dind.]

Διατρᾰχηλίζω, exp. Præcipito. Rectius, Præcipitando collum frango. Fortassis autem signif. etiam τὸν τράχηλον διελαύνω, Collum trajicio s. perfodio. [Plut. Mor. p. 501, D : Διατραχηλιζόμενος εἴς τι ναυάγιον φοβερόν.]

[Διατρᾰχύνω, Exaspero. Plutarch. Mor. p. 979, B : Ὅπως μὴ κατ' οὐρὰν προσφερομένου τοῦ πνεύματος ἡ λεπὶς ἀναπτυσσομένη λυπῇ τὸ σῶμα γυμνούμενον καὶ διατραχυνόμενον.]

[Διατρεμέω, Tranquillus sum. Arrian. Peripl. Ponti Eux. p. 6 ed. Huds. : Βορρᾶς ἐπιπνεύσας ὀλίγος κατέστησε τὴν θάλατταν καὶ διατοεμῆσαι ἐποίησεν. Boiss.]

[Διατρεπτικὸς, ἡ, όν, Dehortatorius. Plut. Mor. p. 788, F : Ἔστω καὶ δοκείτω διατρεπτικὸς εἶναι λόγος.

‖ Adverb. Διατρεπτικῶς. Clem. Al. Strom. 2, p. 454 : Ἡ γραφὴ ... δυσωπεῖ μὲν διατρεπτικώτατα ἔπεσθαι διδάσκουσα τῷ τὰς ἐντολὰς δεδωκότι θεῷ, Aptissime ad dissuadendum. Kall.] A

Διατρέπω, i. propemodum q. ἀποτρέπω, Averto, s. Dissuadendo averto, Dehortando avoco et abstraho; nec non Pudore injecto deterreo, ut ap. Herodian. 1, [6, 20]: Διέτρεψε πρὸς ὀλίγον τὸ μειράκιον, Conatus adolescentis repressit injecto pudore : sc. εἰπών τινα εἰς προτροπὴν καὶ τὴν πρὸς τὰ κρείττονα ὁρμήν· quare subjungit, Αἰδεσθεὶς ὁ Κόμμοδος τὰ λεχθέντα. [Polyb. 2, 47, 8 : Τούς τε πολλοὺς τῶν Ἀχαιῶν διατρέψειν καταφεύγων ἐπὶ τοὺς ἐχθρούς· 5, 4, 10 : Τοὺς νεανίσκους διέτρεψαν τοῦ μὴ τελεσιουργῆσαι τὴν κατάληψιν τῆς πόλεως.] Itidemque διατρέπεσθαι est Pudefieri, Erubescere, ut ἐντρέπεσθαι et αἰδεῖσθαι. [Hippocr. p. 1159, H, et 1233, F : Οὐδὲν διετρέπετο, Nihil commovebatur. Dem. p. 798, 20 : Μηδὲ πώποθ' ὑπεῖξε μηδὲ διετράπη. Diodor. 17, 114 : Τῆς ... μητρὸς ... διὰ τὴν ἄγνοιαν προσκυνούσης τὸν Ἡφαιστίωνα ὡς ὄντα βασιλέα καὶ μετὰ τὴν ἐπίγνωσιν διατρεπομένης.] Plut. De def. orac. [p. 434, E] : Ὥστε καὶ τοὺς Ἐπικουρείους διατραπῆναι, Ut et Epicurei erubescerent. Idem non procul ab initio sui Περὶ δυσωπίας libelli [p. 529, C] : Ὅταν δὲ τρυφερῷ μέρει ψυχῆς καὶ ἁπαλῷ προσαγάγῃ λόγον, οἷόν ἐστι τὸ δυσωπούμενον καὶ διατρεπόμενον, εὐλαβεῖται μὴ λάθῃ τούτοις συναποκόψας τὸ αἰδούμενον. E Plut. Catone [min. c. 13] affertur pro Oculos avertere et aspicere nolle, vel non posse : ut Bud. p. 676 διετράπησαν interpr. non solum Pudore perfusi sunt, sed etiam Præ pudore faciem deflexerunt, ubi vide et alia exx. [Epictet. ap. Stob. Flor. 46, 86 : Μηδὲ ὄχλον ἀδίκως σε δυσωποῦντα διατραπῇς. Plut. V. Æmil. Pauli c. 20 : Τῶν δ' ἄλλων Ῥωμαίων διατρεπομένων (Declinantium) τὴν φάλαγγα προσβολὴν οὐκ ἔχουσαν.] Διατρέπω exp. etiam Confundo, Perturbo, Perterreo, Ad inopiam consilii redigo. Polyb. de tertia Annibalis et Pœnorum victoria [3, 86, 6] : Ἐν δὲ τῇ Ῥώμῃ, ἐπιγενομένης καὶ ταύτης τῆς περιπετείας, οὐ μόνον τὸ πλῆθος, ἀλλὰ καὶ τὴν σύγκλητον αὐτὴν συνέβη διατραπῆναι. Idem l. 3 : Εὐλαβούμενος μὴ διατέτραπται τὸ πλῆθος, Ne absterriti et conturbati fuissent, Bud. [3, 108, 3 : Διατετράφθαι καὶ προσδεῖσθαι παραινέσεως τοὺς πολλούς.] B C

Διατρέφω, Alo, Nutrio, Enutrio. Xenoph. [Mem. 2, 7, 6] : Ἀπὸ ἀρτοποιΐας οἰκίαν διατρέφει, Familiam alit e panificio. Est enim διατρέφειν ibi i. q. τρέφειν, ut Dem. [p. 1358] : Τὰ ἐπιτήδεια ταύτην ἐργασομένην καὶ τὴν οἰκίαν θρέψουσαν. [Araros ap. Athen. 6, p. 237, A : Ὁ δ' Ἰσχόμαχος ὁ διατρέφων σε τυγχάνει. Athen. 11, p. 506, F : Ἀγαπητῶς ἑαυτὸν διέτρεφεν ἐκ τῆς τέχνης. Hemst. Dio Cass. 63, 27 : Τό γε τέχνιον ἡμᾶς ἐκεῖ διαθρέψει· 76, 12 : Ταῖς ῥίζαις διατρέφονται.]

Διατρέχω, Discurro, Percurro, Curriculo pertranseo, Cursu emetior. [Antiphon p. 121, 36 : Ἀτρεμίζων καὶ μὴ διατρέχων. Aristoph. Pac. 536 : Γυναικῶν διατρεχουσῶν εἰς ἀγρόν. Ib. 838 : Διατρέχοντες ἀστέρες. (Conf. διάττοντες ἀστέρες, de quibus vid. s. v. Διάττω.) Xenoph. De ven. 3, 5 : Σχάσασαι (αἱ κύνες) τὴν οὐρὰν καὶ φράξασαι διατρέχουσι. Dicæarch. Stat. Græc. p. 10 ed. Huds. : Διατρέχουσι δέ τινες ἐν τῇ πόλει λογογράφοι σείοντες τοὺς ... εὐπόρους τῶν ξένων. Et impropr. ibid. p. 16 : Τοὺς μὲν οὖν ἄνδρας συμβαίνει τοιούτους εἶναι· διατρέχουσι δέ τινες ἐν αὐτοῖς ἀξιόλογοι μεγαλόψυχοι. « Hippocr. p. 553, 21 : Πολλοὶ δὲ διατρέχουσι καὶ εἰς τὰς εἰκοσιτέσσαρας, Multi etiam ad vigesimum quartum diem perveniunt. Quod ib. 54 διαφέρουσι ἕως ... dicitur. » Foes.] Herodian. 4, [15, 14] : Πρὸς τὸ διατρέχειν ἐνεποδίζοντο, Impediebantur quominus discurrere possent; seu, ut Polit. vertit, Liber pugnantibus cursus non erat. Id. 3, [14, 10] : Μάλιστα δὲ γεφύραις διαλαμβάνειν ἐπεῖρατο τὰ ἑλώδη χωρία· ὡς ἂν ἐπ' ἀσφαλοῦς βαίνοντες οἱ στρατιῶται, ῥᾳδίως αὐτὰ διατρέχοιεν. Fut. facit non solum διαθρέξω [διαθρέξομαι], sed etiam διαδραμῶ [διαδραμοῦμαι], tanquam a verbo Διαδρέμω : unde aor. 2 διέδραμον : ut ap. [Plat. Phædr. p. 237, A : Ἵν' ὅτι τάχιστα διαδράμω τὸν λόγον· Leg. 7, p. 802, A : Ἅπαντα τὸν βίον διαδραμών.] Herodian. [3, 2, 13] : Ὡς δὲ διέδραμε φήμη τῆς Σεβήρου νίκης, Postquam fama divulgata est de Severi victoria; s. Divulgata percurrit omnes regiones. Itidemque 1, [15, 2], et 2, [2, 5] et 4, [11, 2] : Διαδραμούσης δὲ φήμης, Dicta et evulgata fama, Quum rumor iste evagatus esset. Id. 2, [6, 5] : Μιᾶς δήπου καὶ δευτέρας ἡμέρας διαδραμούσης, Elapso die uno et altero, Quum dies unus et alter præteriisset, abiisset. [Joann. Malalas p. 129, 19 : Ὀλίγων δὲ ἡμερῶν διαδραμουσῶν· 429, 7 : Τῶν διαδραμόντων χρόνων.] Item cum accus. rei, Thuc. 2, [25] : Διαδραμὼν τὸ τῶν Ἀθηναίων στρατόπεδον, Peragrato et percurso Atheniensium exercitu. Xen. [Mem. 2, 1, 31] : Τὰ ἡδέα ἐν τῇ νεότητι, διαδραμόντες, Qui quæ in juventute jucunda sunt, percurrerunt; vel etiam Persecuti sunt, ut quidem nonnulli interpretandum censent. [Rarior aor. 1 usus. Διαθρέξασα Callim. L. P. 23; διαθρέξωμεν Paulus Sil. in Anth. Pal. 5, 226.] D

Διατρέω, Intremisco, Perterresco; Tremefactus s. Perterrefactus diffugio, ut Hom. Il. Λ, [486] : Τρῶες δὲ διέτρεσαν ἄλλυδις ἄλλοι. Cui simile ex. habes in Τρέω, sed in eo tmesis est. [P, 729 : Διά τ' ἔτρεσαν ἄλλυδις ἄλλος. Plut. Mor. p. 343, E : Διέτρεσαν καὶ ἀνεχώρησαν· V. Marcelli c. 29 : Τῶν Τυρρηνῶν διατρεσάντων. Hesych. : Διέτρεσαν, διέφυγον, ηὐλαβήθησαν.]

[Διάτρημα, τὸ, Foramen. Schol. Luciani vol. 1, p. 579 et 597 : Διά τινος διατρήματος παρεῖχον τῷ ὕδατι ἔκροιαν. Schæf. Schneideri conjecturam quandam v. s. Διάρημα.]

Διάτρησις, εως, ἡ, Perforatio, Pertusio. Pro Foramine affertur ex Herod. [Hippocr. p. 412, 32 : Στερεώτερον τὸ σῶμα καὶ στενωτέρας διατρήσιας ἔχει. Galen. vol. 4, p. 522 : Διττὰς διατρήσεις ἀνίσους. Suid. : Ὀπή ... ἡ διάτρησις. Anna Comn. 13, p. 383, B. Corruptum ex διάθρησις v. s. hoc v.]

Διάτρητος, ὁ, ἡ, Perforatus, Perterebratus, Foraminibus pertusus. Damascen. : Ὅθεν πᾶσα ἡ γῆ διάτρητός ἐστι καὶ ὑπονόμους ὥσπερ τινὰς φλέβας ἔχουσα. ‖ Exp. etiam Tornatilis, Torno factus; afferturque διάτρητοι κύλικες, pro Calices cælati et tornatiles, Lat. Toreumata. Sed videant hujus expos. auctores, ne pro Cælatis et tornatis eleganter calicibus, potius dicere debuerint Pertusi et fracti. [Martial. 12, 71 : « O quantum diatreta valent ! » Ulpian. Digest. 9, 2, leg. 27 : « Si calicem diatretum faciendum dedisti. » ‖ « Διάτρητος, Fenestra cancellata. Procop. Gaz. in Reg. 4, 1 : Εἰς τὸ δικτυωτὸν ὑπερῷον. Οἶκος ἦν θερινὸς πολλὰς ἔχων φωταγωγοὺς δικτυοειδεῖς, ἃς διατρήτους ὀνομάζουσιν οἱ πολλοί. » Ducang. Eadem leguntur ap. Theodoret. vol. 1, p. 513.]

[Διατριβάζομαι, Moror, Moram facio. Achm. Onirocr. p. 196, 13 : Διετριβάζετο εἰς τὴν κατάστρωσιν αὐτοῦ (tapetis). Hase.]

Διατρῑβή, ἡ, quod ipsam τοῦ διατρίβειν actionem signif. : veluti quum dicitur διατριβὴ τοῦ χρόνου pro διατρίβειν τὸν χρόνον, Terere s. Consumere tempus, vel etiam Mora, Extractio temporis in longum, et procrastinatio. Thuc. 3, p. 94 [c. 38] : Τῶν προθέντων αὖθις περὶ Μιτυληναίων λέγειν, καὶ χρόνου διατριβὴν ἐμποιησάντων, Quique in causa sunt cur tempus teratur et mora interjiciatur. Herodian. 3, [14, 9] : Διατριβὰς χρόνου ποιῶν, Moras de industria nectens. Aliquando omittitur ille gen. χρόνου, et tamen signif. Temporis in longum extractionem, i. e. Procrastinationem et moram. Thuc. 8, p. 267 [c. 9] : Διατριβῆς ἐγγινομένης· quemadmodum et Herodian. 6, [7, 24] dicit, Διατριβῆς ματαίας ἐγγινομένης, Quum viderent se frustra tempus terere. Idemque rursum 3, [14, 20] : Ἅπερ πάντα Ῥωμαίοις ὄντα ἐναντία, πλείονα παρέσχε τῷ πολέμῳ τὴν διατριβὴν, Quæ omnia Romanis adversa moram bello afferebant. Cui l. adde hunc Æschin. [p. 78] : Εἰ μὲν γὰρ ἠρνεῖτο μὴ δεινὸς εἶναι, ἢ ὑμεῖς μὴ συνῄδειτε αὐτῷ, διατριβὴν ὁ λόγος ἂν μοι παρέσχεν, i. e. διέτριβον ἂν λέγων πλείω περὶ τούτων, Diutius in his commemorandis immorarer. Et Plut. Pericle [c. 12] dicit, Πολυτέχνους ὑποθέσεις ἔργων διατριβὴν ἐχόντων, Quæ multi temporis sunt et multa opera indigent, In quibus diu immorari et magnam adhibere diligentiam oportet. Ex Ejusd. Lycurgo, Διατριβὴν σχῇ πολλὴν, affertur pro Retardetur. [Διατριβὰς ἐμβαλεῖν, id. V. Nic. c. 20.] Nisi malis, Moram afferat, Retardet : ut Lucian. [Dial. mar. 6, 2] : Τοῦτο πολλὴν ἔχει τὴν διατριβὴν, Multum temporis ea in re terere necesse

Διαυλωνία, ἡ, Eustathio [p. 1917, 32] est τοπικὴ στενότης, καθ' ἣν ὄρτυγες ἢ ἁπλῶς ἄγριοι ὄρνιθες ἀγρεύονται, Locus angustus, in quo coturnices aut generaliter aves sylvestres capiuntur. Dicit autem ἐθνικὴν esse hanc λέξιν, et γνώριμον τοῖς περὶ Σινώπην ἀνωτέρω οἰκοῦσι πρὸς βορρᾶν. Dici vero παρὰ τὸν αὐλὸν, a quo esse etiam τὰ διαυλωνίζοντα πνεύματα : ut et p. 1107, 63, παρὰ τὸν αὐλὸν esse dicit τοὺς αὐλῶνας, et τὸν τῶν πνευμάτων ἀνακαμπτικὸν διαυλωνισμόν. Indicat tamen [p. 1483, 47] ab αὐλὴ quoque hæc derivari posse, ut Athen. etiam [5, p. 189, C]. Et hic enim et ille αὐλὴν vocari tradit τὸν διαπνεόμενον τόπον : et διαυλωνίζειν dici χωρίον τὸ δεχόμενον ἐξ ἑκατέρου πνεῦμα, Locum qui utrinque ventum excipit : in modum nimirum tibiæ; nam et ipsam utrinque potest pertransire flatus. Suid. vero διαυλωνίζειν esse dicit διὰ στενοῦ ῥεῖν, Fluere per angustias. Et sic διαυλωνίζειν esset τὸ αὐλῶνα διέρχεσθαι. Bud. sane e Basilio διαυλωνίζειν affert pro Meatus longos transire; dicique tradit de aqua marina terras subeunte et in fontes percolata. [Aristot. Meteor. 2, 8 : Δοκεῖ γὰρ διαυλωνίζειν ὑπὸ τὴν γῆν ἡ θάλαττα. Id. De respir. § 16 : Διαυλωνίζοντος ἀεὶ τοῦ ὕδατος διὰ τῶν βραγχίων. Etym. M. p. 743, 18 : Διαυλωνίζειν λέγουσι τοὺς ἀνέμους, ὅταν διά τινος ὁμαλοῦ καὶ στενοῦ διαπνέωσι. Eustath. Opusc. p. 266, 1 : Μήποτε διαυλωνίζοντες ἀσύμμετροι ἄνεμοι ἀποσβέσωσι τὸ ἐν σοὶ φῶς. Mediam formam e Psello, Opusc. p. 59, 7 ed. suæ, indicat Boiss.]

[Διαυλωνίζω. Διαυλωνισμός. V. Διαυλωνία.]

[Δίαυρος, δαλὸς, διάπυρος, glossa obscura Hesychii.]

Διαυχενίζομαι, Cervicem attollo s. erigo : vel, quod Gall. dicitur, *S'engorger :* quod ut et de equis primum, deinde per metaph. de superbis dicitur, sic et διαυχενίζεσθαι. V. Pollux [1, 218. Suid. : Διαυχενίζεσθαι. « Ὁ δὲ τὰ φρονήματα καὶ τοὺς θυμοὺς τῶν στρατιωτῶν ἀνηρέθιζε, καὶ διαυχενίζεσθαι πρὸς τὸ ἀγέρωχον ταῖς μελέταις ἐξεκάλει καὶ φιλοκίνδυνον, » ἀντὶ τοῦ, ὑψοῦ τὸν αὐχένα ἔχειν. Quæ Eunapii esse verba constat ex eodem s. v. Ἀνηρέθιζεν. Idem : Διηυχενίζετο, ὑψηυχένει. « Ἕτερα δὲ οὐ πολύ τι μείω ἀνωρθοῦτο καὶ διηυχενίζετο. »]

Διαυχένιος, ὁ, ἡ. Apud Plat. [Tim. p. 73, E] διαυχένιος μυελὸς exp. Cervicis medulla, q. d. Cervicalis medulla.

[Διαυχέω, Glorior. Clem. Al. Strom. 6, p. 757.]

[Διαύχην, εὐεξίαν, Hesych. Διαύξην Albert.]

[Διαύω. Διαύοντα lectio corrupta ap. Eurip. Herc. f. 1050.]

Διαφάγω, Peredo, Exedo, Edendo s. Exedendo absumo, i. q. διαβιβρώσκω. Galen. De LL. Aff. 3 : Ἕα ἕως ἂν τὸ ἐμποδίζον διαφάγῃ. Et Philo De mundo : Ὅταν ἑρπινώδους νοσήματος τρόπον ἰὸς ἐπιδραμὼν διαφάγῃ, Quum ærugo gliscens exest. [Herodot. 3, 109 : Οὐκ ἀνίει πρὶν ἂν διαφάγῃ ... Διαφαγόντα δὲ τὴν νηδὺν αὐτῆς. Theophr. Char. 16, 2 : Μῦς θύλακον ... διαφάγῃ. Dio Cass. 72, 21 : Δάφνης φύλλα διέφαγον. Ceterum præsens διαφάγω nullum est, sed aoristus tantum διέφαγον.]

[Διαφάδην. V. Διαμφάδην.]

[Διαφαικόω, Clarum facio. Hesych. (inter Διαφανές et Διαφάσσειν) : Διαφαίκωσι, διαφαίνειν. Legerim Διαφαικῶσι, διαφαίνωσι, a διαφαικέω vel διαφαικόω. Nam φαικὸν est i. q. λαμπρὸν, et φαικῶς, λαμπρῶς, exponente Hesychio. Favor. legit Διαφαίκειν, διαφαίνειν. Albert.]

Διαφαίνω, pro διαδείκνυμι, si quidem Hesychio et Suidæ credimus. In qua exp. sonare videtur verbum διαδείκνυμι, q. d. Interostendo : dando sc. hic præpositioni Inter eum usum, quem habet in verbis Interluceo et Intermico, aliisque nonnullis hujusmodi. [Herodot. 7, 219 : Ἤδη διαφαινούσης ἡμέρης (ubi cod. Cantabrig. διαφανοῦς οὔσης)· 8, 83 : Ἠὼς διέφαινε, et rursus 9, 47. Clem. Al. Strom. 5, p. 680 : Διαφαίνοντα τοῦ ὕδατος. Hemst. Polyb. 18, 2, 5 : Τῆς ἡμέρας διαφαινούσης. Ibid. c. 5, 2 : Τῆς ὁμίχλης διαφαινούσης. Pindar. Pyth. 3, 79 : Καιομένα δ' αὐτῷ διέφανε πυρά. De ferro pellucente, candente dictum v. s. v. Διαφανής.] Bud. διαφαίνω affert e Plut. pro Eluceo metaphorice sumto : dicente de Pompeio [V. Pomp. c. 2] : Καὶ τῷ νεαρῷ καὶ ἀνθοῦντι διέφαινεν εὐθὺς ἡ ἀκμή. [Et Marii c. 41.] In VV. LL. : Καὶ κρεῖττον διαφαίνει τῆς ἐλπίδος. [Xenoph. Mem. 3, 10, 5 : Τὸ μεγαλοπρεπὲς ... καὶ διὰ τῶν σχημάτων καὶ ἑστώτων καὶ κινουμένων ἀνθρώπων διαφαίνει. Polyb. 12, 24, 1 : Τοὺς συγγραφέας ἐν τοῖς ὑπομνήμασι διαφαίνειν τὰς ἑαυτῶν φύσεις.] Invenitur alioqui sæpius vox pass. Διαφαίνομαι sonans Interluceo, et q. d. Interappareo, pro Inter alia appareo, et conspicuus sum. Hom. Il. Θ, [491] : Ἐν καθαρῷ, ὅθι δὴ νεκύων διεφαίνετο χῶρος, ubi vide Eust. Utitur autem alibi hoc verbo pro Transparens esse et translucens, s. perlucidum, Od. 1, [379], de vecte candente, Διεφαίνετο δ' αἰνῶς, ubi idem ille schol. exp. διαφάνειαν εἶχε τὴν ὡς ἐξ ἀνθρακώσεως. Sic autem et Aristot. Probl. s. 13 [23, 41] διαφαινόμενον appellavit Perlucidum, loquens tamen de re quæ alio modo est perlucida : Διὰ τί τὸ γαληνίζον τῆς θαλάττης λευκὸν φαίνεται; ἢ διότι τὸ μὲν διαφαινόμενον, λευκὸν, τὸ δὲ μὴ διαφαινόμενον, μέλαν; ἧττον δὲ διαφαίνεται τὸ κινούμενον. Vide aliud ex. sumtum ex Eod., in Διαφανής. Gaza ap. eum διαφαινόμενον vertit alicubi Quod transpici potest. Sic, Δι' ὧν διαφαίνεται τὰ σώματα, in l. quem e Suida habes in Διαφανής. [Pindar. Nem. 3, 123 : Ἐν δὲ πείρᾳ τέλος διαφαίνεται.] || Alioqui διεφάνη in soluta oratione sæpe pro Conspicuum fuit, factum est, In conspectum venit, Visum est, Extitit, Compertum fuit. Philo De mundo, loquens de insulis Rhodo et Delo : Χρόνῳ δ' ὕστερον ἐλαττουμένης ῥέμα (τῆς θαλάττης) κατ' ὀλίγον ἀνίσχουσαι διεφάνησαν, Temporis intervallo existere sensim cœperunt et conspici, utique mari sensim itidem subsidente, Bud. Opponuntur autem illa verba istis proxime præcedentibus, Αὗται γὰρ τὸ μὲν παλαιὸν ἠφανισμέναι, κατὰ τῆς θαλάττης ἐδεδύκεσαν ἐπικλυζόμεναι, Olim mari submersæ et obrutæ non cernebantur. Thuc. [1, 19 : Δυνάμει γὰρ ταῦτα μέγιστα διεφάνη, ubi Steph. δὴ ἐφάνη.] 2, [51] : Σῶμά τε αὔταρκες ὂν οὐδὲν διεφάνη πρὸς αὐτὸ ἰσχύος πέρι ἢ ἀσθενείας· 4, p. 156 [c. 108] : Ἐψευσμένοις μὲν τῆς Ἀθηναίων δυνάμεως ἐπὶ τοσοῦτον ὅση ὕστερον διεφάνη. In VV. LL., Διαφανεῖσα περιττὴ σύνεσις, pro Prudentia perspicue excellentissima. [Æneas Gaz. p. 8, 21 : Ἔνθα (παρ' Ἀθηναίοις) μάλιστα διεφάνη ἡ φιλοσοφία. Hemst.] In Iisd., Διαφαίνεται ἡ ὀσμὴ, e Diosc., pro Sentitur odor.

[Διαφαιρέω, Detraho, Tollo. Paul. Ægin. p. 187, 28 : Κατὰ μικρὸν διαφελώμεθα. Reg. 1, 17, 39 : Ἀφαιροῦσιν αὐτὰ ἀπ' αὐτοῦ. Cod. Alex. διαφεροῦσιν, h. e. διαφαιροῦσιν.]

[Διαφαλαγγία lectio vitiosa. V. Διφαλαγγία.]

[Διαφάνδην. V. Διαμφάδην.]

Διαφάνεια, ἡ, Perluciditas, ut διεφαίνετο ab Eustathio dixi exponi διαφάνειαν εἶχε. [Plato Phæd. p. 110, D : Λίθους ἔχειν ἀνὰ τὸν αὐτὸν λόγον τήν τε λειότητα καὶ τὴν διαφάνειαν καὶ τὰ χρώματα καλλίω. « Georg. Lapitha Poem. mor. 237. » Boiss. || Διαφανία ap. Eustath. p. 1384, 53 : Μετὰ διαφανίας τινὸς καὶ λαμπρότητος.]

[Διαφανερόω, Declaro, Manifestum facio. Titus Bostr. In Luc. p. 778, D. Hase.]

Διαφανὴς, Perlucidus, Qui translucet s. transparet, ut ab Aristoph. Nub. [767] vocatur ὕαλος, Vitrum, λίθος διαφανής. [Lapis selenites ap. Aetium p. 29, b, 49 : Διαφανὲς ἤτοι σπεκλάριον. Weigel. Galen. vol. 13, p. 738 : Διαφανὲς δὲ καλούμενον, ὃ σπεκλάριον ὀνομάζουσι Ῥωμαῖοι ... G. D.] Aristot. De gen. anim. 5, [c. 1 non longe a fine] : Ἔστι δὲ λευκὸν, διὰ τὸ τὸ μέλαν μὴ εἶναι διαφανές· αὐτὸ γὰρ τοῦτ' ἔστι μέλαν, τὸ μὴ διαφαινόμενον· ubi observa et διαφαινόμενον pro eodem. Idem, Ἔστι δ' ἡ τούτου τοῦ μορίου κίνησις, ὅρασις, ᾗ διαφανὲς, ἀλλ' οὐχ ᾗ ὑγρόν. Dicit autem et εὐδίοπτον de re eadem. Idem docet quid sit διαφανὲς σῶμα, in libro Περὶ αἰσθήσεως, et alibi. [Διαφανῆ quæ dicantur multis verbis explicat Philopon. ad Aristot. l. 2 De anima : quæ excerpsit Suidas s. v. Διαφανές.] A Synes. διαφανὲς ὕδωρ opp. τῷ τεθολωμένῳ. Plut. [Mor. p. 434, B] λαμπρὰ et διαφανῆ conjunxit, loquens de iis quibus sordes detractæ sunt ab igni. [Διαφανὲς οὖρον et διαφανέα οὖρα, Urinæ pellucidæ, quæ aqueæ sunt et dilutæ, ap. Hippocr. p. 211, E; 1252, C. Διαφανέα ὦτα, Aures ex siccitate tabefactæ et excarnes ac contractæ, ideoque

pellucentes, inter letales faciei notas numerantur p. 149, A. Διαφανέες φλέβες, Venæ perspicuæ, quæ sanguine plenæ sunt et turgidæ, Aphor. 22, § 3, et l. 6 Epid. || Διαφανὲς etiam Candens et ignitum ac pellucidum significat, ut διαφανέα σιδήρια, p. 788, A : Χρὴ δὲ διαφανέσι καίειν, ὡς ὅτι τάχιστα περαιωθῇ κατὰ δύναμιν, quæ Erotian. et Galen. per διάπυρα interpretantur. Ibid. p. 891, H. Et p. 894, B : Διαφαῖνον τὸ σιδήριον, Candens ferramentum. P. 680, 41 : Λίθον μέλανα διαφανῆ. Et p. 476, 22 : Ἵπνου ὄστρακα διαφήνας, Furni testas candefactas in vinum ... immittit. Foes. Λίθος ἐκ πυρὸς (vel τῷ πυρὶ) διαφανὴς, Lapis igne candens, Herodot. 4, 73, 75. Et nude, κλίβανος δ., Furnus candens, 2, 92. Schweigh. Scriptor ap. Suid. v. Τηκτά : Καὶ τὴν σιδηρῖτιν γῆν, ἣν πυρὶ πολλῷ διαφανῆ ἐργασάμενοι.... Hemst. Antyllus Oribasii p. 314 ed. Cocch. : Τὸ διαφανὲς κεκαυμένον.] Legimus porro et διαφανῆ χιτώνια [ex Aristoph. Lys. 48] ap. Suid., qui tamen dicit ita vocari οὐ τὰ λαμπρὰ, sed τὰ ἰσχνὰ, δι' ὧν διαφαίνεται τὰ σώματα τῶν γυναικῶν [quibus addit verba Jesaiæ 3, 21 : Τὰ διαφανῆ Λακωνικά]. Non dubium certe quin hæ vestes sint illæ ipsæ, quas Varro appellavit Vitreas, et quas Horat. Coas vocavit, Sat. 2, [101] : Altera nil obstat Cois tibi; pene videre est Ut nudam, ne crure malo, ne sit pede turpi. De his et Tibullus ita, Illa gerat vestes tenues, quas femina Coa Texuit, auratas disposuitque vias. Ubi fort. sunt Tenues ita dictæ, ut ἰσχνὰ in l. Suidæ quem modo protuli. Existimantur autem bombycinæ fuisse næ vestes : de quibus ita Plin. 11, 23 : Telas araneorum modo texunt, ad vestem luxumque feminarum, quæ Bombycina appellantur. Prima eas redordiri rursusque texere invenit in Ceo mulier Pamphyla Latoi filia : non fraudanda gloria excogitatæ rationis, ut denudet feminas vestis. Est autem observandus horum verbb. consensus, postremorum inquam, cum illis Horatianis, Altera nil obstat Cois tibi; pene videre est Ut nudam. Sed et hoc simul animadvertendum est, sequendo illum Plinii l., rectius legi Ceis ap. Horat., quam Cois. Pro qua tamen lectione faciunt vicissim hæc verba, quibus proxime sequens caput inchoat, Bombycas et in Co insula nasci tradunt etc., quum alioqui dixisset in principio capitis præced. : Quartum inter hæc genus est bombycum in Assyria proveniens : et in hujus itidem fine dicat, Assyria tamen bombyce adhuc feminis cedimus. Ceterum si illa χιτώνια διαφανῆ bombycina erant, merito miretur aliquis quod dicit Suidas, οὐ τὰ λαμπρὰ, ac præsertim quum dixerit Propert. [2, 3, 15] : Nec si qua Arrabio lucet bombyce puella. Ceterum legitur et διαφανὴς κεκρύφαλος ap. Synes. Sonat alioqui διαφανὴς et simpliciter Perspicuus. || Interdum pro Illustris, Celebris, Clarus. Bud. e Plat. Timæo, Τότε οὖν ὑμῶν, ὦ Σόλων, τῆς πόλεως ἡ δύναμις εἰς ἅπαντας ἀνθρώπους ἐγένετο διαφανής. Et e Philop. in Proclum p. 103 : Οἱ διαφανέστατοι τῶν φιλοσόφων. [Plato Rep. 8, p. 544, D : Ἧτις καὶ ἐν εἴδει διαφανεῖ τινι κεῖται· 10, p. 600, B : Διαφανεῖς δοκοῦσιν εἶναι ἐν τοῖς ἄλλοις. Clarus s. Manifestus, Soph. OEd. T. 754 : Αἰαῖ, τάδ' ἤδη διαφανῆ. Athen. 9, p. 407, B : Μὴ γένωνται διαφανεῖς ἀχθόμενοι.]

[Διαφάνης, ους, ὁ, Diaphanes, n. pr. in inscr. Spartana ap. Bœckh. vol. 1, p. 631. Usitatum nomen est Διοφάνης. Διαφάνης si recte scriptum est, comparetur Διάτιμος et Διότιμος. G. Dind.]

[Διαφανία. V. Διαφάνεια.]

Διάφανον, Cæl. Rhodig. e Prisciano et Juliano affert pro διαφανὲς positum; esseque tradit non in æthere solum, igne, aere, aqua, vitris, sed et in terra ipsa, compositisque corporibus omnibus : item esse Vehiculum τοῦ φωτὸς, et id quidem incorporeum, neque permixtum corporeis qualitatibus, quamvis per ea diffusum omnia. Sonat autem translucidum s. Pellucidum. [Διάφανον lectio vitiosa pro διάφορον ap. Aq. Exod. 28, 8 in ed. Rom.]

Διάφανσις, vel Διάφασις, εως, ἡ, q. d. Interlucentia, Transparentia. Redditur et Transpectus e Lucret. Quidam ap. Cic. Ad Att. 2, 2, διαφάνσεις s. διαφάσεις interpr. Interlucentias, ad verbum. [Theophr. De lapid. 30, p. 694 : Ἡ δ' ὑαλοειδὴς, ἣ καὶ ἔμφασιν ποιεῖ καὶ διάφασιν. Plut. Mor. p. 354, B : Ἐν τοῖς μυστικοῖς A τὰς μεγίστας ἐμφάσεις καὶ διαφάσεις λαβεῖν ἐστὶ τῆς περὶ δαιμόνων ἀληθείας. Clem. Al. p. 374 : Κατ' ἔμφασιν δὲ καὶ διάφασιν οἱ ἀκριβῶς παρ' Ἕλλησι φιλοσοφήσαντες διορῶσι τὸν θεόν. G. D. Διάφασις s. Διάφαυσις, si recte extricavimus, in papp. Ægyptt. videtur esse Intervallum, Spatium ab ædificiis vacuum, velut pap. Casat. : Λιβὸς οἰκία Ζμανρέους ... ἧς ἀνάμεσον δ. Attamen vir cl. Reuvens *Lettres* etc. 3, p. 12 in phrasi simili legit διάφυσις, quod vertit Transitus, Pervium. Hase.]

Διαφανῶς, Perspicue, Aperte, Manifeste : ut Thuc. 2, [65 et Suid. s. v. Πρόκλος] : Χρημάτων δὲ δ. ἀδωρότατος γενόμενος, Aperte incorruptissimus. Aut etiam, Plane incorruptissimus. [Xen. Anab. 6, 1, 24 : Θυομένῳ αὐτῷ δ. ὁ θεὸς σημαίνει. Strabo 9, p. 443 : Οὐ δ. λέγεται. Dio Cass. ll. pluribus, semel etiam superl. διαφανέστατα 37, 46.]

[Διαφαρμακεύω, Medicamenta adhibeo. Plut. Mor. p. 157, C : Διαιτῶν καὶ διαφαρμακεύων τοὺς κάμνοντας.]

[Διάφαρος. Διάφαρσος. Lectiones vitiosæ pro δίφαρος, quod v.]

B [Διάφασις. V. Διάφανσις.]

Διαφάσσειν, Hesych. esse dicit διασιλλαίνειν [Cavillari, Irridere].

Διαφαυλίζω, i. signif. q. simplex φαυλίζω, nisi quod præp. vim aliquam significationi addere videri potest. [Plato Leg. 7, p. 804, B : Παντάπασι τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος ἡμῖν διαφαυλίζεις. Etym. M. p. 125, 25 : Ἀπεμύλλαινον, διεφαύλιζον. G. D. Hierocl. ap. Stob. Flor. vol. 3, p. 140, 32 : Ἱκανὴ γὰρ ἡ φιλαυτία τὰ μὲν ἴδια μεγαλοποιῆσαι καὶ ἀποκυδᾶναι, τὰ δὲ τῶν ἄλλων κατασμικρῦναι καὶ διαφαυλίσαι. Hase.]

[Διάφαυμα, τὸ, Diluculum, Gl. Athanas. vol. 1, p. 833. Kall. Vita S. Nili Jun. p. 23. Joann. monach. in meis Anecd. vol. 4, p. 190 : Ἐν εὐχαῖς καὶ δάκρυσι μέχρι διαφαύματος ἱσταμένου. Boisson. Add. Ducang. in Append. p. 58.]

[Διάφαυσις, εως, ἡ, Illustratio. Plut. Mor. p. 929, B : Ἐλλάμψει καὶ διαφαύσει τοῦ ἡλίου.]

[Διαφαύσκω.] Extant composita Διαφαύσκω et Ἐπιφαύσκω, sicut Διαφώσκω et Ἐπιφώσκω. Ceterum exx. C afferuntur usus verbi διαφαύσκω ex LXX Interprr. in VV. LL. : Ἕως διαφαύσῃ ἡμέρα, ex 1 Reg. 14, [36], Donec illuxerit dies : et, Διέφαυσεν αὐτοῖς, pro Illuxit eis dies, ex 2 Reg. 2, [32]. Sed hæc sunt potius tanquam a them. Διαφαύω : itidem vero ἐπιφαύσει tanquam a them. Ἐπιφαύω, ap. Paul. Ad Ephes. 5, [14] : Καὶ ἐπιφαύσει σοι ὁ Χριστὸς (quæ tanquam e V. T. sumta affert), Et illucescet tibi Christus. Quidam autem e veteribus interpretati sunt Continget te Christus, sc. aliam lectionem secuti, ἐπιψαύσει : sed hanc sequendo, fuerit dat. σοι mutandus in gen. σου. [Διαφαύω, Theod. Prodr. in *Notices des Mss.* vol. 8, p. 213. Διαφάω, Jo. Mal. vol. 2, p. 75 (p. 369, 7 ed. Bonn.) : Διαφαούσης κυριακῆς. Elberl. At hoc διαφαυούσης est corrigendum. Sic p. 333, 13 : Πρὸ τοῦ διαφαῦσαι. Vita Barlaami in Boisson. Anecd. vol. 4, p. 357 : Ἄρτι δὲ τῆς ἡμέρας διαφαυούσης. Nam sic codicis scripturam διαφαινούσης emendavit editor. Alia corruptela διαφανούσης est, non animadversa ab Nicolao, in Geopon. 1, 8, 1, p. 35 : Διαφανούσης εἰκοστῆς τοῦ Ἰουλίου μηνός· sublata ab Hasio apud Leon. D Diac. p. 93, 4, cujus alio in l., p. 40, 13, codex veram servavit scripturam : Ἡμέρας ἤδη διαφαυούσης. G. D.] Sed in usu sunt potius composita Διαφώσκω et Ἐπιφώσκω. Herodot. 3, [86] : Ἅμ' ἡμέρῃ δὲ διαφωσκούσῃ, Quum primum dies illuxisset, Primo diluculo. [Sed libri aliquot διαφαυσκούσῃ, quod legitur in omnibus 9, 45. Eadem diversitas in libris Diodori 18, 72. Ap. Polyb. 31, 22, 13 : Ἄρτι διαφάσκοντος ἅρας τὰς ἀγκύρας, Ursinus διαφώσκοντος, Schweigh. διαφαύσκοντος corrigunt.]

[Διάφαυσμα, τὸ, i. q. διάφαυμα, nisi fallit scriptura ap. Chrysost. t. 5, p. 741, 44 : Ὀρθρου δὲ ὄντος βαθέος, τουτέστι πρὸ πολλοῦ τοῦ διαφαύσματος. Hase.]

[Διαφεγγὴς, ὁ, ἡ, Persplendens. Lucian. Amor. c. 26 : Τὸ δ' ἄλλο σῶμα ... Σιδωνίας ὑέλου διαφεγγέστερον ἀπαστράπτει.]

Διαφερόντως, adv., eam sequitur signif. verbi διαφέρω, qua ponitur pro Præsto, Excello. Redditur tamen non solum Excellenter s. Egregie, sed aliis

etiam modis, pro re de qua agitur. Δ. σέβω, Summe colo, Summa religione colo. Δ. ἔστερξε [ap. Plut. V. Pericl. c. 24], Unice amavit, VV. LL. Ubi etiam, Δ. ἐρᾷ, Ardentissime amat. Bud. vertit, Magis, Maxime, Vehementer, ex Æschine, Ταῦτ' ἤδη δ. ἄξιόν ἐστιν ἀκοῦσαι. Item [p. 65] : Ἐν αἰτίαις δ' ἦσαν οἱ πρέσβεις, πολὺ δὲ δ. Φιλοκράτης καὶ Δημοσθένης. [Plut. V. Sol. c. 27 : Φιλαδέλφους καὶ φιλομήτορας δ. ἄνδρας. Eunap. Ædes. p. 70=40 Boiss. : Ἡ Σωσιπάτρα γνησίως καὶ δ. ἑώρα τοῦ λοιποῦ τὸν Φιλομήτορα.] In VV. LL. cum gen., qui alioqui subaudiendus videri potest, ut [ap. Plat. Criton. p. 52, B], Δ. τῶν ἄλλων, Magis quam ceteri, Præ ceteris. Sic, Δ. τῶν πολλῶν, e Plat. Epist. Ex Eod., Μηδὲν δ. τῶν δούλων, Non aliter atque servi, secundum quam interpr. sequetur eam signif. verbi διαφέρω, qua ponitur pro Differo, Discrepo. [Hoc restituendum ex aliquot codd. Thucydidi 3, 39 : Χρῆν δὲ Μυτιληναίους καὶ πάλαι μηδὲν διαφερόντως τῶν ἄλλων ὑφ' ἡμῶν τετιμῆσθαι, ubi vulgo διαφέροντας consentiente scholiasta. Aristid. vol. 1, p. 271 : Προσηγόρευον δὲ καὶ ἤπειρον δ. αὐτὴν (τὴν Ἀσίαν) τῶν τριῶν. I. e quod vulgo dicitur κατ' ἐξοχήν.] Et sequente ἤ, in Iisd., Magis quam. [Antiattic. p. 90, 18 : Διαφερόντως, ἀντὶ τοῦ διαφόρως, Ἀντιδόσει Ἰσοκράτης. Plato Rep. 7, p. 538, B : Δ. ἢ πρότερον. Lysias p. 188, 35. Xenoph. Mem. 3, 8, 5 : Οὐδὲν δ. ἀποκρίνῃ μοι ἢ ὅτε σε ἠρώτησα. Diog. L. 2, 94 : Μὴ γὰρ δ. ἥδεσθαι τοὺς πλουσίους ἢ τοὺς πένητας.] Item sequente adv. μᾶλλον, ex eod. Plat. : Φίλον αὐτὸν ἡγοῦμαι δ. μᾶλλον ἢ ἐκεῖνον, Multo magis quam illum. Ex Eod. affertur oppositum τῷ ἧττον, ubi scribit, Μηδὲν δ. μηδ' ἧττον. [Cum ὑπὲρ Phryn. Eclog. p. 1 : Παιδείαν ... ἣν δ. ὑπὲρ ἅπαντας, ὅσοις ἐγὼ ἐνέτυχον, πεπαίδευσαι.]

Διαφέρω, [Hesychius interpretationes hujus verbi posuit has, quarum rationes et exx. ex iis peti possunt quæ ab HSt. et nobis deinceps afferuntur : Διαφέρει, ἀνήκει (i. e. Pertinet ad...), προὔχει, ὑπερέχει, βέλτιόν ἐστι. Διαφέρονται, μάχονται. Διαφέρεσθαι, βαστάζειν, ἀμφιβάλλειν. Διέφερε, διῆγεν. Εὐριπίδης Αὐγῇ. Διεφέροντο, διεμάχοντο. Διενεγκόντα, κρείττονα φανέντα, ἢ διαφέροντα. Διενηνοχὼς, ὑπερέχων. Διενήνοχε, διαφέρει, παραλλάττει. Διενηνοχότων, διαφερόντων. Διηνέχθη, ἐμαχήσατο. Διοίσει, παραλλάξει, ἢ κάλλιον ἔσται, ἢ συμφέρον· ἢ διαφέρει. Διοίσεται, διακριθήσεται, ἢ διάξει, καὶ βιώσεται· ἢ διαλελέξεται (διαλέξεται). Διοίσουσι, διαφέρουσι], Differo, i. e. In diversas partes fero, Dissipo, Distraho, ut qui discerpunt et dilaniant. Æsch. Choeph. p. 230 meæ ed. [62] : Διαλγὴς ἄτα διαφέρει τὸν αἴτιον παναρκέτας νόσου, ubi schol. διαφέρει exp. διασπαράσσει. Quam exposit. sequendo, convenit optime hoc διαφέρει cum Different, quod legitur ap. Horat. Epod. [5, 99] : Post insepulta membra different lupi, Et Esquilinæ alites. Extat alioqui ap. Eund. Differre remos simplicius dictum pro In diversas partes ferre, Diversos ferre, Disjicere, Dissipare. Similem autem et ap. ceteros usum habet verbum istud Differo. Dixit enim Virg. [G. 3, 197] Aquilonem differre nubila : quod Serv. exp. Dissipare. Dixerat vero et ante illum Lucret. 2 : Scintillasque agere, ac late differre favillam. Quin etiam metaph. usurpatum legimus pass. Differor, ap. Plaut. Differor amore, ap. Terent. Differor doloribus, ap. Propert. Differor invidia. [Eur. Bacch. 753 : Ἐπεσπεσοῦσαι πάντ' ἄνω τε καὶ κάτω διέφερον· ubi præcedit v. 745 : Διεφοροῦντο σαρκὸς ἐνδυτά. Aristot. Poet. 8 : Ὥστε μετατιθεμένου τινὸς μέρους (τοῦ μύθου) ἢ ἀφαιρουμένου διαφέρεσθαι καὶ κινεῖσθαι τὸ ὅλον. Polyb. 30, 13, 8 : Οἱ μὲν αὐληταὶ φυσῶντες ἀδιανόητα καὶ διαφέροντες τοὺς αὐλούς. Sozomenus Histor. eccles. 1, 8 : Προσέταξε τοῖς ἐγγυτέρω γένους διαφέρειν τοὺς κλήρους, Partiri. || « Διαφέρειν etiam Penetrare significat, et de hastæ cuspide dicitur ab Hippocr. p. 1148, F : Τὸ ἄκρον διήνεγκε κάτω τοῦ ὀμφαλοῦ. » Foes.] Sed διαφέρειν est etiam διαπέμπειν, In diversas partes ferre et importare, Bud. afferens ex Aristot. talem pass. vocis usum, ubi dicit de electro [Mirab. ausc. c. 115] : Καὶ συλλεγόμενον ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων, διαφέρεται εἰς τοὺς Ἕλληνας. [Eur. Suppl. 382 : Τέχνην μὲν ἀεὶ τήνδ' ἔχων ὑπηρετεῖς πόλει τε κἀμοὶ διαφέρων κηρύγματα. Xen. Œc. 9, 8 : Ἐπεὶ δὲ ἐχωρίσαμεν πάντα κατὰ φυλὰς τὰ ἔπιπλα, εἰς τὰς χώρας τὰς προσηκούσας ἕκαστα διηνέγκαμεν. Hippocr. p. 500, 17 : Ἦν δὲ τὸ σῶμα τῇ κύστει καὶ τῇ κοιλίῃ διαφέρῃ (pituitam). De oculis huc illuc conjectis Eur. Bacch. 1085 : Ἔστησαν ὀρθαὶ καὶ διήνεγκαν κόρας· Or. 1262 : Δόχμια νῦν κόρας διάφερ' ὀμμάτων.] Sic διαφέρειν τὰς ἀγγελίας est In diversas partes ferre, et quasi dissipare, ut dicitur Dissipatus rumor, quod tamen exp. in VV. LL. Perferre nuntios. [Pindar. Pyth. 11, 91 : Ἄτε (χάρις) τὸν Ἰφικλείδαν διαφέρει Ἰόλαον ὑμνητὸν ἐόντα. Schol. : Ἥτις ἡ εὐδοξία τὸν ... Ἰόλαον πανταχοῦ διάγει καὶ ἐπίσημον ποιεῖ καὶ διαστέλλει. Herodot. V. Hom. 13 : Τοῦτο τοὔνομα διήνεγκαν, Divulgarunt.] Sciendum est porro in prosa usitatum potius esse διαφορεῖν pro Dissipare s. Distrahere. Ceterum idem Bud., aliis tamen signiff. interjectis, interpr. etiam In diversum ferre, et Varie agitare. Item, Animo versare aliquid, agitareque cogitando : harum signiff. exx. proferens e Plut. [|| Thucyd. 8, 75 : Τὸν πόλεμον προθύμως διοίσειν· 6, 54 : Τήν τε πόλιν αὐτῶν καλῶς διεκόσμησαν καὶ τοὺς πολέμους διέφερον· ad quem l. Duker. : « Hoc schol. Cassell. exponit διήνυον, ut 1, 11 : Εἰ ἄνευ λῃστείας καὶ γεωργίας ξυνεχῶς τὸν πόλεμον διέφερον, i. e. ὑπέμενον, ἐξήνυον, qua signif. etiam Dionysium H. sæpe dicere διαφέρειν τὸν πόλεμον ostendit Steph. ad Dionys. p. 741. » Ammian. 14, 6, 4 comparat Schæf. : « Circummurana pertulit bella. »] Sed et quum dicitur ab Herodoto [1, 74] διαφέρειν τὸν πόλεμον, item [3, 40] διαφέρειν τὸν αἰῶνα, possumus forsitan et hic uti verbo Agitare, quum itidem cum accuss. Bellum et Ævum reperiatur junctum hoc verbum. [Eur. Hel. 10 : Ὅτι δὴ θεοὺς σέβων βίον διήνεγκε· Rhes. 600 : Εἰ διοίσει νύκτα τήνδ' ἐς αὔριον. De usu Hippocrateo hæc fere Foes. : « P. 537, 49 : Ἡ δὲ νοῦσος διαφέρει μάλιστα ἐννέα ἔτεα, Durat. Ib. de ægro dicitur, Διαφέρει φθειρόμενος, Contabescens durat, perfert, aut degit. P. 553, 54 : Πολλοὶ δὲ διαφέρουσι καὶ ἕως τῶν εἰκοσιτεσσάρων ἡμερέων. P. 823, C : Ἱκανῶς ὑγιηροὶ τἆλλα διαφέρονται, ut ap. Herodot. διαφέρειν τὸν αἰῶνα. P. 522, 2 : Ὅταν τις ἐκ νόσου μακρῆς ἀκάθαρτος διαφέρηται πολὺν χρόνον. P. 473, 51 : Ὑποστρέφει γὰρ ἡ νοῦσος, ἢν ἀκάθαρτος διαφέρηται. Sic διενεγκεῖν Morbum sufferre ac tolerare significat, i. q. ὑπομένειν, p. 1146, B : Ἐδόκει δ' ἂν πλείονα χρόνον διενεγκεῖν, εἰ μὴ κατὰ τοῦ φαρμάκου τὴν ἰσχύν. »] Ex Eur. autem [Rhes. 982] affertur διοίσει ἄπαις sine illo accus. αἰῶνα, sed quem subaudiri credibile sit. [Forma media Soph. Aj. 511 : Τροφῆς στερηθεὶς (ὁ παῖς) σοῦ διοίσεται μόνος. (De quo l. non recte HSt. in Indice : « Διοίσεται, ap. Soph. Deportabitur : a them. διαφέρω, mutuante fut. 1 ab inusitato verbo Διοίω. Activo fut. utitur Aristoph. Nub. [503] : Οὐδὲν διοίσεις Χαιρεφῶντος τὴν φύσιν, pro Nihil ingenio differes a Chærephonte ».) Hesych. et Suid. : Διοίσεται, ... διάξει, βιώσεται ... Xenophonti Mem. 2, 1, 24 : Σκοπούμενος διέσει τί ἂν κεχαρισμένον σῖτον ἢ ποτὸν εὕροις, ubi librorum varietates δεήσῃ et δεήσεις exstant, διοίσει vel διοίσεις probabiliter restituit Bast. ad Gregor. Cor. p. 895.] Ap. Plut. alioqui διαφέρειν redditur potius Distrahere aut Vexare, aut Agitare, in Præc. de san. tuenda [p. 133, E] : Τὰς ψυχὰς διαφέρειν μετὰ δεῖπνον μήτε πράγμασι μήτε φροντίσι. At vero cum illa signif. Ferendi in diversas partes, affinitatem habet ea, qua usurpatur pro Disponere, quam interpr. habes ap. Xen. in Lex. Cic. p. 45. Qui enim aliqua suis locis disponit, ea in diversas fert partes, alia sc. in alias. At quum διαφέρω ponitur pro Trajicio transitive posito (ut ap. Appian. [Civ. 4, 48] : Ῥεβοῦλον δὲ ναύκληρος ἐς τὴν ναῦν ὑποδεξάμενος, ὡς διοίσων ἐς Σικελίαν ἤτει χρήματα), tunc non Ferendi in diversas partes, sed potius Transferendi sign. habet. At Bud. διήνεγκεν interpr. etiam Pertulit et Exportavit, in isto ejusd. Appiani l. [ib. c. 40] : Ἄντιον δὲ ἡ γυνὴ στρωματοδέσμῳ κατείλησε, καὶ ἐπέθηκε τοῖς μισθοῦ φέρουσι, καὶ διήνεγκεν ἀπὸ τῆς οἰκίας ἐπὶ τὴν θάλασσαν. || Habet autem Διαφέρειν et alium verbi Perferre usum; nam διαφέρειν τὴν πολιορκίαν Idem ap. Paus. interpr. Perferre. [Τὸν πόλεμον 3, 10, 5. Τὰς μάχας Joseph. B. J. 3, 5, 1.] In VV. LL. affertur e Luciano pro Perferre itidem, sed dictum de gravida muliere. [Immo ex Dial. deor. 24, 1 : Διαφέρειν τὰς ἀγγελίας. « De gr. mul. » ad seq. l. Xen. re-

fertur.] Quibus subjunguntur hæc Xen. [Mem. 2, 2, 5]: Σὺν πολλῷ πόνῳ διενέγκασα καὶ τεκοῦσα τρέφει. [Eur. Ion. 15: Ἀγνὼς δὲ πατρὶ ... γαστρὸς διήνεγκ' ὄγκον. Hippocr. p. 600, 54: Φυλακῆς καὶ ἐπιστήμης πολλῆς δεῖ ἐς τὸ διενεγκεῖν καὶ ἐκθρέψαι τὰ παιδία· 664, 41: Ἦν διενέγκῃ τὸ ἔμβρυον.] || Differo, Discrepo. [Eur. Or. 251: Σύ νυν διάφερε τῶν κακῶν. Aristoph. Vesp. 20: Οὐδὲν ἄρα γρίφου διαφέρει Κλεώνυμος. Plato Theæt. p. 204, B: Τὰ πάντα καὶ τὸ πᾶν ἔσθ' ὅ τι διαφέρει;] Lucian. [Dial. mort. 15, 1]: Κατ' οὐδὲν ἀλλήλων διαφέροντες. [Dionys. H. Epist. ad Pomp. § 4, p. 777, 5: Διαφέρουσι δὲ κατὰ τοῦτο μάλιστα ἀλλήλων. Dio Chrysost. vol. 2, p. 205: Διαφερούσης οὐδὲν κατὰ τὴν ἀφροσύνην τῶν παίδων τῶν βασιλέων.] Plato Apol. [p. 35, B]: Οὗτοι γυναικῶν οὐδὲν διαφέρουσι. Xenoph. [Mem. 1, 2, 50]: Ἐσκόπει τί διαφέρει μανίας ἀμαθία. Ad quam signif. pertinet διαφέρει, quod pro Varium est et diversum, Bud. affert e Theophr. [H. Pl. 3, 8, 3.] Apud quem αἱ χῶραι διαφέρουσι, vertit etiam Refert regionum qualitas. [Phrynich. Epit. p. 394: Τίνι διαφέρει τόδε καὶ τόδε; οὐ χρὴ οὕτω λέγειν κατὰ δοτικὴν πτῶσιν, ἀλλὰ τί διαφέρει, καθὰ καὶ Δημοσθένης φησί· Τί δοῦλον ἢ ἐλεύθερον εἶναι διαφέρει; λέγε οὖν, τί διαφέρει; Ad quem l. Lobeck.: « Τί διαφέρει Plato Cratyl. p. 430, E, Charmid. p. 161, C, et alibi. Lysias C. Theomn. p. 353, Demosth. p. 102, 610, Xenoph. Mem. 1, 2, 50; 2, 1, 7, Aristot. Poet. 19. Sed hic ad alteram constr. nonnunquam declinavit, Τίνι διαφέρει τὰ ἄρρενα τῶν θηλειῶν, De part. anim. 4, 8, De gener. anim. 3, 3. Ita recentiores scriptores sive quid referat quærunt sive qua in re unum ab altero differat, τίνι διαφέρει usurpant: Plutarch. De def. orac. p. 419, A, Diog. L. 2, 69, Arrian. Epictet. 1, 28, p. 146, Hermog. Tars. Progymn. c. 7, Syrian. ad Hermog. p. 316, etc. Et in eadem illa sententia, Τί διαφέρει δοῦλον ἢ ἐλεύθερον εἶναι, in Demosth. p. 752, 11 et p. 610, 3, Minucianus Περὶ ἐπιχ. p. 733 dativum substituit, ut in simili Athen. 3, p. 115, B: Τίνι διαφέρει ἀπελεύθερος ἐξελευθέρου. Sed si aliud aut præcedit aut subsequitur, etiam veteribus utroque modo dicere licuit, ut in Plat. Alcib. 1 p. 124, C: Οὐ γὰρ ἔσθ' ὅτῳ σου διαφέρω, πλήν γε ἑνί. Τίνι ... Xenoph. Hier. 1, 7: Οὐκ οἶδ' εἴ τινι διαφέρει. Plato Apol. p. 35, A: Διαφέρειν τινί... Σοφίᾳ διαφέρειν δοκοῦντες. Et in aliis nominibus, Τῶν νῦν μυρίῳ διέφερον, Plat. Politic. p. 36. Ita peræque usurpatur τοῦτο διαφέρει et τούτῳ, ὅσον διαφέρει et ὅσῳ, v. Heindorf. ad Theæt. p. 410; διαφέρει ὅλον καὶ πᾶν et ὅλῳ καὶ παντὶ, v. Coraes ad Heliodor. p. 163. Utramque constructionem conjunxit Plato Alcib. 1 p. 109, B: Ἄλλο τι οὖν ἢ τοσούτῳ μόνῳ διαφέρει; et Ælian. N. A. 14, 26: Δέρματος ἢ τινι ἢ οὐδὲν διαφέρει.» Cum ἐν, Demosth. p. 291, 17: Ἐν οὐδενὶ τῶν ἄλλων οὐδὲν ἐοικότες ἐν τούτῳ πλεῖστον ἀλλήλων διαφέρουσιν.] Sed et pro simplici Ferre, in VV. LL.; nam ibi habetur [ex Herodiano 2, 5, 15]: Ἐπιστάμενοί τε ὅτι χαλεπῶς τὸ πλῆθος διοίσει τὰ πεπραγμένα, Multitudinem indigne laturam. Et e Soph. [OEd. T. 321]: Ῥᾷστα γὰρ τὸ σὸν διοίσεις [σόν τε σὺ κἀγὼ διοίσω τοὐμόν], pro Facillime feres. [Eur. Hipp. 1143: Δάκρυσι διοίσω πότμον ἄποτμον.] Quin etiam διαφέρειν ψῆφον, ut et φέρειν ψῆφον, pro Ferre suffragium, ex Eur. [Or. 49, 1652. Herodot. 4, 138; Æschin. p. 82, 20. Demosth. p. 795, 1: Πρὶν τὴν πρώτην ψῆφον διενεχθῆναι], ex Isocr. quoque [p. 463, 185 Bekk.] et Plut. [V. Timol. c. 23, Ti. Gracchi c. 11] ap. Bud. p. 169. Quin etiam σκῆπτρα διαφέρειν pro Sceptra ferre, ex eod. poeta [Iph. A. 1195]: Σκῆπτρά σοι ... διαφέρειν καὶ στρατηλατεῖν σε δεῖ. [Δ. γλῶσσαν, Edo vocem, Soph. Trach. 323: Οὔ τἄρα τῷ γε πρόσθεν οὐδὲν ἐξ ἴσου χρόνῳ διοίσει γλῶσσαν· quocum comparanda Hesychii gl. qua διοίσεται inter alia explicatur per διαλελέξεται (διαλέξεται). || Singulari modo διαφέρειν de judicanda nativitate dictum ab scriptore Chronologiæ Jo. Malalæ præmissæ p. 17, 6: Ἀφ' ὧν (τῶν Περσῶν) Ἕλληνες τὴν γενεθλιαλογίαν μαθόντες ἤρξαντο τοὺς γενομένους ὑπὸ τὴν τῶν ἄστρων κίνησιν διαφέρειν.] || Διαφέρειν, sicut et συμφέρειν, Conferre, Prodesse. [Antiattic. p. 89, 2: Διαφέρον, ἀντὶ τοῦ συμφέρον, Ἀντιφάνης Ἀνασωζομένῳ.] Herodian. 2, [3, 21]: Τοῦ μὲν δημωφελοῦς καὶ κοινῇ διαφέροντος ὀλίγη τοῖς καθ' ἕνα φροντὶς, Quæ enim publice prosunt, parum cuique curæ sunt, Polit. Possumus autem fortasse uti etiam verbo Interesse, in ea quidem ejus signif. qua dicitur, Mea interest, s. Tua, et Ejus interest. Bud. p. 408 ex Justino Martyre affert pro Conducere, Conducibile esse et commodum. [V. infra ubi de participio agitur.]

|| Διαφέρω, Antecello, Præsto, Excello. Possit autem videri hæc signif. ab ea manasse, qua ponitur pro Differo; nam qui alium antecellit re aliqua, illa ipsa differt ab eo. Xenoph. Cyrop. 1 init.: Τοσοῦτον διήνεγκε τῶν ἄλλων βασιλέων. [Æschin. p. 19, 4: Ἐὰν κάλλει καὶ ὥρᾳ διενεγκόντες διαπλήξωσί τινας. Demosth. p. 1416, 22: Μηδὲν τῶν ἄλλων ζήτει διενεγκεῖν.] Et cum πολὺ ap. [Lysiam p. 103, 38: Ἀπὸ τῶν πολὺ διαφερόντων ἢ κακῶν ἢ ἀγαθῶν ἔργων τοὺς ποιήσαντας γιγνώσκεσθαι] Isocr. Hel. Enc. [p. 212, A]: Εἷς ἦν τῶν τυχόντων, ἀλλὰ μὴ τῶν πολὺ διενεγκόντων. Idem aliquanto ante, sc. circa principium orationis, διαφέρειν et προέχειν pro eod. usurpat [p. 209, B]: Καὶ μικρὸν προέχειν ἐν τοῖς μεγάλοις [μᾶλλον] ἢ πολὺ διαφέρειν ἐν τοῖς μικροῖς. Nec multo post huic διαφέρειν adjunxit κρείττους εἶναι, scribens [p. 210, A], Ἀλλ' ἐν οἷς ἅπαντές εἰσιν ἀνταγωνισταὶ, προσήκει διαφέρειν καὶ κρείττους εἶναι τῶν ἰδιωτῶν. Apud Plat. redditum itidem Præsto, videbis in meo Cic. Lex. p. 6. [Dionys. H. De propr. Thuc. § 3, p. 794: Ἡ ἐν τοῖς σχηματισμοῖς καινότης τε καὶ πολυτροπία..., ἐν ᾗ μάλιστα διαφέρειν αὐτὸν ἡγούμεθα τῶν ἄλλων.] Sæpe autem gen. et dativo rei jungitur, ut ap. Plat. Apol. [p. 35, A], διαφέρειν τινὶ τῶν πολλῶν ἀνθρώπων, Re quapiam præstare vulgo hominum, Re quapiam antecellere vulgus. Nisi forte reddi quis posse existimet Differre a vulgo. Nam certe et in aliis ll. observavi utramque hoc verbum interpr. admittere. [Leg. 12, p. 963, B: Σὺ δ' ὧν δὴ διαφέρων, ὡς φαίης ἄν, πάντων τῶν ἐμφρόνων.] Isocr. Symm., Τοσοῦτον ἀνοίᾳ διήνεγκαν πάντων ἀνθρώπων, ubi observa in malam quoque partem dici. Idem in illo Hel. Enc. [p. 210, E]: Ἃ καὶ τῷ γένει καὶ τῷ κάλλει καὶ τῇ δόξῃ πολὺ διήνεγκε. Antea autem habuimus ex Eod. διαφέρειν ἔν τινι [p. 269, D, ἐν τοῖς πολέμοις καὶ ταῖς μάχαις· et p. 34, E], quæ constr. et ap. Dem. extat. [Διαφέρω σου τούτῳ Polyb. 16, 40, 10, et ἐν τούτῳ ibid. Κατὰ τοῦτο 3, 98, 2; περὶ τοῦτο 10, 25, 4; διαφέρω παρὰ σὲ τούτῳ 10, 27, 5. Schweigh.] Sed invenitur præterea διαφέρειν ἐπί τινι, nec non εἴς τι, ut ap. eund. Isocr. in illa ipsa Orat. [p. 210, C], Τῶν διαφερόντων ἐπ' ἀρετῇ. Apud Plat. autem in Apol. [p. 35, B]: Διαφέροντες Ἀθηναίων εἰς ἀρετήν. [Leg. 11, p. 927, E.] Quin etiam διαφέροντες πρὸς ἀρετὴν, ex Ejusd. Epist., cum gen. ἀνθρώπων itidem. Cui simile est ex iisd.: Πρὸς τὸ διαλεχθῆναι, τῇ φύσει καὶ τῇ μεθόδῳ τῶν λόγων πάμπολυ διαφέρεις αὐτῶν, ubi observa dativi simul usum. [Æschin. p. 25, 42: Ἄνδρα ... πρὸς δικαιοσύνην καὶ ἐγκράτειαν διαφέροντα. Cum κατὰ Xen. Rep. Laced. 1, 10: Εἴ τι διαφέροντας καὶ κατὰ μέγεθος καὶ κατ' ἰσχὺν ἄνδρας τῇ Σπάρτῃ ἀπετέλεσεν· ubi Stobæus utrumque κατὰ omittit.] Quin etiam cum accus. sine præp. interdum, ut Æschin. [p. 11, 13]: Ἑτέρων τὴν ὄψιν διαφέρων. Sic Lucian. [Dial. mort. 12, 1], διαφέρω πάντων τὰ πολεμικά. Quibus tamen in ll. κατὰ potius subauditur. [Cum παρὰ Dionys. H. De propr. Thuc. § 2, p. 793: Κατὰ τὸν λέξεως χαρακτῆρα, ᾧ παρὰ τοὺς ἄλλους διήνεγκε. Cum accus. personæ Polyb. 1, 88, 7: Τοὺς ἄλλους ὠμότητι καὶ παρανομίᾳ διενηνοχότα. Diodor. 2, 5: Τῷ κάλλει τὰς παρθένους διαφερούσης· ubi Wessel. alia exx. indicat, 11, 67: Ἀρετῇ καὶ στρατηγίᾳ πολὺ τοὺς ἄλλους διενέγκας· Exc. Vales. p. 261: Δειλίᾳ διενηνοχέναι ἅπαντας ἀνθρώπους· Dion. Chrysost. vol. 1, p. 617: Οὗτος ἐδόκει ῥώμῃ διενεγκεῖν τοὺς καθ' ἑαυτόν.] Sed nonnunquam διαφέρειν sine gen. personæ dicitur, qui excellit aliqua in re, sive qui egregius est, sicut sc. Præstans sine adjectione genitivi ponitur. Plato [Phæd. p. 64, D: Ἱματίων διαφερόντων κτήσεις], Διαφέρων ἐν τῷ πολέμῳ (ap. Lucian. autem διαφέρειν πάντων τὰ πολεμικά). [Polyb. 6, 39, 2: Οἱ δόξαντές τι πεπραχέναι διαφέρον.] Et cum πρὸς, Isocr., διαφέρειν πρὸς τοὺς κινδύνους, Præstantem esse ad subeunda pericula, Egregium esse in subeundis periculis. Interdum cum accus., ut διαφέρων τὴν ψυχὴν, quod exp.

Animi fortitudine præstans. Sic διαφέρων τὴν φύσιν, Plato. A

|| Διαφέρει, Interest: ea signif. qua dicitur Mea interest vel Tua, et Ejus interest. Observandum est autem et alterum hujus Lat. verbi usum habere Græcum διαφέρειν, quum pro Differre ponitur. Nam οὐδὲν τοῦτο διαφέρει ἐκείνου, Nihil differt hoc ab illo, reddere possis etiam, Nihil interest inter hoc et illud. Atque adeo Cic. alicubi post Interesse addidit Differre, ut De fin. 3: Nisi statuerit nihil esse, quod intersit aut differat aliud ab alio præter honesta et turpia. Ideo autem utrumque usum verbi hujus Interesse spectandum propono, ut simul similis vel potius eadem mutatio significationis in utraque lingua consideretur. Considerata enim posteriorem hunc verbi διαφέρει usum quodammodo familiarem nobis reddet. Idem vero et in aliis faciendum censeo, quæ significationis mutationem a ceterarum linguarum consuetudine abhorrentem habent. Sed et hoc addo, istam hac in re Lat. linguæ cum Græca convenientiam, ab iis qui primi Græca Latine reddiderunt ortam videri. Quam B opinionem mihi quædam vel ipsius Cic. interpretationes augent. Διαφέρει μοι τοῦτο, inquit Bud., Hoc interest mea, Hoc ad me pertinet. Quod etiam per gen. dicitur, διαφέρει μοι τούτου, ut μέλει μοι τούτου, et προσήκει. [Hesych.: Τί ὑμῖν διαφέρει· τί ὑμῖν μέλει; Antipho p. 130 extr.: Ἐμοὶ εἰ μηδὲν διέφερε τῆσδε τῆς πόλεως.] Dem.: Ὧ ἐκείνους σωθῆναι μάλιστα διέφερεν. E Plat.: Οὐδὲν ἂν τοι διαφέροι φίλον ἢ ἐχθρὸν γενέσθαι, Amicusne an inimicus tibi sit, nihil tua interest. Ex Eod. De rep. 1: Τί σοι τοῦτο διαφέρει; Quid hoc tua interest? [Demosth. p. 43, 12; 124, 3, Plutarch. V. Cleom. c. 4. Cum εἰ. Eurip. Troad. 1248: Δοκῶ δὲ τοῖς θανοῦσι διαφέρειν βραχὺ, εἰ πλουσίων τις τεύξεται κτερισμάτων.] Rursum cum infin. [Herodot. 1, 85: Οὐδέ τί οἱ διέφερε πλεῦνα ἀποθανέειν·] Plato in Epist.: Σοὶ δ' οὐδὲν διαφέρει καὶ λαβεῖν καὶ δοῦναι τοσοῦτον. Item διαφέρειν μέγα, interjecta particula ὥστε, in Epist. ult. Apud Eund. dicitur διαφέρειν πρὸς ἅπαντα· ubi scribit, Πολὺ διαφέρει πρὸς ἅπαντα ἃ λέγεις, αὐτὸν ἀφικέσθαί σε Ἀθήναζε. [Plut. Mor. p. 1022, F; 1092, A.] Thucyd. C [3, 42]: Διαφέρει ἰδίᾳ τι αὐτῷ. [Polyb. 4, 27, 4: Τοῦτο γὰρ διέφερε τοῖς Θηβαίοις· 22, 1, 9: Τὰ διαφέροντα τοῖς ἰδίοις πράγμασι.] Διαφέρει, inquit idem Bud., Refert, i. e. Ad rem pertinet. [Hippocr. Aphor. p. 1253, G, de aqua calida: Πλεῖστον δὲ διαφέρει ὀστέων κατήγμασι, Plurimum confert ossium fracturis.] Theophr. [H. Pl. 7, 1, 6]: Διαφέρει γὰρ πρὸς τὸ θᾶττον καὶ βραδύτερον παραγίνεσθαι ἡ τῶν σπερμάτων παλαιότης· τὰ μὲν γὰρ ἀπὸ νέων παραγίνεται θᾶσσον. Et ap. Eund. [C. Pl. 5, 14, 9]: Αἱ χῶραι διαφέρουσι, Refert regionum qualitas. Bud. p. 408, 409. Ceterum οὐδέν μοι διαφέρει alicubi redditur Nihil mea interest, et Nihil mea refert: ubi malim, Mihi perinde est.

|| Partic. Διαφέρων, οντος, ὁ, Differens, Discrepans. Sed τὸ διαφέρον interdum dicitur pro eo, quod vulgo vocatur *Un différent:* Latine autem potius Dissidium, vel Controversia. Sic in plur. τὰ διαφέροντα, Controversiæ, ap. Thuc. præsertim. [Polyb. 31, 13, 1: Διευκρινήσοντες τὰ πρὸς τοὺς Γαλάτας διαφέροντα τῷ βασιλεῖ.] Legitur alioqui et τὸ διάφορον, item διαφορὰ, D ea signif. de quibus post Διαφέρομαι dicendum erit. Retinet alioqui διαφέρων signiff. ceteras respondentes iis quas habet verbum διαφέρω. [Τὰ διαφέροντα, Quod interest (lucri damnive), quod frequentius τὰ διάφορα dicitur. Lysias p. 187, 13: Τούτοις μὲν γὰρ μεγάλα τὰ δ. ἐστιν εὖ τε πράττειν τὴν πόλιν τήνδε καὶ ἀνεπιτηδείως. Isæus p. 47, 35: Εἰ μὴ πάνυ μεγάλα τὰ δ. εἴη. Andocid. p. 31, 34: Πολὺ δὲ χαλεπώτερον, ὅταν τις ἐπιστάμενος τὰ δ. παραβαίνειν τολμᾷ (τοὺς νόμους). G. D. Plutarch. V. Cæs. c. 65: Γέγραπται γὰρ ὑπὲρ πραγμάτων μεγάλων καί σοι διαφερόντων. Dio Cass. 44, 24: Τὰ τῷ κοινῷ διαφέροντα, Utilia, Commoda, i. q. συμφέροντα. Rom. 2, 18: Δοκιμάζεις τὰ δ., de quo v. Suicer. p. 889. A scriptoribus sequioris ætatis διαφέρειν dicuntur quæcunque quis possidet vel imperio suo subjecta habet: de quo usu verbi, ab interpretibus plerumque non intellecto, doctissima est Hasii annotatio ad Leon. Diac. Hist. p. 495, unde hæc repetimus: « Palladius V. Jo. Chrysost. p. 81, C: Ἡ γὰρ πόλις σοι διαφέρει, Tu es civitatis dominus. Isidor. Pelus. Epist. 291 ad Titian. p. 104, C: Τοῦ οἰκέτου τοῦ τῷ ἱερεῖ διαφέροντος. Horapollo Hieroglyph. p. 18, B: Ἡ μονόκερως καὶ ἰδιόμορφος, ἣν Ἑρμῇ διαφέρειν ἐνόμισαν.... Steph. Byz. p. 78, B ed. Berk.: Νῆσος διαφέρουσα τῷ πανευφήμῳ πατρικίῳ. Οἱ διαφέροντες, Propinqui, ap. Artemidor. Onirocr. p. 149, A: Συνέβη τοὺς πλείονας τῶν διαφερόντων τοῦ θεασαμένου τὸ ὄναρ νοσῆσαι. Vetustum autem esse illum usum verbi, aut certe primis sæculis religionis nostræ non incognitum, testantur inscriptiones duæ ab Jac. Gronovio relatæ Memoria Cossoniana p. 144, B. Altera n. 16: ΤΟΥΤΟ ΤΟ ΑΝΓΕΙΟΝ ΔΙΑΦΕΡΕΙ ΑΥΡ. ΘΕΟΚΤΙΣΤΩ ΜΑΡΚΕΛΛΟΥ. Altera n. 17: ΑΥΤΗ Η ΣΟΡΟΣ ΔΙΑΦΕΡΕΙ ΠΟΛΥΚΑΡΠΩ ΥΠΟΔΙΑΚΟΝΩ. Inscriptionem secundam Christianam esse patet, priorem credendum est. Positas opinor sæculo secundo aut tertio.» Schol. Soph. OEd. T. 1026: Ὅτι οὐδέν σοι διαφέρει κατὰ γένος ὁ Πόλυβος. Sæpe sic loquitur Jo. Malal., p. 115, 6: Ἄλλο μέρος τῆς νήσου τὸ διαφέρον τῷ Κύκλωπι· 198, 5: Ἔλαβε τὴν Ἀσίαν πᾶσαν καὶ πάντα τὰ διαφέροντα τοῦ αὐτοῦ Ἀντιγόνου· 245, 11: Τοὺς διαφέροντας αὐτοῖς ἐν Ἀντιοχείᾳ οἴκους· 101, 15: Τοῦ διαφέροντος αὐτῷ στρατοῦ· 371, 20: Εἷς Γότθος τῶν διαφερόντων τῷ Ἄσπαρι. Et 115, 2, 9; 116, 8, 10; 163, 7; 184, 15. Theophili exempla notavit Reitzius in Glossario.]

|| Pass. Διαφέρομαι, Differor, Jactor. Differor, inquam, sequendo eam signif. qua dicitur a Plauto Differri cupidine, et a Terentio Differri doloribus: item alia de quibus antea dictum est in Διαφέρω. Bud. διαφέρομαι interpr. Jactor, Huc et illuc temere feror, subjungens ex Act. 27, [27]: Διαφερομένων ἡμῶν ἐν τῷ Ἀδρίᾳ κατὰ μέσον τῆς νυκτός. [Strabo 3, p. 144: Διενεχθεὶς περί τε τὰς Γυμνησίας νήσους καὶ περὶ Σαρδόνα.] Addit, διαφέρεσθαι esse etiam Dilabi, In diversa digredi, abire, e Plut. Cæsare [c. 33]: Καὶ πόλεις ἀνισταμένας φυγῇ διαφέρεσθαι. In VV. LL. ex eod. Plut. Cam. [immo V. Galbæ c. 26]: Διαφέρεται [καθάπερ ἐν κλύδωνι] δεῦρο κἀκεῖ [κἀκεῖσε] τὸ φορεῖον, Lectica huc et illuc jactatur. Ex Ejusd. I. De exilio [p. 606, D]: Διαφέρονται ὡς ἐπὶ σχεδίας, τῆς ἐλπίδος, Spe, ceu rate quadam, jactantur. Ibid. [V. Thes. c. 24]: Διαφερόμενοι ἐν τῇ χώρᾳ σποράδες, Per regionem diffusi. Et, Διαφερομένη σποράδην ποίησις, Poesis sparsim divulgata. Item διαφέρεται ὁ λόγος, e Plut. Galba, Divulgatur sermo. At vero διαφέρομαι neutraliter positum, Dissideo, Dissentio, Discrepo. [Herodot. 1, 173: Διενεχθέντων περὶ τῆς βασιληίης τῶν Εὐρώπης παιδίων. Aristoph. Lys. 1172: Ἐᾶτε, μηδὲν διαφέρου περὶ σκελῶν.] Item Contendo. Plato De rep. 1: Ἔστω· ἵνα σοὶ μὴ διαφερωμαι. Et, Διαφέρομαι πρὸς τοὺς φίλους, Dissideo a vel cum amicis. Plato Hipp. min. [p. 372, D]: Καὶ δὴ καὶ νῦν ἃ σὺ λέγεις, οὐχ ὁμολογῶ σοι, ἀλλὰ διαφέρομαι πάνυ σφόδρα, Vehementer a te dissentio. [Euthyphr. p. 5, A: Διαφέρονται ἀλλήλοις οἱ θεοί· 11, B: Οὐ γὰρ περὶ τούτου διοισόμεθα. Demosth. p. 1022, 13: Κἂν πρὸς ζῶντας διενεχθῶσι. Polyb. 4, 23, 7: Διεφέροντο πρὸς ἀλλήλους ταῖς γνώμαις· 12, 16, 1: Τῶν δὲ πρὸς πᾶν διαφερομένων. Clem. Al. Strom. 1, p. 349: Ἔν τε ἀριθμοῖς ὁ ἄρτιος τῷ περιττῷ διαφέρεται, ὁμολογοῦσι δὲ ἄμφω ὡς.... Et paullo post: Κἂν διαφέρηται πρὸς ἄλληλα (τὰ μέρη), τὴν πρὸς τὸ ὅλον οἰκειότητα διαφυλάττει. Antiattic. p. 89, 22: Διενεχθῆναι, ἀντὶ τοῦ μάχεσθαι. Ἄμφις Σαπφοῖ. Sequente ὡς, Demosth. p. 1296, 24: Διαφέρονται ὡς οὐ δεῖ τελεῖν αὐτοὺς τοὺς τόκους.] Et διαφέρεσθαι ἑαυτῷ, Secum discrepare, Non consentanea dicere, sed sese collidentia. Antiphon de testibus dissentientia testificantibus [p. 135, 22]: Τῶν διαφερομένων σφίσιν αὐτοῖς· e Flacco, ad verbum, Secum dissidentibus. Plut. autem, Διενεχθεὶς τῷ λογισμῷ, de homine dixit incerto propositi et in diversa impetum animi capiente, Bud. [Conf. Mor. p. 97, F.] At pro Contendo, Æmulus sum, affert ex Athen., scribente de Plat. et Xen.: Καὶ ἴσως καὶ περὶ πρώτων διεφέροντο. Subjungit vero et διαφερόμενον oppositum τῷ διαφερομένῳ, ex Aristot. De mundo. Addit poni et pro Ambigo, Litigo: unde διαφορὰν dictam esse Litem et Contentionem. Item διαφέρομαι pro διαφέρω, Differo: ut, Διαφέρεται νοῦ ἡ δόξα, VV. LL. e Plat.

|| Διενέγκω, verbum inus., a quo διαφέρω mutuatur

sua tempora. Signif. autem Differo : interdum etiam Præsto. At pass. voce et signif. Διενεχθέντες ταῖς γνώμαις, Sententiis inter se discrepantes, Dissidentes. V. Διαφέρω. [De optativo Phrynich. in Bekk. Anecd. p. 35, 24 : Διενέγκειε καὶ διενέγκοι, ἄμφω δόκιμα. Ἔστι δὲ τὸ μὲν διενέγκοι ἀπὸ τῆς ὀξυτόνου μετοχῆς, ὡς δραμών δράμοι, τὸ δὲ διενέγκειεν ἀπὸ τῆς διενέγκας, ὡς γράψας γράψειεν. || Διενεγκεῖν, ἀντὶ τοῦ προσπαλαίειν, Colluctari, Τηλεκλείδης Ἡσιόδῳ, Antiattic. p. 91, 4.]

Διαφεύγω, [fut. διαφεύξομαι, et, metro postulante, διαφευξοῦμαι in l. Aristoph. Διαφευξοίμην Plato Apol. p. 29, C. Per periphrasin Herodot. 7, 194 : Ἔμελλε οὐ τὸ δεύτερον διαφυγὼν ἔσεσθαι. G. D.], Effugio, Evado, Evito : ut de sole ap. Plut. De def. orac. [p. 431, F] : Ὅταν διαφύγῃ τὰ νέφη. Et διαφεύγειν κακόν τι, et διαφεύγειν τὴν συμφοράν, Isocr. [p. 261, C; 274, C, et p. 101, A. e cod. Urb., ubi ceteri διαφυλάττειν.] Idem dixit etiam διαφυγόντες τοὺς κινδύνους. Sed et sine accus. ap. Thuc. non semel pro Evadere s. Effugere periculum, Elabi. Item pro Evadere mortem, 2, [49]. Item ap. ipsum Isocr. sine accus. in Bus. Enc. [p. 229, A] : Οὐ μὴν ἀτιμώρητοί γε διέφυγον. Jungitur et aliis accuss. ut Aristoph. Nub. [442] : Εἴπερ τὰ χρέα διαφευξοῦμαι. Et διαφεύγειν δίκην s. τὴν δίκην, vel τὰς εὐθύνας, sicut ἀποφεύγειν. Plato De LL. 12, [p. 947, E] : Τὰ μὲν δὴ γέρα τοιαῦτα τοῖς τὰς εὐθύνας διαφυγοῦσιν. [Eurip. Bacch. 642 : Διαπέφευγέ μ' ὁ ξένος· Ion. 1254 : Διαφυγοῦσα πολεμίους· Hel. 800 : Εἰ λέκτρα διέφυγες τάδε. Herodot. 3, 19 et 6, 45 : Δουλοσύνην διέφυγον πρὸς Περσέων. Hippocr. p. 1253, B : Ὁκόσοι κυνάγχην διαφεύγουσιν. Id. p. 175, G, de iis qui septimam diem superarunt : Οἱ δὲ διαφυγόντες ἔμπυοι γίνονται. Aristot. H. A. 8, 21 : Διαφυγεῖν δὲ καὶ τοῦτο (τὸ νόσημα) χαλεπόν. Cum genit. in l. suspecto Pausan. 2, 2, 1 : Ὃς δ' ἂν ἐνταῦθα ἢ Κορινθίων ἢ ξένος ἐπίορκα ὀμόσῃ, οὐδεμία ἐστὶν οἱ μηχανὴ διαφυγεῖν τοῦ ὅρκου. Quod non potest significare, Effugere perjurii pœnam.] Item cum infin. e Plut. Rom. : Οὐ διέφυγε παθεῖν. [V. Brut. c. 31 : Μόνους ... γενέσθαι τοὺς μὴ διαφυγόντας τὸ σωθῆναι.] Ex Herodoto autem cum accus. infinitivo sequente, Διαφυγὼν τὸν Δαρεῖον μὴ ἀπολέσθαι. [Isæus p. 63, 15 : Οὐ διαφεύγει τὰ δίκαια μὴ οὐ κατὰ τοῦτον γιγνώσκεσθαι τὸν τρόπον.] Item διαφεύγειν ἔκ τινος εἴς τι, Elapsum ex uno ad aliud transire. E Plat. in VV. LL., Διαφεύγω ἐκ κακοῦ εἰς ἀγαθόν. [Leg. 7, p. 815, E : Ἐκ πόνων διαπεφευγότες εἰς ἀγαθά.] || Dicitur præterea ἡμᾶς διαφεύγειν aliquid, quo excidimus, quod sc. nobis elabitur, velut e manibus. [Eurip. Herc. f. 592 : Τὰ δ' ἐν δόμοις δαπάναισι φροῦδα, διαφυγόνθ' ὑπ' ἀργίας. Plato Menon. p. 96, E : Διαφεύγειν ἡμᾶς τὸ γνῶναι τίνα ποτὲ τρόπον γίγνονται οἱ ἀγαθοὶ ἄνδρες. Æschin. p. 89, 20 : Τῆς δημοκρατίας ἐπιμελήθητε ἤδη διαφευγούσης ὑμᾶς.] Estque ita usus Æschin. [p. 89.] Interdum διαφεύγειν dicitur quod nobis e memoria elabitur et excidit, quod memoriam nostram velut effugit (a Plauto autem dicitur ipsa etiam memoria aliquem effugere), aut simpliciter quod nobis excidit; nam hac signif. dicitur etiam Excidere sine ulla adjectione. Sic Isocr. [p. 80, B : Πολλά με διαπέφευγεν ὧν διενοήθην], et post eum Plut. [V. Alcib. c. 10 : Μεταξὺ λέγων ἀπεσιώπα καὶ διέλειπε, λέξεως διαφυγούσης αὐτόν. Longin. fr. 6, 3 : Τῶν λοιπῶν εἴ τι διαπέφευγε τὸν Ἀμέλιον.]

Διαφευκτικὸς, ἡ, ὸν, sicut Ἀποφευκτικὸς, Effugiendi peritus s. Evadendi, Qui talis est ut facile evadere possit. In VV. LL. Fugax. [Lucian. Timon. c. 29 : Λεῖος εἶ καὶ ὀλισθηρὸς καὶ δυσκάθεκτος καὶ διαφευκτικός.]

[Διάφευξις, εως, ἡ, Effugium. Thucyd. 3, 23 : Ἐγένετο δὲ καὶ ἡ δ. αὐτοῖς μᾶλλον διὰ τοῦ χειμῶνος τὸ μέγεθος. Ex quo l. annotavit Antiattic. p. 90, 9. Dio Cass. 40, 32 : Τὴν τοῦ Ἀμβριόριγος διάφευξιν. Plut. Mor. p. 977, E : Οὐδεμίαν ἐκ λογισμοῦ καὶ σοφίας διάφευξιν οὖσαν. || Alia forma Διάφυξις ap. Plut. V. Tib. Gracchi c. 5.]

[Διαφέψω, Decoquo. Oribas. p. 54 ed. Matth. ex Diocle : Ὕδωρ ἀσθενέστατον ποιήσεις ἀφεψῶν τὸ τρίτον μέρος καὶ τὰ λευκὰ διαφεψῶν ὡσαύτως. Scrib. ἀφέψων et διαφέψων. G. Dind.]

Διαφημίζω, Famam spargo, Vulgo fama aliquid, ut Virgil. dicit Bella vulgata per orbem fama. [Arat. Phæn. 221 : Πρῶτοι κεῖνο ποτὸν διεφήμισαν Ἵππου κρήνην. Dionysio A. R. 11, 46 διεφήμιζον ex cod. Vat. restitutum : vulgo διευφήμιζον. Idem vitium Annæ Comn. 6, p. 161, B, eximit cod. Coislin. Ap. Diodor. 18, 50 : Κατὰ δὲ τὴν Ἀσίαν διαβοηθείσης τῆς Ἀντιπάτρου τελευτῆς, libri aliquot διαφημισθείσης. Palæph. 14, 4 : Διεφήμιζον ὡς ... εἰς λέοντας μετεβλήθησαν. Ev. Marci 1, 45 : Διεφήμιζον τὸν λόγον. || Forma media Dionys. Per. 26 : Τοῖα μὲν ἀμφ' οὔρεσι βροτοὶ διεφημίξαντο. || Pseudoplutarch. De nobil. p. 973 ed. Wytt. : Ταῦτα ... οὔτε διαφημοῦσι τὴν εὐγένειαν ..., ubi Wyttenb. δυσφημοῦσι conjicit.]

[Διαφημιστὴς, ὁ, Famigerator, Gl.]

[Διάφημος, ὁ, ἡ, Celeber, Gl.]

[Διαφθάνω, Prævenio. Plut. V. Demetr. c. 7 : Εἰς τὴν Βαβυλωνίαν διέφθη. Seager. Hoc compositum suspectum est. Liban. vol. 4, p. 883 : Τὴν τοῦ βασιλεύοντος γνώμην ἡ τῶν ἀρχομένων διέφθασε. Cod. Par. 2618 ἔφθασε, recte, opinor. Bast. Simplex etiam Plutarcho restituit Schæf. ex conjectura.]

[Διαφθαρτικὸς, ἡ, ὸν, Corrumpendi vim habens. Pollux 5, 132 : Τὸ φθοροποιὸν (φάρμακον) καὶ διαφθαρτικὸν καὶ θανατηφόρον. Schol. Eur. Or. 620 : Ἰὸν ἀναλωτικὸν καὶ διαφθαρτικόν. Kall. Apoll. Soph. Lex. Hom. θυμοραϊστὴς interpr. διαφθαρτικὸς τῆς ψυχῆς. Schæf.]

[Διαφθέγγομαι, Eloquor, Dico. Epiphan. t. 1, p. 579, B : Διὸ ὁ Ἀπόστολος ταῦτα διεφθέγξατο. Hase.]

Διαφθείρω, [fut. διαφθερῶ. Forma epica ap. Hom. Il. N, 625 : Ὅστε ποτ' ὔμμι διαφθέρσει πόλιν αἰπήν. Hesych. : Διαφθέρσει, διαφθερεῖ], Corrumpo, Perdo, Vitio, ut de φθείρω dicetur. Apud Plat. Apol. [p. 24, D] διαφθείρειν et βέλτιον ποιεῖν inter se opponuntur. Sicut autem Corrumpere, ut ab ea signif. ordiar, de variis rebus dicitur, sic etiam διαφθείρειν : sic tamen ut nonnullis in ll. alio potius quopiam verbo, sed ejusd. generis signif. habente, reddendum esse videatur. [Sæpissime verbo Mutare reddi potest, sed non aliter quam ut mutare in pejus significet. Æsch. Ag. 610 : Γυναῖκα ... σημαντήριον οὐδὲν διαφθείρασαν ἐν μήκει χρόνου· 932 Clytæmnestræ dicenti : Καὶ μὴν τόδ' εἰπὲ μὴ παρὰ γνώμην ἐμὴν, Agamemno respondet : Γνώμην μὲν ἴσθι μὴ διαφθεροῦντ' ἐμέ. Cui Elmsl. comparavit Eur. Med. 1055 : Ὅτῳ δὲ μὴ θέμις παρεῖναι τοῖς ἐμοῖσι θύμασιν, αὐτῷ μελήσει· χεῖρα δ' οὐ διαφθερῶ, quod scholiastæ interpretantur μαλακίσω vel ἀμβλυνῶ, et Platon. Phæd. p. 117, B : Οὐδὲν τρέσας οὐδὲ διαφθείρας οὔτε τοῦ χρώματος οὔτε τοῦ προσώπου. Eur. Hippol. 389 : Ταῦτ' οὖν ἐπειδὴ τυγχάνω προγνοῦσ' ἐγὼ, οὐκ ἔσθ' ὁποίῳ φαρμάκῳ διαφθερεῖν ἔμελλον. Schol. : Οὐκ ἔστι μοι οὐδεμία πρόφασις οὕτως ἰσχυρὰ οὐδὲ δέλεαρ τοιοῦτον, ὅπερ ἐκ τῶν φρενῶν καὶ τῆς τοσαύτης σωφροσύνης μεταστήσειέ με εἰς πορνείαν. Soph. Phil. 1069 : Ἡμῶν ὅπως μὴ τὴν τύχην διαφθερεῖς. Eur. Hel. 890 : Κύπρις δὲ νόστον σὸν διαφθεῖραι θέλει.] Legimus enim ap. Dem. διαφθείρειν τὸν στέφανον καὶ τὸ ἱμάτιον, Or. in Mid. Apud Eund. Pro cor. : Τὰ τουτωνὶ συμφέροντα διαφθείρειν. Cui similem usum habet cum accus. τὰ πράγματα. Dicitur autem non solum aliquis διαφθείρειν τὰ πράγματα, sed et passive dicuntur διαφθείρεσθαι τὰ πράγματα. [Aristoph. Pac. 323 : Μηδαμῶς πρᾶγμα κάλλιστον διαφθείσητε.] Ap. Xen. Mem. 1 : Τοὺς νέους διαφθείρων. [Isocr. Περὶ ἀντιδ. p. 441 ed. Bekk. : Τοὺς λόγους δεικνύναι τοὺς ἐμοὺς, οἷς διαφθείρω τοὺς συνόντας. Ib. p. 463 : Εἰ μὲν ἡ φιλοσοφία τοιαύτην ἔχει δύναμιν ὥστε διαφθείρειν τοὺς νεωτέρους. Joseph. A. J. 10, 7, 2 : Διέφθειραν δὲ πάλιν αὐτὸν οἱ φίλοι καὶ διῆγον ἀπὸ τῶν τοῦ προφήτου πρὸς ἅπερ ἤθελον.] Sed et τοὺς κριτὰς διαφθείρειν, rursus ap. Dem. In Mid. [p. 516, 3] ut Latine, Judices corrumpere. [Æschin. p. 38, 10 : Διεφθαρκὼς νομῇ χρημάτων τὸν δῆμον. Demosth. p. 122, 21 : Εἴ τις ἐν Πελοποννήσῳ τινὰς ὠνεῖται ἢ διαφθείρει· 345, 4 : Διεφθαρμένος καὶ πεπρακὼς ἑαυτὸν ἐλάνθανε.] Affertur vero ex Isocr. et Διεφθαρμένος ὑπὸ τῆς τρυφῆς, pro Corruptus deliciis s. luxu. At vero διαφθείρειν τὸ γραμματεῖον Bud. ap. Isocr. p. 183, 184 [p. 363—365 plurib. ll.] vertit Falsum facere. [Νόμους, idem p. 373, B.] Et διεφθαρμένον γραμματεῖον, Instrumentum falsum. Ad Corrumpendi autem signif. pertinet διαφθείρω etiam in iis ll., in quibus jungitur cum accus. γυναῖκα, aut alio hujusmodi, ubi tamen alioqui redditur potius Stuprare, ut ap. Lys. p. 86, 130 [p. 93, 16; 95, 17 HSt.] διαφθείρειν τὴν γυναῖκα. Et διαφθεῖραι καὶ μοιχεύειν τὰς ἐλευθέρας, ap.

